

Pol. f. III. 1151

MONVMENTA SARMATARVM.

Beatæ Æternitati Adſcriptorum.

SIMONE STAROVOLSCIO

Primicerio Tarnouienſi

Collectore.

CRACOVIÆ,
In Officina Viduæ & Hæredum Franciſci Cæſarij, S. R. M. Typog.
Anno Domini M. DC. L. V

D. Augustinus de Ciuit. Dei.

SEPVLCHRORVM MEMORIA, MAGIS VIRORVM EST CONSOLATIO, QVAM DEFVNCTORVM VTILITAS.

STARE DRUKI
Biblioteka Uniwersytecka
Starodruki
w Toruniu
Sol 7.III 1151
akc. Stdr 9410
K. 1415/69

REVERENDO VIRO,

D. CAZIMIRO PROCZYNSKI,

PAROCHO IVANOVICENSI,

AMICO EX ASSE,

SIMON STAROVOLSCIVS

Perpetuam Felicitatem.

MOnumenta noſtrorum Sarmatarum, in Beatorum Quiritium numerum adſcriptorum, quæ Tuo ductu & ſuaſu, deſtinaueram dicare, viro olim Nobiliſſimo, STEPHANO ZOLTOWSKI, vtrique noſtrum amiciſſimo; poſtquam ille mortalitati ceſſit, immortalitate, vel ob ſolam liberalitatem in egenos, Religioſos, atque literatos viros, digniſſimus; ad Te dirigere ſtatui, CASIMIRE Ornatiſſime.

tissime. Qui, ad multiplicem doctrinam, qua præclarè excultus es, magnam quoque totius rerum Polonicarum antiquitatis notitiam adiunxisti; atque temetipsum ita memorandum rectè factis effecisti, vt nil prorsus deesse Tibi videatur, ad perfectam iniuncti pastoralis muneris functionem. Cùm & priscam illam Sacerdotalis dignitatis formam; piè castèque viuendo, in Te ipso visendam constantissimè effingas: & ouilis Dominici Tibi commissi curam intimam gerens, Ecclesiasticam libertatem atque disciplinam, prudenti consilio vindicare non desistas; (cùm nos cæteri nunc, Diuo inquiente Gregorio, officium quidem Sacerdotale suscipimus, sed opus officii non implemus) vt Te meritò cæteris cooperatoribus vigilantiorem, & planè cum illis Plebanis veteribus, quorum memoriam & laudem seruant sæcula, comparandum omnes & censeamus, & prædicemus. Idque eò magis, quòd rem literariam pro virili, & viros literatos promouendo, etiam bonorum virorum, in lucidissimum cœlestis gloriæ fastigium translatorum, memoriam propagare, liberali manu lubens volensque contendas; in sinum vel ideò & ipse complexumque abiturus immortalitatis. Quam Tibi post sera vitæ tempora voueo, serioque à Magno Numine precor,

precor, vnà cum Piis Manibus eorum, quorum hic sepulchralia Elogia referuntur. Reuera enim, aptiorem inire rationem nullam potuisti proseminandi & propagandi Nominis famam Tui, apud propinquas, apud longè dissitas nationes: apud præsentes, apud posteros: quem dum eorum memoriam, ære tuo, ab orco vindicasti, (nam alias, periculosissimo hoc tempore, quo & lues pestifera per villas & vrbes integro biennio grassabatur, & armorum fragorem tota ferè Polonia experitur, apud me facilè casu aliquo infelici deperirent) qui Christianæ veritatis doctrina susceptа, non totos se à barbarie & ruditate opprimi passi sunt. Sed vna cum fide Orthodoxa, & bonarum litterarum studia propagare, & illorum sæculorum tenebras densissimas, diuersarum virtutum luce, dispellere sunt conati; ita, vt nomen ipsum Sarmaticum, quod olim durum quidpiam & asperum cultioribus ingeniis sonare videbatur, vndequaque glorioſum nunc, & præclaris facinoribus eorum illustre, atque venerandum existat. Quapropter, precabuntur illi benignos Cœlites, vt PROCZYNIO suo, pro insigni ista pietate in Manes eorum, facilem, tranquillam, atque iucundam indulgeant longæuitatem, nomenque immortale, vt tunc quoque

hic victurus sis, cùm hinc abieris. Vniuersúsque literatorum cœtus, lauream Tibi adoptabit, cùm inter auspicia viuendi, & festas mensas librum hunc reuoluendo, mortis mentionem vsurpabit; & singuli paulatim assuescere discent humanæ sorti, quæ paulò post volentibus nolentibus tamen subeunda & obeunda est. Ad extremum boni omnes gratias referent, quicunque Maiorum suorum memoriam, æternitate per Te ornatam, in hoc libro reperient; supplicesque Numen propitium exorabunt, vt Te iis donis cumulet affatim in terris, quæ DEVM semper ferunt è cœlis, & habentem efferunt in cœlum. VALE.

AMICE

AMICE LECTOR.

QVicunque artibus ingenuis & doctrina delectantur, eos probè nosti incredibili studio consequendæ apud posteros immortalitatis, æquè quam & illos flagrare, qui heroicis virtutibus, rebusq; pro Patria, aut Ecclesia præclarè gestis, nomen perenne assequi cupiunt. Vtrique etenim laborum ac vigiliarum suarum, non aliam ferè mercedem aut præmium requirunt, præter hoc vnum, Laudis & Gloriæ. Sed quia ad hanc famæ diuturnitatem, non omnes æquè peruenire possunt; nec singuli, qui vel armis inter suos æquales inclarescunt, vel magno sudore lucubrationes scribunt, æternitatem consequi valeant, natura ipsa indies vt corpora sic & ingenia infirmiora & hebetiora edente. Proinde humana hominis pars, quæ ab humo nomen sortita, in humum quotidie redit, excitauit sapientiorum ingenia, vt, si non prolixioribus & serijs Historicorum compositionibus, saltem breuioribus, in lapide sepulchrali adscriptis elogijs, suam apud posteros singuli commendationem haberent. Atque ita omnes, & scientijs varijs edocti, & rebus fortiter bello gestis clari, & religione sanctitateque illustres, & probitate artificiisque miraculosis conspicui viri, cùm nihil penitus perenne mundus hic contineat, hac vnica Cœnotaphiorum inscriptione contenti, quantum per ætatem & sæcula licuerit, fama posthuma perfrui voluerunt.

Cùm autem Sapientem suum, sacræ paginæ authores, hac insigni nota præter cæteras circumscribant, vt narrationem virorum nominatorum conseruet. (*Ecclesiast: 39.*) Ego, nulla quamuis doctrina, aut politiori litteratura excultus, animaduertens hoc erudito etiam sæculo, plurimos sanè inueniri homines adeò bardos seu barbaros, vt eis aliena tantùm sapiant, vilescant verò sua;

amore

amore Patriæ accensus, & scripta nonnulla, eruditorum gentis nostræ, & nomina, ab interitu qui illis imminebat, pro viribus meis vindicare studui; summaque cura & labore collegi, qui vel suada prudenti, vel animo forti operam suam Reipublicæ præstiterunt. Inque libellum seorsiuum Scriptores Poloniæ, Claros Oratores, atque strenuos bellatores redegi, ne digni cedro conatus eorum, vnà cum ipsis, mortis obscuræ tenebris inuoluerentur, sed in viuentium vtilitatem ac gustum, eorum verò, qui denati iam sunt immortalem memoriam & honorem, luce perfruerentur, & exemplo prælucerent alijs. Habet siquidem Sarmatia nostra, & religione Orthodoxa, & multitudine rerum pro gloria Crucis gestarum inclyta, non contemnenda etiamnunc ornamenta, quæ hominem excultum quamuis politioribus literis queant cum fructu & cum delectatione exercere, vti quondam in Polonia mea demonstraui: sed non est qui porrigat manum, & de puluere obliuionis excussa, eruditissima scripta Maiorum, producat in lucem hominum, feliciorique stilo adornata iuris communis faciat, quæ blattis tineisque à tot iam ætatibus sunt adscripta. Ex animo itaque optarem, patriotis meis saniorem mentem, & famæ bonæ cupidinem, vt Marti feroci, Palladem quoque doctam coniungere velint, qua copula pulchrior esse non potest. Vtque tandem excutiant veternum Capitula Ecclesiarum, Professores Gymnasiorum, Cœnobiorumque habitatores, & quæ in compedibus habent immortalia monumenta ingeniorum, in lucem emittere curent; donec illa ignis fortuitus redigat in fauillas, aut tinea, puluisque, corrodeat ad vltimum, vel vis maior hostilitatis alio auertat. Patrias siquidem res, eo loci haberi par est, quo & Numini sacro dicatas: in quarum conseruationem sumptus elargiri, ab æuo fuit laudabile vbique. Semperque viri illi habiti in pretio, quorum olim in eiusmodi scriptis, quæ Patriam illustrare possunt, elucubratio desudauit. Et cùm nulla gens gloriæ & immortalitatis cupiditate non ducta fuerit; nullaque tam barbara aut inuida exstiterit, quæ mortuis de publica re optimè meritis, veram laudem non adscripserit, & inscriptionibus non fuerit vsa; profectò Romani veteres, omnes hac in parte superârunt, qui, quemad-

quemadmodum rerum potentia & imperio, magnitudineq; animi cæteros quosuis excesserunt, ita amore gloriæ inflammati, & posteritati modis omnibus consulentes, in hoc genere primas obtinuerunt. Nec vllus angulus orbis fuit, vbi aliqua Romanorum inscriptio, aut memoria rerum ab illis gestarum non extaret. Ab his, quemadmodum prauam, veramque religionem, ita & doctrinam omnem, cultioresque mores, atque hanc ipsam defunctorum curam, reliqui omnes Europæi populi didicerunt. Quos inter, nostri quoque Lechitæ, seu Poloni, vel solâ hac ratione permoti, & sui successores, & qui nunc patrijs in villis habitant Nobiles, meminerint debere se præstantium virorum Maiorum suorum memoriæ gratum animum, quòd eos sua cura ac labore, à barbarie & idololatria, in libertatem Euangelicam, & politiorem viuendi modum vindicauerint. Vtque ijdem exemplo suo curent deinceps, seriò veram virtutem amare, atque per eam famam bonam procurare; quo in seriem aliquam temporum & nationum redigantur aliquando & ipsi.

Quamuis igitur multa fuêre, Lector Beneuole, quæ me monumenta nostratium reuidere, & eorum Epitaphia in vnum colligere adegerunt, hæc tamen duo inprimis animum meum permouere. Primò, *vt oculis legentium subijcerem, acrem pugnam nos proterere gestientis barbariei, cui par est, vt pectus obtendamus Poloni, reijciamusque in desertas Tartariæ oras, vbi se iactet solito, regnetque antiquo more.* Tum vt patefacerem, *quo in pretio sint habendæ à nobis qualescunque reliquiæ vetustatis; à quibus manat ad nos notitia earum rerum, quas ignorare vti turpe est, ita percipere gloriosum. Maiores siquidem illi nostri, quorum nominibus etiam nunc non sine aliqua veneratione assurgimus, cùm æternitatem perpetim cogitarent, subsidia sibi aduocarunt earum rerum, quæ ætatem ferre, & propagare possent res æterna memoria dignissimas. Hincque seposuerunt sibi more politiorum populorum, membranas, serica, marmora, atque metalla diuersa, quibus consignarent vultus suos: præconia virtutum: præscriptiones titulorum: & narrationem rerum ab ipsis præclarè gestarum. Verumenimuerò omnia hæc, & barbaries post*

natas

natas in Sarmatia noſtra literas denuò irrepens, & bellorum cum ferocibus populis atrocitas, ſi quando alias, tunc his proximè præteritis annis demolita eſt. Quibus, nullus propè locus eſt honeſtis artibus & doctrinis, quibus virtus & ſtudia omnino exulant, quibus Regina Pecunia *paſſim dominatur; quibus ſordes, fraudes, auaritia, atque adulatio Magnatum oculos occupârunt: & quibus demum beneficentia, liberalitaſq; in benemeritos, extremum iam ſpiritum trahit. Et membranas herclè,, quibus ante Typographicam artem papyrumq; inuentam, Maiorum laudes prosâ vel verſu deſcriptæ fuerunt, cribris, cytaris, operculis trullarum, colis feminarum inuoluendis, thecis ſcholarium conficiendis, vel chartis papyraceis inſuendis, nullo habito reſpectu materiæ, quam in ſe deſcriptam continebant, turpiſsimè deſtinant. Serica verò, quibus Gotico more, imagines magnorum virorum depictæ, reſq; eorum geſtæ narratæ, tholis templorum, vexillorum adinſtar appenduntur, tineis, blattis, aranearumque tellis deputant; ruptoq; filo quo alligabantur trabibus, in ſordes & ſimum proijciunt, præſertim cùm fabricas templorum ligneas diruunt, aut veteres murorum parietinas demoliuntur. Quo etiam tempore ſimul & lapides inſcriptos, & marmora litterata infringi, co. rumpi, dirui, peruersè locari, eijci foras; atque terra, puluere, ruderibuſué obrui paſſim videmus. Tabulas denique æreas, cupreas, & orichalcum in mortariola; pelues, cacabos, campanas; atque has demum ipſas litteris inſignitas, & populo conuocando ad diuina conſecratas, in machinas bellicas & poſtes ædium prophanarum conflari cernimus: vt nimirum memoria omnis inſignium rerum, votorumq; piorum, funditus & radicitus periret. Prout paulò ſuperioribus annis bello in Pruſsia cum Suecis omni hæretica labe pollutis; & nunc in Ruſsia cum Coſachis obſtinato Schiſmate induratis; & atrocibus Scythis Machometana impietate infectis euenisſe conſpeximus, & indoluimus.*

Omitto, quòd priſco Vandalorum ſæculo, de more gentis Epitaphia tabulis in terra ſtratis fuerint inciſa, ſculptæq; facies defunctorum in ſaxis, quæ ita pertranſeuntium pedibus iam attrita ſunt, vt

nullo

nullo penitus modo facies discerni, inscriptionesq; in eis legi, à quopiam possint. Idcircò ea solummodò nobis animus fuit adnotare, quæ omnibus Europæis ob Latinæ linguæ communem vsum, nota esse poterunt, quæque in vnum volumen redacta, gratam illustrium defunctorum futuram memoriam, veluti postliminio reseruandam, posthumantibus præsentare poterunt, iuxta illud Horatianum, lib: 5. Oda 8.

Non incisa notis marmora publicis,
Per quæ spiritus, & vita redit bonis:
Post mortem Ducibus, clarius indicant.

De quo, bellè etiam Cicero lib: 1. Tusc. Quæst. Quid ipsa sepulchrorum monumenta, quid elogia significant? nisi nos etiam futura cogitare, *veterumq; illorum Heroum exemplo, ætatem ad virtutis gloriæq; numeros exigere: qui & Christiana pietate instructi, ea duntaxat momenta in lucro vitæ censemus, à quibus æternitas pondus sortiri possit. Igitur*

MORTALIS QVICVNQVE ES,
Si virtutem, veritatem, & animæ salutem amas,
Siq̃ue famam bonam, & gloriam colis,
Hæc præclarissima
Sarmatarum Beatæ æternitati adscriptorum monumenta,
Aspice, Inspice, Suspice.

Quandoquidem virtus in hoste etiam, & barbaro quouis, non modò in Christiano homine plurimi facienda est. Veritas quoque sicubi melius, tùm in defunctorum elogijs eluceſcit, in quibus viri sapientes, non mendacis alicuius ingenij stilum admirantur, sed ex rebus gestis, absque vllo affectu Genij magnitudinem agnoscunt, & Manes benemeritos venerantur. Famaq; demum ipsa, nonnisi post funera cum sæculis crescit; cùmq; iam inuidia & adulatio locum habere

AD LECTOREM.

bere non poterunt, magis ac magis per æthera & gentes augetur. Quam etiam tibi Amice Lector, longæuam ex animo opto, si horum ab exemplo, quos libro hoc descriptos cernis, ea seriò cogitabis, faciesque, quæ optimi æmulentur, quæ docti suspiciant, quæ admirentur Magni. Vale, & viue memor lethi.

In Authorem.

NICOLAI ZORAWSKI,

Doctoris Medici, & Mathematici Regii

EPIGRAMMA.

Multorum in cumulum, tumulos STAROVOLSCIVS
vnum
Collegit, tumuli quis memor eius erit?
Omnes, hîc quorum monumenta notata reuoluit,
Lectori facient illius indicium.

MONVMENTA SARMATARVM,

Viam vniuerſæ carnis Ingreſſorum.

SIMONE STAROVOLSCIO Collectore.

MONVMENTA CRACOVIENSIA.

Et primùm in Baſilica Diui Staniſlai poſita.

CAput Regni Cracouia, in qua Poloni, tranſlato Diui Staniſlai Epiſcopi vrbis corpore, è templo S. Michaëlis in Rupella (vbi ante decennium à Principe Boleſlao Audace occiſus fuerat) ad templum S. Venceſlai Martyris Cathedrale, in arce Cracouienſi ſitum, Anno Domini 1088. in eius ſarcophago lamina aurea contecto, Epitaphij loco, hos verſus inſcribi curàtunt.

Tumba Staniſlai cineres tegit iſta beati,
Regis Boleſlai quia non fauit impietati:
Martyrio meritas cœli migrauit ad ædes,
Felix cui Deitas merces: cui ſydera ſedes.

EIDEM
Christophorus Kantski,

NON tua carminibus describi gloria nostris,
Non pia vita satis, non sacra facta queunt.
Norunt te cuncti: totus te suspicit orbis,
Et pleno laudes concinit ore tuas:
Vt tibi sint similes alij, cœlestia flecte.
Numina: concilia cœlica regna tuis.

Supra portam templi.

D. O. M.
B. M. V.
SS. Patronis.

Ecclesiam hanc igne absumptam Nankerus Silesius, Episcopus Cracouiensis, in hanc formam restituit. Reliqui postea successores Episcopi, & Capitulum, cùm ex communi, tum verò quidam ex priuato censu adornauere. Anno Domini, M. CCC. XX.

In vertice Mausolei Iagelloniani.

VLADISLAVS IAGELLO
REX,
Cùm fide Christi suscepta, gente sua Lithuæ conuersa,
& summis in Rempub. Religionem, & studia meritis,
tùm magna illa victoria Prutenica clarissimus.

Circa Mausoleum verò parte ab vna.

Vladislaus Iagello Poloniæ Rex victoriosissimus,
hic situs est. M. CCCC. IIII.

Parte ab altera.

Diuus Sigismundus Rex auo merentiss. instaurauit,
Anno Salutis. M. D. XXIIII. Mortuo M. CCCCIII.
Regni sui XLVIII.

Parte

Parte deinde tertia.

D. O. M.

ET

Vladislao Iagelloni, Regni & Regum Poloniæ ſplendori, Academiæ inclytæ fundatori, bellorum multorum domitori, Patri Patriæ, monumentum hoc ab antiquitate erectum, grata poſteritas reſtituit, vt viueret æternum bonorum Regum recordatio. Anno Incarnati Dei 1635.

In Capella Alberti Regis.

IOANNES ALBERTVS Rex Poloniæ,
Succeſſit Patri Diuo CASIMIRO
De Chriſtiana Repub. nedum de Regno ſuo benemeritus
Pace & bello clarus,
Ingenio magno: animo inuictus erat.
Rei bellicæ, miles eius ingenij conſultor & teſtis fuit.
Nouem annis auitum & paternum Regnum tenuit,
Annum agens quartum & quadrageſimum,
Toruniæ xvij. Iunij Anno M. DI. matura morte perijt.
Relictis poſt ſe Fratribus,
Magno Vladislao,
Hungariæ & Bohemiæ Rege.
Alexandro Poloniæ ſucceſſore.
Regina Mater
Ex longa ſtirpe Imperatorum
Quæ filia Regis, ſoror, vxor, & mater erat,
Chariſſimo filio & benemerenti
Cum altero filio Sigiſmundo Duce
Hoc ſepulchrum poſuit,

Diuo Principi Ioanni Alberto, Poloniæ, &c. Regi sapientiſs. & optimo, pia Mater Eliſabeth Regina, &c. & concordiſs. frater, Poloniæ, &c. Rex inuictiſſimus Sigiſmundus poſuit. Sacrilumque hoc in memoriam ipſius defuncti, Deo Optimo Maximo dicauit. Anno Domini, 1501. Decima ſeptima Iunij. Morte ætatis ſuæ quarto ſuprà quadrageſimum, Regni verò ſui Anno 9. agente.

QVis iacet hoc tumulo? virtutis & ingenij Rex,
Qui decus, imperium, menſq; Polona fuit:
Hic iacet Albertus? iacet hic cui cuncta fuerunt
Præter fortunam, vis bona, Regna, Duces.

Aliud.

HOc ſub marmore quod tueris hoſpes
Albertus iaceo: inquies, quis iſte eſt?
Albertus populis, timor propinquis.
Albertus teneris regens ab annis
Polonos. an adhuc tenes? an hoſpes
Hæres neſcius? ille ego ille, cuius
Cæptis omnibus obſtitit maligna
Infida, inſtabilis, rotanſque diua
Heu Fati abdita vis potentioris.

Aliud.

MAgnanimi Alberti tumulum tam nobile marmor
Hoſpes inexpleto lumine quiſquis obis:
Quidnam hæres hominumq; vices ſtupeſcens reuoluis,
Nil homini eximium perpetuumq; datur.
Sceptra Polonorum tenui iuuenilibus annis,
Ante diem immiſit Parca ſeuera manum.
Arte, animo, eloquio valui, tamen omnibus auſis
Obſtitit inſtabili quæ rotat orbe dea.

Aliud.

ALberti quiſquis ſpectas monumenta Viator,
Diſce mali fati quam breuis hora poteſt.
Quam mora parua datur, raris quoque acrius inſtat
Fortuna immenſis ſemper iniqua bonis.

Succeſsit

Succeſsit patrio Sceptro, rexitque Polonos
Hoſtibus audito nomine terror erat.
Sed quid regna iuuant, quid raræ Principis artes.
Quum duram ars ſortem vincere nulla queat.

HEDVIGIS
Ludouici Hungariæ & Poloniæ Regis filia,
Caſimiri Magni Neptis,
Vladislai Iagellonis vxor,
Obijt, A. D. M. CCC. XCIX.

In Sacello Regio.

D. Sigiſmundus Iagellonius
Poloniæ Rex, ac Lithuaniæ Dux Magnus.
Scyticus, Valachicus, Moſchouit. Pruſſ. &c.
Victor ac Triumphator,
Pater Patriæ,
In hoc monumentum à ſe magnificentiſſimè erectum,
illatus requieſcit.

In pariete Sacelli de foris parte ab vna.

Ne mireris hoſpes decus hoc ſublime Sacelli
Saxaq́ Phidiaco ſculpta magiſterio:
Hoc ſtatuit Sigiſmundus opus, qui ſtruxit & arcem
Clarior hic recta ſed ratione labor.
Illum ne credas, dum momentanea condit
Atria, perpetuam poſthabuiſſe domum.

Parte verò ab altera.

Sigiſmundus Primus Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Maſouiæ, Samogitiæque, &c. Dominus & Hæres, & belli paciſque clarus, victorijs celebris, pietate & religione inſignis, iuſtus, clemens, benignus. Anno à Chriſto nato, M. DX. LVI. Regni verò ſui XL. Ætatis autem ſuæ LXXX.

In aditu

In aditu Sacelli.

DEO Opt: Max: eiuſque Beatæ Matri & Virgini, Sanctis ſuis, & Regni ſui Patronis, cineri dehinc ſuo. Diuus Sigiſmundus Primus, Poloniæ Rex, & Magnus Dux Lithuaniæ, vt alia opera ſua regium ſplendorem & animum teſtantia: ita Sacellum hoc pietatis & religionis ſuæ monumentum, prouentu & ſuppellectili, ac per Leonem Papam X. multis condonationibus dotatum condidit. Anno Salutis, M. D.XX.

SIGISMVNDO AVGVSTO
Poloniarum Regi,
Et Magno Lituaniæ ac reliquæ Sarmatiæ Duci, ac Domino
Principi
Conſilijs promptiſſimo,
Factis lentiſſimo,
Moribus patientiſſimo,
Vita benigniſſimo,
Anna Infans Regni Poloniæ, Fratri benemerenti ſuo ſumptu poſuit,
& ſuis ipſa lachrymis conſperſit.

Aliud in Sarcophago.

SIGISMVNDO AVGVSTO
Sigiſ. F. Cazimiri Nep.
Iagellonio,
POLONIARVM REGI,
Et Magno Lituaniæ ac reliquæ Sarmatiæ Duci
ac Domino.
QVI
Acciſis R. P. vectigalibus recuperandis
Et Lituanis ac Pruſſis ad Regni corpus aggregandis
Vindex dici meruit Legum pub.
Regi ipſi & Regum Filio.
Nepoti, Pronepoti, Abnepoti.
Qui nulla ſuſcepta ex tribus vxoribus ſobole, eundem heu!

Vitæ

Vitæ ſuæ & ſtirpis, ac Imperij Iagellonidarum,
Qui bis centum propè annis in Polonia,
Hoc amplius etiam in Lituania imperitarunt,
Terminum habuit.
Princeps conſilio quàm facto promptior,
Vtroque etiam ſupra fortunam mitior,
Totus induſtrius, patiens, lentus, benignus,
Moritur Cniſinij Non. Iul. An. Orb. Redempti,
M. DL. XXII. Regni ſui XXIII. ætatis ſuæ LII.
Anna Soror Infans Poloniæ Fratri,
Et Reſpub. Principi Optimo
Orbæ ac lugentes Poſſ.

Ad Imaginem Reginæ.

ANNA REGINA POLONIÆ,
Iagellonidar. qui CC. prope annos regnauerunt, ſoboles vltima,
Regum Sigiſmundi I. & Bonæ Sfortiæ, Filia.
Sigiſmundi Auguſti Soror,
Et Stephani Batorej Coniunx,
Cùm eſſet publico Ordinum conſenſu, cum Rege marito, corona aurea, quod eſt inſigne Regalis Imperij, tempora redimita, & Sceptro Regio dextram implicita, ſcapulaque ſacro oleo delibuta, talis apparuit. Anno Chriſti Domini, M. DL. XXVI. Kal. Maij. Hora xvij.

In Sarcophago verò.

D. ANNA IAGELLONIA,
Sigiſmundi Primi Regis Filia,
Iagellonum vltima propago.
Stephani Batorei Maximi Regis Coniunx
Munifica, Pia, Religioſa,
Trium Interregnorum pignus concordiæ,
Communis mortalitatis memor,
Hoc monumentum cineribus ſuis conſtruxit.
Vixit omnium regiarum virtutum laude florentiſſima,
Per ſingulos ætatis ſuæ gradus maximè laudata,

Sacellum

Sacellum hoc vestiuit tecto aurato,
Ornamentis & censu locupletauit
Extincta IX. Septemb. Natalis sui LXXIII.
Summo luctu Sigismundi Regis III.
Sororis Filii.
Et totius Regni mœrore ingenti
A. M. DL. XCVI.

In loculo scriptum.

SIGISMVNDVS III.
Poloniæ
Suecorum, Gotthorum, Vandalorum
Rex Optimus, Maximus.
Ioanne Rege, Gustaui Regis Sueciæ Filio,
Et Catharina, Diuorum, Sigismundi Primi Filia,
Augusti sorore, Regum Poloniæ, genitus
Post
Auspicijs Regis Regum
Rex liberis liberæ gentis vocibus
Anno salutis humanæ, M. DL. XXXVII.
Ætatis XXI.
Renuntiatus.
Regnum quinque supra quadraginta annos gerens
Priscam Religionem, mores, instituta propagauit,
Rempub. Legibus, Ciues libertate, benemeritos præmijs,
Auxit.
Regnum Basilicis, fabricis sacris publicisque
Exornauit.
Victorijs ac Trophæis
Germanicis, Liuonicis, Moldauicis, Moschouiticis,
Othomanicis, Tartaricis
Illustrauit.

Æmulo

Æmulo Regni victo captoque
Michaele Palatino Moldauiæ cæso,
Duce Sudermaniæ profligato,
Factiosis ciuibus victis, seruatisque,
Moschorum exercitu deleto,
Magno Duce cum fratribus capto,
Metropoli occupata,
Turcarumque Imperatore, ductu primogeniti filij
Pulso,
Tartarorum copijs fusis,
Cæterisque hostibus debellatis,
Fines Regni armis & consilio protulit.
Smolensco expugnata,
Ducatu Seuerienſi, Smolenscensi, Czerniehouienſique
Recuperato.
Colonijs, vltra Boristhenem, longè lateque
Deductis.
Pius, Clemens, Iustus, Beneficus
Pater Patriæ,
Regum omnium sui temporis ætate
Sapientia, regnandique diuturnitate maximus,
Maiestate augustissimus,
Rerum gestarum gloria,
Liberorumque ex Anna & Constantia, Ferdinandi
Imperatoris sororibus, susceptorum numero,
Indole, virtute, imperijs,
Æternum victurus.
Mortuus Varsauiæ prid. Kalend. Maij
Anno Domini, M. DC. XXXII.
Ætatis LXVII.
Regnorum, Poloniæ XXXXV. Sueciæ XXXIV.
Hic conditus est.

ÆTERNITATI.

SIGISMVNDVS TERTIVS
Suecis natura, Polonis à libera populorum suffragatione,
Vtrisque à Deo datus Rex,
Ioanne Sueco & Catharina Iagellonia,
Gotthorum, Suecorum, & Vandalorum Regibus
Hoc est
E vetustissimo
Hinc Gottorum, inde Polonorum
Vtrinque Regio sanguine
Flos Europeæ nobilitatis
Natus.
A Patre Regum (si Religionem excipias) sapientissimo, regnanti,
A Matre feminarum (sine exceptione) pijssima, Deum colendi
Artes edoctus.
Ita vixit,
Ita vixit, vt regnare, ita regnauit, vt viuere eum diutissimè
Reipublicæ interfuerit.
Regnauit à pueritia, vixit ad senium,
Semper bonus, supra suorum vota,
Semper felix non supra sua merita,
Catholicæ Religionis non alumnus certior quàm Parens,
Monitus, adhuc puer.
Nisi Catholicam religionem desereret
Sueciæ Regnum se aliquando esse amissurum,
Vitam quoq; interritus respondit
Eandem in Polonia, omnibus pio Rege dignis artibus,
Adeò feliciter propagauit.
Vt cùm non plus septem (præter sacrum Ordinem) Catholici,
In Augusto illius Regni Senatu numerarentur
Cùm Regnum inijt,
In eodem non plus septem reliqui essent hæretici,
Paulò antequam è vita abijt.
Bello inuictus,
Victoria mitis,

Pace

Pace iustus.
Nihil magis vnquam timuit, quàm bellorum causas,
Nihil minus, quàm euenta.
Bellauit sæpè, vicit semper, triumphauit nunquam,
Quod diceret
Regum rationes ita demum constare,
Si illis opus & labor,
Reipublicæ merces & fructus,
Soli Deo honor & gloria,
Suum cuiq; scilicet reddantur,
Arma quater induit, nunquam prouocator, semper inuictus,
Primò aduersus Polonici sceptri competitores,
Vt Regnum legitimis suffragijs partum, innoxijs armis tueretur.
Iterum aduersus æternos Poloniæ hostes Moschos,
Vt rapta iniustis bellis Reipublicæ spolia
Superbis prædonibus eriperet.
Tertio aduersus publicum Orbis latronem Turcam,
Vt in Christianum Imperium aditum, insatiabili Tyranno,
Si aliter non posset,
Et suo, & Poloniæ cadauere obstrueret.
Quarto denique aduersus Adolphum Gustauum Patruelem,
Caroli Sueciæ raptoris filium Suecum,
Vt nouas iniurias, veterum patientia irritatas, vlciscereturs.
Eorum omnium exitus hic fuit.
MAXIMILIANVM AVSTRIVM,
Maximiliani Cæsaris Filium,
Rudolphi Cæsaris Fratrem,
E Regni riualibus potentissimum
Grandi prælio, ipso contentionis initio
VICIT, CEPIT, LIBERAVIT.
Fecit hæc citiùs quàm dico.
Victum se & captiuum Maximilianus non sensit,
Nisi quòd post Lautia libertate se quoque donatum vidit,
Ab eo,
Quem hospitem crediderat, non victorem.
MOSCHOS
Smolensco vrbe munitissima, & adiacente Prouincia spoliatos
Docuit,
Iniusti belli præmia, damnum esse & ignominiam.

TVRCAM
Quadringentis armatorum millibus,
Rei Christianæ seruitutem & exitium
E Poloniæ claustris minitantem,
Ipso in limine, hastarum vallo,
Et cæsorum Turcarum aggere coërcitum
Ad turpem solitudinem redactum,
Pacem fuga redimere coëgit, & fateri
Ad occupandum Orbis terræ Imperium,
Sibi vires, Polono cupiditatem deesse
Patruelis denique Sueci arma,
Vel condidit, vel suspendit,
Donec paternæ, tum virtutis, tum pietatis hæres
VLADISLAVS
Polonus, Iagellonius, Suecus,
Austrius, Aragonius, Sfortia,
Suo contentum illum viuere
Paternis resumptis, & animis, & armis
Condocefaciat.
Ita optamus, ita vouemus omnes.
Sigismunde Regum optime,
Cœlo semper digniſſime,
Cœlo recepte
Æternum Aue, & Vale.

Vixit annos LXVII. quod Regum non multi, Regnauit XLV. quod pauci, vbi inculpatus, & propria sua laude innocens, quod vix alius.
Fama cane, Liuor sile, Posteritas mirare.
Ego Magnos Manes veneratus, similes Orbi terrarum Reges,
Precor & abeo.
PAVLVS BOMBINVS,
Regi Opt : Max : incomparabili,
Cuius beneficentissimis de se iudicijs,
Et benevolentissimo animo omnia debet
Lacr : Pos.

Mediolani ex Typographia Regia, Io. Baptistæ Malatestæ,
Superiorum permissu.

D. O. M.

D. O. M.

CONSTANTIA
Ferdinandi Primi Imperatoris Optimi
NEPTIS.
Caroli Archiducis Auſtriæ, & Mariæ Ducis Boiorum
FILIA.
Ferdinandi Secundi Cæſaris ſemper Auguſti
SOROR,
Sereniſſimi ac Potentiſſimi Poloniæ & Sueciæ Regis
SIGISMVNDI TERTII CONIVNX.
Mortalitatis ſuæ exuuias ad Dei Supremi Iudicis aduentum hic depoſuit,
Ioannem Caſimirum, Ioannem Albertum, Carolum Ferdinandum,
Alexandrum Carolum, Annam Catharinam, lectiſſimos terris
Principes fœcunda boni publici,
MATER reliquit.
Cœlo autem fœcunditatis ſuæ partem filium, & filiam infantes conſecrauit.
Multis illa decora, quà Proſapiæ, quà generis, quà propinquitate,
quà affinitatis nominibus.
Sed eminentiſſima ob incredibilem erga ſuperos Diuoſque obſeruantiam,
inopino mortis caſu
Regina Regnum,
Coniunx Regem,
Mater Principes,
Totam Chriſtianitatem Pijſſima Princeps in mœrorem traxit.
Varſauiæ x. Iulij, Anno Reparatæ Salutis, M. DC. XXXI.
Ætatis XLIV. Coniugij XXVI.

VLADISLAVS IV.
Poloniæ Succiæque REX,
Poſt
Faſtum Aſiæ depreſſum
Repreſſam Moſcuæ perfidiam,
Domitam fortunatæ tunc Sueciæ ferociam,
Proſtratam latrocinantis Tauricæ inſolentiam,
Reſtitutam fertilitati pacis Poloniam.
Poſt peracta
Breui annorum armorumque compendio,

Magno-

MONVMENTA

Magnorum sæculorum bella

CVM

Toto in orbe sibi feciſſet monumentum

Hic ſuis cineribus fecit.

Obijt Merecij Ære Chriſtianæ,

M. DC. XLVIII.

XIII. Kalendas Iunias.

Ætatis LIII.

Hic iacet occluſus Rex Magnus parua in Vrna,
Olim cui fuerunt vix tria ſatis Regna:
VLADISLAI nomen ſi inſcripſeris, horret
Moſcus, Turca timet, cætera turba gemit.

SIGISMVNDVS CASIMIRVS,

Poloniæ Princeps, Sueciæ hæres, Opoliæ & Ratiboriæ Dux,
Vladiſlai IV. & Ceciliæ Renatæ Auſtriæ, Regum filius,
Hic dormit in puluere.
Cuius alta in puerili corpore indoles ſpem dederat,
Eum futurum hæredem & bonorum Patris & honorum,
Niſi ætas inuidis eſſet,
Iudicio prouectus, Forma venuſtiſsimus, Moribus placidiſsimus,
Omnium votis oculis in ſe conuerſis,
Vix oritur, moritur.
Varſauiæ, die IX. Aug. Anno M. DC. XLVII.
Ætatis ſuæ VIII.
Delicium Patris, Orbis expectatio.

D. O. M.

Tu qui Auguſtæ Reginæ
Sacram Vrnam
Aſpicis,
Venerare Tredecim Imperatorum Auſtria Domo prognatorum
Diuum Sanguinem,
CECILIAM RENATAM.
Vladiſlai IV. Poloniæ & Sueciæ glorioſiſsimi Regis, ſceptri, torique
Conſortem.

Paternæ

Paternæ, Ferdinandi II. Auguſti, pietatis & omnium virtutum
Ex aſſe hæredem,
CVI
Dum Orbis immortalitatem precatur, cœlum, mortis viâ ereptam
Sibi vendicat glorioſam.
Exuuias hic capit tumulus, poſthumi amoris, & Regiæ
mœſtiſsimi Coniugis, magnificentiæ,
Monumentum.
Sic decuit Imperatorum ſanguinem,
Sic cœli triumphantis pignus,
Nata Græcij Anno Chriſti
M. DC XI. VI. Iulij. S. V.
Coronata Regina Poloniæ Varſauiæ,
M.DCXXXVII. xiij. Septemb.
Moritur Vilnæ,
M. DCXLIV. xiv. Martij.

Hic ſitus eſt
IOANNES ALBERTVS,
Poloniæ & Sueciæ Princeps,
S. R. E. Cardinalis
Epiſcopus Cracouien. Dux Seuerien.
Dum digna
Patre Sigiſmundo Tertio,
Matre Conſtantia Auſtriaca,
Fratre Vladislao Quarto,
Poloniæ & Sueciæ Regibus,
Ferdinando Cæſare Auunculo,
Cæteriſque Auguſtis Maioribus,
Indole ac virtute orbi illuxiſſet,
Extinctus.
Dumque cunctos in amorem & admirationem ſui rapuiſſet,
Raptus ipſe præcipiti Fato,
Ac inter vota, auguriaque Orbis
Pro Cardinalitia purpura, Regalem,
Pro Tiara ac litico, ſceptra & diademata
Ei deſti-

Ei deſtinantis,
Ad æterna euocatus.
Patauij, die XXIV. Decemb. Anno D. M. DC. XXXIV.
Ætatis ſuæ XXIII.

HOSPES
Ne mirere hanc molis ſubſtructionem,
Mauſolæum Iagellonicum eſt,
In quo Diuum illud genus,
Sarmatici Imperij habenas
Tertium iam ſæculum gubernans,
Quieſcit.
Huc quoque, proh dolor! nuper illatus eſt,
(Anno 1634. die 19. Nouemb.)
Floridiſſimus ſuæ ſtirpis ramus,
Gentiſque noſtræ decus, ſpes, atque ornamentum ſingulare.
ALEXANDER,
Poloniæ, & Sueciæ Princeps,
Magni Regis Sigiſmundi III Filius,
Magni Vladislai IV. natu minimus Frater,
Martij Spiritus iuuenis.
Et ni fata inuidiſſent,
Non Aſiam modò, vt ille Macedo, regere natus
Sed quidquid in Orbe natum.
S. S. P.

Aliud.

VIATOR
Ne tranſeas rogo Sarcophagum,
Inſalutatis manibus optimi Principis,
Iacet enim hic
Grandis Aquilæ Septentrionalis pullus,
Sigiſmundi III. minimus natu Filius.
ALEXANDER,
Poloniæ & Sueciæ Princeps.

In quo,

In quo,
Canescentibus naturæ annis
Tantum virtutis decus affulsit,
Vt sine titulis Regnorum magnus appellari dignus sit.
Is dum Asiam meditatur, & nobile Martis iter
ingredi parat,
O duram præcipitis fati necessitatem!
In ipso ætatis flore rapitur,
Et omnium nostrum votis frustratis
Ad originem sui reuertitur,
Abiecta mortalitatis sarcina,
Anno 1634. die 19. Nouemb.
S.S.P.

D. O. M.
STEPHANO BATHOREO,
REGI POLONIÆ,
Pacis belliqúe artibus magno,
Iusto, pio, felici, victori.
Liuoniæ, Polotiæque de Moscho vindici,
Anna Iagellonia, Regina Poloniæ
Præstantissimo Coniugi M F C. M. D. XCV.
Obijt pridie Idus Decemb. M. D. LXXXVI.
Regnauit annos X. Menses VII. Dies XII. Natu. LVI.
Deo, Reip. Pol. & Lithuan. Polociam, Liuoniamque restituit.
Anno Domini, 1583.

Hic Federicus adest Casimiri clara propago
Regis, & Augustæ spes erat alta domus:
Namq; sacer culmen tardo venisset in altum,
Ni tantum raperet mors properata decus:
Sed dum sæua tamen voluit fortuna nocere,
Profuit humanis cessit, & astra tenet.

Hoc opus, Federico Cardinali, Casimiri Filio, (qui quinque & triginta annis exactis, M. DIII. Martij XIV. obijt.) Fratri Carissimo Diuus Sigismundus Rex Poloniæ Pientissimus posuit. Ab Incarnatione Dñi, M. D. X.

STADT BIBLIOTHEK

VIRTVTI ET HONORI.

Illustriſs. D. D. Gabrielis, Comitis à Tarnow, Gen: Cap: Crac. multorum exercitus Polon. Imperator. plurium Patriæ Senator: Nepoti, Pronepoti, Abnepoti, quem dum Religio Catholica, Propugnatorem acerrimum, Patria Ciuem optimum, familiæ Religioſæ defenſorem, ac Mecœnatem munificentiſsimum, Iura legeſque vindicem iuſtiſsimum ſuum elle aherunt, ſub leges vocauit mors ſuas.

Fida Coniunx Catharina de Warſzyce.

Primùm in Eccleſia Solecen. Heroos deinde cineres heroas inter magnos Regeſque, olim Regum ſtudioſiſsimi mariti, monumentum poſuit, Anniuerſarium ſacro Prælator. Collegio & Sacerdotem perpetuum fundauit. Die xxiij. Auguſti. Anno Domini, 1632.

D. O. M.

Reuerendiſſ: D. Paulo Dembski, Dei Gratia Epiſcopo Laodicenſi, Suffraganeo, Canonico, Vicario & Officiali Generali Crac. antiquæ virtutis & fidei viro, auitæ Religionis cultori feruentiſsimo, in eaque promouenda laboris patientiſsimo, in munere adminiſtratoris ritè obeundo, quo ille ter Sede vacante, ſtrenuè functus eſt feliciſs. in amicitia & hoſpitalitate colenda non minus conſtanti quàm ſincero: ob alias denique eximias eius virtutes, & præclaras animi dotes omnibus chariſs. & vnicè amando; qui magno ſui deſiderio relicto, obijt, annum agens LXXIX. & Menſes VIII. M. DC. XIII. Die vlt. Februarij. Executores hoc monumentum poni curauerunt.

D. O. M.

R. D. Paulus Garlinſki, Crac. Vlad. Canon.
S. R. M. Secretarius.
Naturæ & fortunæ ornamentis clarus,
Vir ætate & moribus antiquis grauis,
In bono Eccleſiæ tuendo tam fortis quàm prudens,
In Iudicijs Tribun: Reg. Iudex æquus,
Comitate & humanitate omnibus charus,
Cuius mortalitas, non vita finita.
Ad quam, piè exceſſit,
Ac Auunculo hic appoſitus in Domino requieſcit.
Obijt 26. Martij, Anno 1634.

Ioannes

Ioannes de Laſko Archiepiſcopus Gneſnenſis.
Ioanni Radlica Doctori de Radlice, Epiſcopo Crac. Proauo ſuo mortuo Anno M. CCC. XCII. Sepulchrum hoc inſtaurat. Anno M. D. XVIII.

Sub magna Imagine Crucifixi penes Sacrarium.

Hæc Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti affixi effigies,
Quæ in Iconotheca iſta debito cum honore ſeruatur,
Colloquium fecit,
(vt Maiorum habet traditio)
Cum Diua Heduige Poloniæ Regina,
Ludouici Hungarorum & Polonorum Regis filia; Vladiſlai Iagellonis prima Coniuge: pietate exquiſita dum viueret, poſt mortem verò varijs miraculis illuſtri. Tu etiam Hoſpes, ſigna vulnerum eiuſdem Domini tui, ſine voce hic te alloquentia, audi: & quàm gratus erga ea fueris, tecum cogita.

D. O. M.

Hic corpus Lucæ Zdroiowſki, Canonici Crac requieſcit, diem expectãs vltimam, oretur pro eo. Obijt Anno D.M.DC. XLVIII. Die xxviij. Menſis Februarij.

D. O. M.

Rñdo. D. Adriano Skáſzewski de Skáſzewo Canon: Crac: viro pio modeſto morum candore ac vitæ elegantia prædito, qui cum labores Eccleſiaſticos valetudine firma exiſtens, libenter perferret. Diuturno tandem morbo exhauſtus die 21. Auguſti. A. D. 1603. Ætat: ſuæ 50. vita functus eſt.
Ioannes & Paulus Fratres Germani mæſtiſsimi, ad locum ſepulchri Fratri deſideratiſ: poſuerunt, vt orent prætereuntes pro anima defuncti.

D. O. M.

Stiborio Krzykowski Vladiſl: Lancicieñ: Scholaſt: Crac: Cruſuicieñ: Cañ: D. Sigiſ: Auguſti Regis Secret: genere, meritiſque conſpicuo, pio, eleganti, liberali. Albertus Krzykowski Secret: Reg: Germano meritiſs: poſuit, vixit. Ann: LV. Obijt Anno. Salutis M.D. LXXIII.

Ioannes Andreas de Valentinis Mutinen: Præpoſ: Crac: Sandom: Trocen: artium medicinæq; Doct: peritiſ: qui ℞. Cardinali Hippol: Eſten: atque Sere: Poloniæ Regi Sigiſmundo I. & Sere: Reginæ Bonæ, Sfortiæ, feliciter plurib: ſeruiuit annis: tandem à Deo Opt: Max: vocatus xx. Febr: M. D. XVII. ad æternam migrauit vitam.

Oſſa Eliſabethæ Piletiæ vxoris tertiæ Vladiſlai Iagello: Poloniæ Regis hic ſunt recondita: Obijt Anno Dñi. 1427.

Admodum Rñdus Dñus Iacobus Oſtrowski Sacræ Theologiæ Doctor Cracouien: &c. Canonicus, Niepolomicen: Parochus. Supremus Pœnitentiarius Eccleſiæ Cathedralis Crac: vltra 40. annos per omnes Eccleſias Concionator acerrimus, & de amicis bene meritus, Obijt die vltima Decembr: A. D. 1637. Executores poſuerunt.

Martino Belzæ de Cracouia Iuris Pontificij Doctori, viro ſuæ profeſſionis perito, Canonico Crac: qui vixit annis LXV. moritur die xvi. Maij Anno à Chriſto Nato M. D. XLII. oretur Dominus Deus pro anima eius. Executores poſuerunt.

Ioanni Selingio Vratis: Can: viro pio, literato, & qui in rebus humanis tranquillitatem animi ſummum bonum eſſe putabat, eaque de cauſa alienus ab omni ambitione, ita ſemper vixit, vt nemini moleſtus omnibus gratus, ac iucundus eſſet. Andreas Przeclawski & Petrus Myſzkowski Crac: CC. Amico & Sodali poſuerunt. Anno M. D. LII.

D. O. M.

Thomas Oborski Epiſcopus Laodiceñ. Suffrag: & Can: Cracouienſis I. V. D. ad hanc aram crucis in qua quotidie Sacris operando Spiritum Deo offerebat, etiam quod mortale habuit deponi iuſsit.

Virtutes quotquot erant, qui eas tàm in viuo quàm in mortuo laudare nitebantur, vix enumerare ſufficiebant, & quidquid de his, ſiue dicto, ſiue ſcripto pronunciarunt minora merito aſſeruerunt.

Qui non tàm titulis & infula Epiſcopali, quàm Zelo Dei fulgebat, deſideria ſua non alibi quàm in latere Chriſti deponens. In hoc viro priſci æui Pontificum, pietatem, ſanctimoniam, candorem, humilitatem, laborumque tolerantiam, reſtitutam Eccleſiæ ſuum tempus vidit.

In Suffraganeatu 30. annorum curriculo, vnico contentus Chriſti patrimonio, hoc ſingulare pij ſui laboris reliquit teſtimonium.

Ordina-

Ordinationes ſacras fecit	*CLVIII.*
Quibus Presbyteros creauit	*M.M.CLXXXV.*
Sacrauit Eccleſias	*CXLIII.*
Altaria Fixa	*D.CCV.*
Altaria portatilia	*M.*
Calices	*M.DCCLVII.*
Conſecrauit Epiſcopos	*VI.*

Obijt Anno Dñi. 1645. Die 3. Iulij. Ætatis ſuæ 74. multis bene de vita & obitu opinantibus.
Nicolaus Oborſki Can: Crac: Nepos Patruo ſuo deſideratiſsimo, & Executor poſuit. Anno Dñi. M. DC. XL.

Staniſlao Borek viro Genere Nobili, prudentiâ, integritate vitæ, anim moderatione, pietate, beneficentia in egenos, doctrinæque ſtudioſos, & laudabiliter obitis in iuuenili ætate honeſtis aliquot legationibus claro V. I. Doctori. Decano Crac: Cantori Gneſnen: Cancell: & Cano: Vratiſl: curatores teſt: P. P.
Obijt 80. Annos longe egreſſus, & huc in ſepulchrum patroni ſui illatus eſt. Menſe Auguſti. Anno Dñi. M. D. LVI.

D. O. M.

Suoque poſtremo cineri.

Petrus Tomicius primum Premiſl: deinde Poſnan: poſtremo Cracou: Epiſcopus, Regni Vicecancell: mortalitatis memor ipſe ſibi poſuit, moritur (anno ætatis ſuæ LXXI. M.D. XXXV.) in lectione Paſsionis Domini, ad illa verba. Pater in manus tuas commendo Spiritum meum.

Rñdo D. Petro Porembski Cant: Crac: Præpoſito Oſwiec: & quondam Sereniſs: Reg: Hungariæ Cancellario, viro graui ſingulari pietate, doctrina & rerum experientia prædito, amici mærentes poſuerunt. Obijt Pridie Non: Martij. Anno ſalutis. M.D. LXIV. Ætatis ſuæ Anno LXIIII.

Chriſtino Droſdowski ex Regum & Reginarum obſequijs diuturnis, ad Eccleſiaſticas functiones progreſſo, & primum Theologiæ Doctori creato, deinde Archid: Plocen: & Canon: Crac: tum autem P. Miſcouij Epiſcopi Cancellario facto, viro integerrimo literatiſsimo, iucundiſsimo, & qui ſemper auream fortunæ ſuæ mediocritatem omnibus oſtentatis opibus anteferebat. Obijt X. Febr: A. D. M. D. LXXXIIII. Ætatis vero ſuæ LXIII. Exec: Teſtamenti poſuêre.

Hoc

Hoc tumulo mortales exuuias Admodum Reuerendus Lucas Pruski Canonicus Crac: depoſuit, qui dum virtutem cum pietate coniunctam in omni vita ſecutus fuiſset, ſenili ætati etiam ea adiecit ornamenta, vt priſco candore & humanitatis officijs cum optimo quoque certaret. Qui legis hæc, pijs Manibus beatam precare immortalitatem, quam dum eſſet ipſe inter mortales omnibus antepoſuit felicitatibus. Vixit annos 72. Obijt die 7. Aug. M. DC. XLIII.

Martino Karnkowſki Decano Gneſneñ: Cuſtodi Vladiſlauien. Crac: Canon: Regio Secret: magni illius Staniſlai Primatis Regni Ex fratre nepoti.

QVI

Ab auita virtute non degenerans, ordinis ſui dignitatem conſtanti morum grauitate, ac liberali vitæ ſplendore tuebatur ſemper, & ornabat.

Is Idem

Tranquillitatem ſeceſſumque, turbæ ac præſentationi, deſtinato prætulit. An recte id nec ne, certent pro arbitratu ingenia.

Tu Hoſpes.

Quid horum conſectere declineſuè mortem conſule.
Hominem exuit ſeſqui altero & quadrageſimo ab adepto Canonicatu anno, vitæ LXXVII. ſal: M. DC. XXXI.

In Capella Grothonis.

Reueren. Pater Ioannes Groth, Epiſ. Crac. ſub hac noua tumba quieſcit, qui miris, clarus virtutibus, anno XIX. ſuæ Sedis deceſsit, & cùm huiusad limen Capellæ centum ſeptuaginta quinque iaceret annis, Magnificus Sylueſter Ozarowski, Regis Sigiſmundi Supremus Cubicularius, hanc ornaturus Capellã, pium Præſulem in hunc tranſtulit locum. A.M.D.XXII. Tranſlationis, A. M. CCC. XLVII. mortis.

In Tabula parieti affixa.

Ioannes Grothonis de Slupcza, & Familia Raua, Romæ literis imbutus, & à Pontifice Ioanne XXII. ſuo olim in ſtudio ſodali. Auinione ad Epiſcopatum Cracouienſem ſpontè illius, & Vladiſlao Rege alterum commendante prouectus inſignem paſtorem, & tam Eccleſiæ ſuæ, quàm Reipublicæ acerrimum defenſorem egit. Pallium quo vſque huc Epiſcopi Crac. in ſacris

in ſacris vtuntur, apud Benedictum Papam XII. cauſam cum Prutenis agens obtinuit. Arcem Ilzam, Eccleſiam in Radlow & Dobrowoda muro conſtruxit, Altaria in Arce & Eccleſia Cracouien. Sanctorum Coſmæ & Damiani, ac ſancti Vincentij, & præbendam apud Sanctum Georgium fundauit, multaque ſtatuta in Eccleſia Crac. ſaluberrima edidit, ac per omnia piè, iuſtè, & forti animo præſidens. Deque Eccleſia ſua & Republica optimè meritus, Anno Epiſcopatus ſui Decimo nono, Salutis verò, Milleſimo, Trecenteſimo, Quadrageſimo ſeptimo ab humanis ſublatus. Et ad limen huius Capellæ imprimis eſt conditus, vbi cùm Centum ſeptuaginta quinque quieſceret annis. Sarcophago aperto corporaliter iacere compertus eſt, de quo Beato corpore odor ſuauis redolebat, & ad inſtar violarum odoriferarum fragrantia erumpebat. Et quemadmodum Præſul benignus virtutibus in vita conſtanter relucebat. Sic eo indicio corpus pij Præſulis exhumatum duabus hebdomadis extra ſepulchrum manens, ſuauitatem non immutauit odoris, hic conditus eſt. Syluester verò Ozarowski, Diui Sigiſmundi Regis Cubiculi Præfectus, Domino Deo inprimis eiuſque Beatiſsimæ Matri, & Sancto Ioanni Euangeliſtæ, dehinc ipſi Epiſcopo gentili ſuo, ſalutique & cineri ſuo, & poſterorum ſuorum, Capellam hanc vetuſtate incultam & neglectam refecit & ornauit. Hocque nouo Mauſæolo extructo, Pium Ioannem Præſulem honorificè ab oſtio in hunc tranſtulit locum. Anno Salutis, M. D. XXII.

In terra.

Hac in Vrna Beato Grothone Crac. Antiſt: in auguſtiorem locum translato quorundam eius Eccl. Prælatorum, pietate & religione inſignium, cineres conditi beatam ſpem reſurrectionis expectant, ne moueto. M. D. XX II.

Illuſtris & Magnificus Dominus Valentinus Dębienski in Dębiany, Caſtell. Crac. Capit. Vartenſis, in hoc ſepulchro reconditus iacet, qui auita religione, pietateque in Patriam præſtans, & meritis in Rempub. clarus fuit, & ad hanc ſummam dignitatem per omnes honorum gradus virtute peruenit. Primum quidem ſub Sigiſmundo Primo Rege varijs muneribus perfunctus eſt. Deinde verò ſub Auguſto, Sigiſmundi filio, Aulæ Referendarius, Sandecenſis, ac poſtea Biecenſis Caſtellanus fuit; quo loco, cùm fidem induſtriamque ſuam probâſſet, multis Præfecturis auctus, primùm Theſaurarius, demùm & Regni Cancell. eſt factus. Tandem hoc Magiſtratu in ſenectute depoſito, Caſtellanus Crac. ſpectabatur. Iam verò cùm per omnem vitam ita vixiſſet, vt plurimis maximè carus, moleſtus eſſet nemini, ſatur vitæ atque gloriæ, non paucis ſuſceptis ex tribus vxoribus liberis, quorum commoda & ornamenta cumulauit, extremum Crac. clauſit diem, Annos natus plus minus octuaginta. Anno à Chriſto nato, M. D. LXXXIV. Die xvj. Octob. Bar-

Barbara Goslawska de Bebelno, Coniunx fida, & doloris plena, desideratissimo marito Coniugalis amoris monumentum fieri fecit.

Stanislaus Gorski, Crac. & Ploceń. Can. hero suo Petro Tomicio Crac. Episcopo, Regni Poloniæ Procancellario, appositus, beatam expectans resurrectionem, quiescit.

Suscipe terra tuo corpus de corpore sumptum
Reddere quod valeas viuificanti Deo.

ELEGIA.

Vitam & mores Venerabilis & Egregij D. Matthiæ de Miechow, Artium & Medicinæ Doctoris, & Canon. Crac. breuissimè commemorans.

MAtthias iacet hic medica clarissimus arte
De Miechow, lector, publica damna dole.
Multum doctrinæ, multum virtutis in illo
Vidimus immensum constituisse Deum.
Quo duce Cracouiam veniens vi pulsus ab agro,
Feruenti studio tempora prima dedit.
Gymnasij gradibus tandem cum laude receptis,
Ingenio tentans quælibet apta suo
Iuit ad Italiam, rediit doctissimus ipso,
Arti fortunam consociante Deo.
Cœperat ad summos hominum, Regesq; vocari
Inuito magnæ sæpe dabantur opes.
Quas ab auaritia procul impendebat in istos,
Quorum paupertem lex releuare iubet.
Non prætermittens quos medicare pudebat,
Auxilium tacita ferre solebat ope.
Artifici misero ne victus copia desit
Credidit ad curam pertinuisse suam.
Omne genus quærens homini quos fata grauabant
Aspera nam semper sunt inimica bonis.
Illorum numero viduæ sine dote puellæ,
Et studiosorum pars bona semper erat.
Quatuor inde scholas statuit loca censibus auxit,
In quibus ægrotis cura quiesq; foret.
Multocies etiam studium generale regebat,
Vt sic innumeris vtilis esse queat.
Prospiciens ne quis victu libriscq; careret,
Qui vellet studijs inuigilare bonis.

Lecto-

Lectorem Medica fundauit in arte perennem,
Promptus & ad ſeræ poſteritatis opus.
Profuit & ſcriptis Patriæ, paſſimq́ leguntur
Illius in libris quæ monimenta manent.
Conſilium gratis ſolitus dare, ſolaq́ reddi
Ex altis opibus munera paſſus erat.
Multa etiam templis animæ acceſſura ſaluti,
In cantus ſacros perpetuoſq́ dedit.
Scilicet eſt ab agris ideo dimotus, vt eſſet
Quo variè multi commoda magna trahant.
Conuenit & fas eſt, precibus ſuccurrere Lector
Illi, qui vitæ tempore talis erat.
Mortuus A. D. M. D. XXIII. die viii Septemb. Ætatis verò ſuæ LXVI.
Velicienſis opus locat hoc Nicolaus, amorem
Patroni recolens & benefacta ſui.
Teſtis erat præſens altæ virtutis & ipſe
Quam modicè attingens iſta tabella notat.

Nicolaus Zamoyſki Scholaſt: Lanc: Canon: Crac: Cantor Sandomirieñ: Tarnouieñ: & Voyniceñ: Præpoſitus. S. M. Regiæ Referend: & Secret: Ingenio ſingulari, patrijq́ue iuris peritia clarus. Cum ætatis annos 60 excellit. Anno. 1532. die 7. Maij obdormiuit in Dño, pro quo Dominus Deus oretur.

Reuerendus Iuriſprud: Doctor Sigiſmundus Stezicen: Præpoſitus Sandeceñ: Canon: Crac: & Vniuerſit: nouies Rector, vir honeſtus, ſyncerus, ideoq́ue nemini moleſtus, omnibus gratus, Monaſter: Hoſpit: fautor munificentiſs: Anno Dñi. 1582. ætatis autem ſuæ Anno 85. defunctus hic humatus. Eidem deuote lector precare Requiem in pace æternam Amen.

Admodum Rñdus Dñus, D. Albertus Szydlowski de Szydlow Cuſtos & Canon: Crac: Vladiſl: Secret: S. R. M. Egr: vir, ortu maiorum domi & foris clarus, iuris & legum peritia nobilis, de Patria, Epiſcopis, Capitulis, æquitate, prudentia, comitate: de religioſis, templis, cœnobijs, Xenodochijs, liberalitate optimè meritus, hic ſuam mortalitatem cum dolore omnium depoſuit.
Vixit Annos 63. Mortuus 3. Maij Anno Domini. 1617. Ioannes Szydlowski Aulicus S. R. M. hoc monumentum mæſtiſsimus amoris perpetui pignus, Patruo ſuo fieri curauit.

M. Staniſlaus Batkouius S. Th: Primarius in Acad: Crac: Doctor & Profeſſor, Cathedralis Eccl: Crac: Canon: vir ſimplex & rectus coram Deo & hominibus omni tempore vitæ ſuæ, plenus dierum ſub hoc marmore depoſitas, ſui corporis exuuias iuſsit expectari aduentum Saluatoris Magni Dei, ceſsit è vita Anno Chriſti. M. DC. XVII. die V. Maij Lector apprecare, bene vt ſit animæ.

Reuerendus Dominus Staniſlaus Kraſinski de Kraſne, gente Slepowronus Archid: Crac: Schol: Gneſnen: Cuſtos Plocen: Regius Secret: antiqua nobilitate clarus Iuriſconſultiſs: & in rebus gerendis exercitatiſs: apud Pium IIII. P. M. Epiſcop: clericque legatus, maturiorem ætatem in Aula Sigiſ: II. Aug: R. cum laude egit. Steph: & Sigiſ: III. Regibus inprimis charus & commendatus. Georgij S. R. E. Cardinalis Radiuil Epiſcopi Crac: vicarium gerens Magiſtratum optimè & vigilanter, rebus humanis ereptus eſt. Anno M. D. XCVIII. die Septemb: XII. Ætatis LXIV. Curat: Teſt: poſuerunt.

Craſsinium quæris, nuſquam eſt, ſubſiſte viator,
Lucet quod lethum ſuſtulit innocuum.
Oſſa tenet tumulus, mentem rapuere beati
Cœlicolæ, æternum terra Polona vale.
Ioan: Craſs: C. C.

Ioanni Krafinſki à Kraſne Cantori, Canonico Crac: & Gneſnen: Regio Secret: ingenio acri, lingua prompto viro ad omnia ſumma nato, deque Eccl: Dei optime merito, Staniſlaus à Kraſne Palatinus Plocen: Capitaneus Blonen: Fratri deſideratiſs: monumentum poſuit: Obijt Anno Domini. M. DC. XII. die XIII. Menſis April:

Reuerendus Dominus Iacobus Lempicki I. V. D Protonotarius Apoſtolicus Gneſnen: & Crac: Canon: Abbas Lubinen: Sigiſmundi III. Polo: & Sueciæ Regis Secret: ac Cancellariæ maioris regens, literarumque ſuæ maieſtatis ad exteros Principes ſcriptor, Staniſlai Karnkouij Archiepiſcopi olim Gneſnen: Cancell: Obijt xxx. April: Anno Dñi M.DC.VIII. ætatis ſuæ. LV.

Venerab: Staniſlao Zmac de Pabianice S. R. M. Capellæ Præpoſito, qui inſigni virtute, pietate, & vetuſtâ morum grauitate, Annæ Iagelloniæ Poloniæ Reginæ, mirum in modum gratus extitit, & complures annos Vicedecanatus, & Pœnitentiariæ officium non minus fæliciter adminiſtrauit; quam ſuadente ſenecta ſummo cum affectu depoſuit. Executores teſtamenti poſu: Obijt anno ſalutis. M. D. C. I. Die XVIII. Menſis Ianuarij, Ætatis LXXX. Sacerdotij. LIIII.

Commiſ-

Commissa mea paueſco, & ante te erubeſco, dum veneris iudicare, noli me condemnare. Miſerere mei Deus, dum veneris in nouiſſimo die. Anno Dñi. M. DC. XLVIII. Die XXVI. Menſis Martij.

Reuerendo Domino Raphaeli Mſtowski Præpoſito Vielicen: Canon: Crac: viro ſermone affabili, erudito, ſpectabili, Sacerdoti deuotione infatigabili, exemplis imitabili, Prælato ſinceritate irreprehenſibili, eleemoſynis inſuperabili. M. D. LXX. VI. die III. Sept: Ætatis vero ipſius XL. IIII. defuncto. Mater & Frater germanus mæſtiſs: hoc monumentum amoris ergo poſuerunt.

Zbigneo Ziolkouio gente Korczacouio, priſcæ fidei, probitatis, integritatiſque viro: humanitate & liberalitate ſingulari prædito, cæteris quoque virtutibus ornato, Canonico Cracouienſi, Amici teſtamenti eius curatores monumentum hoc poſuerunt. Obijt Anno Ætatis ſuæ LXXVIII. Salutis vero Anno M. D. LIII. XIX. Maij.

Andreæ Dunin de Prawkowice Capitaneo Brzeznicen: & Boleſlauien: Exactori Regio, Ioannes Dunin Fratri bene merenti poſuit, Obijt penultima Octob: A. D. M. D. XXII.

Ad Altare Kmitarum.

Ieſu Chriſte Fili Dei viui
Hæc Barbara Fulſtinenſis dicauit tibi,
Illius Viduæ, miſerere, Maritum Petrum Kmitam ſuſcipe,
Ac omnes Kmitas qui ad hoc Sacrum quieſcunt altare in Abrahæ ſinu repone.

Petro Kmitæ Palatino Crac: Kmitarum vltimo & maximo, cuius familia ex Schreniauia orta gente, continuatis honoribus magniſque rebus geſtis, in Polonia multis ætatibus claruit, columenque Regni ac decus ob virtutem, antiquitus habita fuit, quam ab occaſu neque Anna Gorkowna vxor prima, neque Barbara Fulſtinenſis ſecunda, ſeruare in hoc viro potuit, qui Staniſlao Kmita Patre, & Catharina Tarnouia ortus Matre, cum & Palatinatu Præfecturaque Cracouienſi, & Marſchalcatu Regni & Scepuſienſi Præmiſi: Colenſique Præfecturis, in domo Viſnicia floruiſſet, maiorumque honores cumulaſſet, vltimum veſtigium in terris irato Polonis Deo, poſt Kmitas omnes fecit, ampliſsimo patrimonio ſororum liberis, Stadnicijs, atque Barſiis relicto: cuius mens cœlo, corpus cum Patribus hic contegitur humo. Vir fuit animi magni & conſilij, Rempub: tanquam Pater vnicam filiam dilexit, pro qua inimicitias ſuſcipere, periculum adire, commoda negligere, omnia humana poſtputare, domi foriſque, bello paceque ius eſſe faſque duxit: in qua ille ſobriè,

iustè, pieque viuendo, apud Reges gratia, apud ciues potentia plurimum potuit, iustitiam in magistratu cupidè exercuit, illamque non tàm summo iure quàm æquitate multa, pro tenuioribus contra potentiores temperauit: antiqui moris, Ecclesiastici Romanique ritus homo seruantissimus fuit, studia liberalia coluit, doctos ac militares viros fouit, in amicos beneficus, benignus in afflictos: eratque vt aduersantibus asper, ita si cederes idem placabilis, maximas offensiones minima deprecatione compensans: pudore & temperamento linguæ durissimos etiam inimicos frangens & emolliens, & cum liberalitate atque clementia omnique parte vitæ esset laudabilis, fide tamen coniugali excelluit, pro qua illi huius sepulchri à Barbara Ioannis Herborti à Dobromil Filia, vxore fidissima mœstissimaque hic habitus est honos, Excessit è vita Sigis: Augusto Rege, magnumque præbuit publice extinctæ familiæ dolorem, annos natus LXXVI. Pridie Kal: Nouemb: Anno Christi Dei nostri. M. D. LIII.

Ioannes Foxius I. V. D. Archidiaconus Cracou: Protonotarius Apost: Secret: Regius vir magnorum: in Eccl: Cathedrali prope XL. annos meritorũ fidelitate, operâ agendi, peritia, Principibus in Regno commendatus Sex Illustris: Episcoporum Cracou: in Diœcesi fidelis: & felix operarius Cardinalis Radziuili: causar: auditor.
Petri Tylicij ad Paulum V. & iterum ad Vrbanum VIII. ea Synodo prouinciali internuncius, optimi semper tenax proposiți, sententiâ in dicendo incorruptâ, mens & consilium Capituli, vbi naturæ & gloriæ satis vixisset, plenus annorum, & pro Ecclesia Dei laborum, prope septuagenarius decessit, Anno salutis. M. DC. XXX VI. die XXI. Mensis Februarij. Cuius memoriæ monumentum hoc executores Testamenti posuerunt.

Epitaphium Reuerendissimi

Ioannis Choiensķi Vicecancel: Regni.

Episcopi Cracouiensis.

Mens ego Regis eram Summi columenque Senatus,
Idque ope Mercurij, Palladis, & Fidei.
Summorum celerem cursum succidit honorem,
Quem dederat virtus, inuida Parca mihi.

Heus Viator.

Mirare ante annos senectutem.

PETRVS SKIDZINSKI.

Canonicus Cracouiensis, Archidiaconus Zauichostensis.

Pietate, prudentia, vitæ integritate, canitiem rugasque superauit.

Hinc

Hinc Ecclesiæ vtilis, Collegijs amabilis, amicis desiderabilis, omnibus denique charus, transilijt ad mortem. Anno salutis 1616. Septemb. 7. ætatis 37. Tu viator meditare; an commodius sit mortem transire ad nos, vel nos ad eam.

PROCOPIVS RVTHENVS
Episcopus Cracouiensis.

Lesci Nigri consanguineus, & Reipublicæ Cancellarius.

Hic binis tantum tibi Grachia præfuit annis
Successus propera morte trahente suos.
Qualis vir fuerit, nescitur, tempore nobis
Si tamen ex nostro colligere ista licet.
Magnus erat, Magnis hoc tempore dantur honores,
Prudens & sapiens qui tenet alta satis.

Illustris & Magnificus D. Dñus Stanislaus Barzij, de Błozew & in Wisnicz hæres Palat: ac Generalis Crac: Sniatinen: Cap: vir pius & benignus, nec indifertus Senator, vitæ Catholicæque Religionis cultor, & pro sua dignitate gratiaque Principis florens, obdormiuit Anno 1571.

Anno Domini. 1082.

Memoriæ Iudithæ.

Iuditha Vladislai Hermani Poloniæ Principis Coniunx, filia Ducis Bohemiæ, ex Adleida filia Andreæ Regis Hungariæ susceptа, effundens concupitum infantem Boleslaum nomine, cui cognomentum accessit Krzywousty breui ipsa superuiuens tempore, de ergastulo huius carnis Nono Kalend: Ianuarij in Vigilia Natiuitatis Domini soluta est, planctа à Clericis & miseris personis, quoniam benigna fuit mater orphanorum. Huius munificentia, Comitatus Chroppi in terra Syradien: qui nunc Pabianice dicitur, cum hominibus & seruitutibus eorum, & cum omnibus tributis ex frumentis melle, & pellibus mardurinis, & aspergillinis, donatus est Canonicis Ecclesiæ Cracou: in cuius recompensam horas Beatæ Mariæ astricti sunt singulis diebus explere. Ex decreto Vener: Capituli Eccl: Crac: gratitudinis ergo A. D. 1634. P. P.

M. Matth: Miechou: L. 3. Hist: Pol: Cap: 1.

Epitaph: E. D. D. Bartholomæi Sabini S. R. M. Physici.

Hæc sunt eximij Doctoris busta Sabini
Regio Pontana prouenientis humo.

Quem

Quem Medicum atque Sophum, & clarum virtutibus amplis.
Dotibus ornarunt Rexq; Sacerq; chorus,
Archidiaconus hic Lublini Lenciciæq;
Præpositus Vilnæ, Florianiq; Sacris.
Canonicus Vilnæ, & Sandomiriæ atq; Parochus
Piotrouienſis, item Stęzycenſis erat.
Ægidij cuſtos ſancti, & Collega Minorum
Maximus, Auguſti certa medela malis.
Huic igitur fratres germani hoc triſte ſepulchrum
Thomas & Simon, depoſuere ſui.

Conſumptus eſt phtiſi Ætatis ſuæ Anno 50. Obijt **XX.** die Auguſti Anni M. D. L V I. Hoc ſepulchro conditus requieſcit, oretur pro eo.

Petro Boratynſki Caſtell: Belzen: & Capitaneo Samborien: nobili ac bellica laude inſigni, familia imprimiſque Patre clariſs. procreato, prudentia, eloquentia, animi magnitudine, ac cæteris omnibus animi ingenijque virtutibus, domi & militiæ, publicis & priuatis rebus, ac obeundis ad exteras nationes legationibus præſtant: Barbara Dziedoſzycka marito bene merenti mœrens poſu. M. D. LVIII. vixit annis **XLIX.**

D. O. M.

Ac memoriæ

Martini Szyſzkowſki, Epiſc: Crac. Ducis Seueriæ.

Qui vixit

Cœlo, Sponſæ, Patriæ, muneri, virtuti, naturæ.

Atque ſat quidem

Bono communi bonorumque vſibus natus, ocioſus nunquam, nuſpiam inutilis.

Magnus vbique.

Conſilia, res geſtæ, monumenta, merita, exempla, fama,
mortuus vt moriatur non permittunt:

Altera eius pars ad Diui tutelaris buſta ſita eſt.

Alteri quæ nobilior, vt bene ſit, vos apprecemini mortales.

Obijt Sal: An: M. DC. XXX. Ætatis LXXVI. Prid: Cal: Maij.
Nicolaus Abbatiæ Czeruen. Admin: Secret. Regni maior, Patruo B. M. P.

Pijs Manibus Staniſlai Rudzki, Can: Crac. Præp: Viſliceñ. Probi, prudentis, induſtrij viri. Qui apud Martinum Szyſzkouium, Epiſc: Cracou. Oeconomico Quæſtorioque munere rara fide perfunctus, cum teſtatæ ſolertiæ ductu, ſacri Baſiliani Collegij, rem procurandam ſuſcepiſſet, in ipſo curarum aditu, expectatione omnium præcluſa, fatis vrgentibus ceſsit, ſcilicet inſidioſæ morti. Nec corporis habitudo firma, nec ætatis matureſcentis viror, nec mortalium vota, obſiſtere queunt.

Heus

Heus Spectator.

Fato te para, præstòque sis, & nil habe non suspectum.
Migrauit Anno Sal. M. DC. XXXI. xx. Ianuarij, Ætatis XLV.

R ñdo Dño Paulo Goslicki, Ecclesiarum Cathedr: Crac: Plocen: Canon. pietatis cultori studioso, ingenio perspicaci, doctrina eleganti, morum singulari candore & comitate, pauperum liberali patrono: die xix. Ianuarij. Anno Dñi, M. D. XC. Ætatis autem ipsius Anno XLVIII. Mortali vita perfuncto, fratres germani ad locum sepulchri propter excitandos prætereuntes deprecandi illi vitam & requiem æternam posuerunt.

Reuerendus Dominus Bartholomæus Zawacki de Grudowsko, Crac: Ploceñ. Pultouieñ. Canc. &c. Diuorum Sigism. Aug. Henrici, Stephani, Regum Poloniæ Secretarius, & ad omnes ferè Principes & Reges Christianos frequens Nuncius, vir integritate, prudentia, moribus, humanitate conspicuus diem supremum obijt, Anno Domini, M. D. XCVI. die viij. Mensis Febr. Ætatis verò suæ A. LXX. Ioannes frater mœstus posuit. Oretur pro eo.

Clementi de Moskorzow, Comiti in Dobczyce & Kamieniec, Castell. Visl. Vicecancell: Regni, Præfecto Generali Crac. Eccl: Moscorouieñ. & trium ibidem Præbendarum fundatori liberalis. qui Anno Dñi, 1408. die S. Ceciliæ virginis vita functus hoc loco sub altari militum, à se fundato, conditus quiescit. Remigius Moskorzowski, in Moskorzow Hæres, Nominis, Prosapiæ suæ, & fidei Catholicæ propagator feruentiſ. in clarissimum familiæ vetustæ Parentem optimè affectus, ab obliuione vindicatam memoriam Anno Domini, 1626. erexit.

Reuerendo Domino & clarissimo viro, D. Lucæ Podoski, Præp. Gnesneñ. Can. Crac. S. R. M. Secret. ingenio, doctrina, prudentia, dexteritate, morum elegantia cum grauitate spectatiss. ideòque Sereniss. Regum Sigism. Aug. & Stephani, apud Inuictiss. Imper. Rom. Max. II. & Rudolph. II. ter Nuntio, in negotijs peragendis efficaciss. monumentum. Requiescat in pace, Amen. Anno M. D. LXXXIV.

Reuerendo Domino Martino Zydowski, Gnesneñ. Crac. Canonico, modesto, pio, miti, & industrio viro. Anno Dñi, M. D. LXXII. die x. Iunij. Ætatis verò suæ L. ex hac vita sublato, amicus confr: & executor mœstus coniunctiss. amico posuit.

Hic situs est
Erasmus Kretkowski, Archidiaconus & Official. Generalis Cracouieñ. obtentis maioribus honoribus.

Si vir-

Si virtutis & laboris præmium quod olim fuisset,
Sed heus Sacerdos vide & imitare
Innocentia & candore agere & pati pro Ecclesia, nil ambire, in Tribunali æquum esse, amicorum mores nosse, & odisse, vbi & quando opus erat. Huic cùm vltimum Vale vidisti præmium immortalitis præcare. Obijt Anno M. DC. XXXIX. die XIX. Nouemb. Ætatis XLIV. Illustriss. & Reuerend. Iacobus Zadzik humanis exẽpto, per suos Execut: poni fecit.

Joanni Kochanouio.

Gnesneñ. Crac. Canonico, S. M. Regiæ Secretario, qui dum à Collegio Ecclesiæ huius ad iudicia Tribunalis Regni missus, sedulo munus suum exequitur, contracto ex imbecilla valetudine morbo Lublini moritur. Anno 1613. die 16. Mensis Iulij. Venerabile Capitulum Cracouiense Confratris amantissimi memoriæ poni curauit.

Rñdo Domino Andreæ Cieklinski, Canonico Cracouiensi, Præposito Visnicensi, Habdanka Scarbeciorum gente antiquissima progenito, viro integerrimo, pio, magnanimo, multisque animi & corporis dotibus cumulatissimo, qui dum Quadragesimum tertium annum agit, immatura morte correptus, Obijt in Domino die IX. Mensis Maij, Anno Dñi, M.D.XCI. Stanislaus & Petrus (Sereniss. Stephani Magni, & Sigismundi Poloniæ Regum Secretarij) Cieklinscij, Fratri desideratiss. mœsti posuêre.

Stanislao Garwaski, Decano Plocen. Can: Crac. Secretario Regio, Karnkouij & Baranouij Archiepisc: Gnesnen. ac Martini Szyszkouj Ep scopi Crac. familiari, viro pio, literis exculto, domi & foris apprimè eleganti, qui sicut viuens Deiparam Virginem summè venerabatur, ita moriens bona ex censu Ecclesiæ quæsita, iuuentuti ad cultum eius formandæ consignauit. Obijt Sabbatho ante horam Salutat. Angelicæ, die XXIIJ. Decemb. M. DC. XXXV. Executores Testamenti M. M. P. P.

Adm. Rñdo. Domino Hieronymo Rẹczayski, Archidiac: Crac. Bernar. Macieiouij, Archiep: Gnesneñ. Cancellario, qui cum paternam nobilitatem suauiss. moribus eruditioneque singulari illustrasset, ac Sereniss: Sigiſ. III. Pol: Regis ad Paulum V. P. M. Legationis Secret. præclarè se gessisset, in Patriam reuersus, Deo illum à terrestri Aula ad cœlestem vocanti, lubens paruit, hæredes rerum suarum fratres Carmelitanos Discalceatos Crac. test: reliquit. Obijt.

Rñdo Iacobo Gorski, I. V. D. Archidiac. Gnesnen. Can. & Archipresbytero Crac. Vniuersitatis Professori, Procancellarioque celeberrimo, ac eiusdem octies Rectori diligentissimo, discipulorum copia clarissimo, scripto-

ſcriptoriq́ue diſertiſsimo, ac propterea Magno Regi Stephano chariſsimo, Teſtamenti curatores & amici præcati requiem æternam. Hoc monumentum poſuerunt defuncto. A. D. M. D. LXXXV. xvij. Iunij.

Gaſpar Niewiarowski, Can: Crac. S. R. M. Secret. Magno in Deum cultu, generis dignitate, principum amicitia, morum integritate, animi in vtralibet fortuna moderatione inſignis, de ſtatione vitæ euocatus, hic ſupremum expectat diem. Heu! quàm res humanæ vltra cinerem nihil ſunt! Et nos curis differimur inanibus. Iam noſti qualis hic. Tu qualis ipſe breui futurus ſis, vide. Si viuis vt benè moriturus, morieris vt beatè victurus. Obijt A. Sal. M. DC. XXIX. Septemb. xvj. Ætatis anno LVIII.

Hic iacet Magnificus Dominus Martinus de Kamenecz, Palat. Podoliæ, qui obijt Crac. feria II. poſt Dominicam Reminiſcere, die xv. Martij. Anno Domini, M. D. XXX.

Staniſlao Grotkowski, Gneſnen. Crac. Sand. Canonico: pietate & integritate vitæ præſtanti, viro hoſpitalitate planè admirabili, virtutis & diſciplinæ veteris in Curijs Epiſcoporum quibus præerat vindici; ſacris dein addicto, & reliquo vitæ ſuæ tempore, in cultu Dei, piè & munificè confecto, mortuo amici P. P. vixit annos LXIII. Obijt Anno Dñi, M. D. LXXIII. Menſe Iunio.

Reuerendus Dominus Ioannes Naropinſki, Scholaſt: Crac. iacet hac ſub mole, ſepultus Anno 1543. die Martis. 2. Menſis Februarij. Anno verò ætatis ſuæ 76. Oretur Deus pro eo.

Bernardo Wapowski, I. V. D. Cant: Crac. Cubiculario & Secretario Regio, viro erudito, carmine & proſa excellenti, Patruus poſuit. Scripſit Hiſt: Polon. ex qua, tum ingenio Rempub. poſteris iudicand: reliquit, Obijt xxij. Nouemb. Anno D. M. D. XXXV.

Rñdo D. Ioanni Sbąſki, Crac: Poſnanien. Præpoſito, Regio Secret. viro multis naturæ dotibus ornato poſitum, M. D. XLI. die vlt. Decemb. vixit Annos XLVIII.

Rñdo D. Petro Wapowski, Decano Crac. viro magni & excelſi animi, pietate inſigni, forti, rerumq́ue Eccleſiaſ. honoriſq́ue diuini propugnatori, monumentum hoc poſitum eſt, qui exactis ex dignitate viuendo LXXXV. An; III. Octob. Obijt A. D. M. D. XXX.

Georgio Myſzkowski à Przeczycow, huius Ædis Archid. ciuilis & Pont. Iuriſconſultiſs. multiſque præterea ac præclaris animi ingenijque dotibus præſtant. Ioan: Myſzkowski Fratri deſideratiſs. Petrus fratris F. Canon. Crac. Patruo B. M. poſ. An: LXIII. obijt. M. D. XLIII. viij. Idus Sext.

Paulo de Szydlowiec, Præp. Poſnanienſi, Cuſtodi Crac. Secretario Regio, virtute, doctrina, ingenio, cæteriſque virtutibus & nobilitate inſigni: Chriſtophorus ac Nicolaus fratri Chariſs. ac bene merenti poſuerunt. Obijt Auriaci, Annum agens vigeſ. ſextum, magno hominum poſt ſe deſiderio relicto. Anno Domini, 1506. Die 2. Menſis Iunij.

Obijt Venerabilis Dominus Paulus de Głownia, Decanus Crac. Orate pro eo. A. D. 1493. feria quarta in Vigilia Omnium SS.

Pietate, morumque grauitate præſtanti, & Sacerdotij dignitate eximio viro, Domino Iacobo de Mirzyn, Eccl: Cathed: Crac. ex Collegio Vicariorum Pœnitentiario, ac eiuſdem Eccleſiæ Vicecuſtodi. Obijt Anno Domini, 1571. die 13. Decembris.

In Sacriſtia.

Matthias Grodzicki, Artium & Medicinæ Doctor, Cracou: Gneſnen. & Poſn. Eccl: Canon.

STanislae, tuus iacet hic poſt funera ſeruus,
Quem mors maturam ſuſtulit ante diem:
Hic laudem egregiam nactus virtutis honorem,
Inter præcipuos claruit arte viros.
Ex cuius multis laus eſſet hæc maxima factis,
Quod verus cultor religionis erat:
Hunc igitur fidum ſerua Patrone clientem,
Et tecum æterno conſtituas ſolio.

Obijt Anno Salutis, 1517. Die 11. Iulij. Ætatis ſuæ Anno 59.

Piæ memoriæ & Oſſibus

Fñdi Petri Gorcinij, Canonici Crac. I. V. D. & Profeſſ. viri, dum vixit in Deum, pietate in amicos, candore in rem Eccleſiaſticam & literariam fide & amore excellentiſs. vnde illi dignitates & publica munera, Officialatus Cracou. aliquot annis, Rectoratus Academiæ quatuordecies, in quéis magnus, prudens, & ad hoc natus, vt regeret: bona ætate, laboribus, & morbo confectus. Obijt maior ſeptuagenario die xviij. Anno M. DC. XVI. Executores teſt: poſuerunt. Qui legis, requiem æternam apprecare.

Franci-

Franciſcus Krzyzakowski, Not: Caſtr: Crac. héîc vt conderetur ſacri Senatus Diœceſani aſſenſione virtutis ergo obtinuit, qui æquè in officio, ac omni vita integritatem vſque eo amplexus eſt, viri vt boni plerique interceptum vulgò deſiderârunt: vtinam poſteri in Magiſtratu præſertim æmulentur. Is non modico in cenſum conlato argento, diuorum cultui, æditimorum huius Sacrarij rationibus, tum & poſthumæ ſuæ ſaluti pariter ritèque prouiſum voluit, perfecitque. Exceſsit vita ipſis Natalitiorum Incarnati Dei ferijs. Anno M. DC. XXXI. Ætatis XLVIII.

Rñdus Dominus Ioannes Korczbach de Witkow, Decanus Gneſnenſis, Scholaſt: Plocen. Canc: Crac. pietatis Chriſtianæ cupidiſsimus, ſingularis ſtudioſorum Patronus; ſtudiorum amator. Obdormiuit in Domino, Anno Domini, M. D. LXXIII. Menſe Aug.

Generoſo Domino Staniſlao Rogozynski de Rogozno, Succamerario Siradienſi, Vicecapitaneo Crac. viro integerrimo, pacis atque belli artibus clariſsimo, Generoſa Dorothea de Sliwniki Puczkowna Coniunx hoc monumentum poſuit. Obijt Anno Domini, M. DC. XI. Die xiij. Maij. Ætatis ſuæ LXIV.

D. Matthiæ Lancki, Iuriſconſultiſs. viro graui & prudentiſs. ante Archiepiſc: Gneſnen. aliquot Cancell. in Academia verò Crac. Rector: munere cum laude functo Archid. Gneſn. Schol: Vladiſl. Decano Łowicen. & Canonico huius Baſilicæ, Curatores teſt: poſ. Obijt diexij. Nouembris. Anno Domini, 1557. Ætatis ſuæ LI. Anno.

Rñdo Domino Valentino Kucborski, Archid: Pomeraniæ, Crac: Varmien Canonico, Regio Secretario, Cardinalis Hoſij alumno, viro pietate ſingulari, ingenio, ſcientia dicendi ſcribendique clariſs. integritate vitæ, ſacriſque tractandis religioſiſs. Fratres Coll: Can. Obijt Anno Domini, 1573. die 30. Octob. ætatis ſuæ 47.

Rñdo Domino Staniſlao Dambrowski, I. D. Archid: Gneſn. Crac. Vladiſl. Canonico, viro pietate, doctrina, morum grauitate inſigni: aliquot Epiſcoporum Gneſn. Cancellario, erga inopes & Studioſos Patrono perquam liberali & propenſo, amici poſu. 1575. 11. Ianuarij, ætatis eius 73.

Strenui militis Domini Groth, filij Magnifici Chriſtini de Oſtrow, Caſtellani Crac. qui obijt in Vigilia Aſcenſionis Domini, eodem anno hoc Altare fundatum & erectum eſt. Anno Domini, 1412. Imp.

In Altari Argenteo.

SIGISMVNDVS Rex Poloniæ, Magnuſque Dux Lithuaniæ, DEO Optimo Maximoque, & Diuo Stanislao Regni Patrono, hoc opus insigne pro laude & gloria dicauit. M. D. XII.

Hic iacet Venerabilis & egregius vir, Dominus Ioannes de Elgoth Decretorum Doctor, Scholasticus & Canonicus Cracouien. Obijt sub Anno Domini, Millesimo Quadring. LII. XXIIII. Mensis Augusti.

Rñdo Nobili ac eximio Domino Ioanni Schilling. I. V. D. Vratisl. & S. Floriani Præpositο, & Crac. Vratisl: Cath: Ecclesiarum Canonico, Plebano Bochnensi ex vrbe redeundo in Feltkirch Charinthiæ oppido, mortuo & sepulto fratres pijssimi posuêre. Obijt Anno Domini, 1518. die 28. Septemb. vixit autem annis XXXV. Mensibus 7. diebus 22.

Rñdi D. Raphaeli Wargawski Budek de Wargawa, Eccl: Cathed: Crac. & S. Floriani in Kleparz, necnon S. Iacobi Casimiriæ Præp. Custodi Sandom. & Canonico Vladisl: C. viro genere nobili, pietatis cultori studioso, ingenio perspicaci, doctrina eleganti, morum singulari candore, & comitate: pauperũ, tum in educãdis consanguineis egenis doctrinæ studiosis Patrono liberali, mortali vita perfuncto, Generosus Martinus Iarochowski de eadem Wargawa, & in Nagorzany Hæres, Nepos ex fratre germano, ad locum sepulchri, propter excitandos prætereuntes deprecandi illi vitam & requiem æternam, Patruo suo Pientiss: posuit.

Iacobus Vedelicius de Oborniki, Decretorum Doctor, Aram præsentem ab opaco ad nitorem hunc instaurari curauit. Anno Domini, M. D. XXI.

Hic iacet Magnificus Dominus Ioannes Borek, Hæres de Thczeniec, Castellanus Visliceń. qui obijt die S. Valentini. Anno Domini, M. CCCCIII. Oretur pro eo.

Venerabilis Dominus Iaroslaus Archid: Crac. de gente & armis Ianina, in hac Capella, A. M. 1339. conditus est, quam & dotauit. Hanc Opacam Rñdus Ioannes Zerzynski, Canonicus & Vicarius in Spiritual. atque Officialis

ficialis Crac. etiam Ianinus, dilucidauit, & intra quibuſdam fabricatis reformatis, commodiorem ad Dei laudem fecit addotauitque, in qua vita & officio ſtrenuè functus, humo datur. Anno 1626. April: 24.

Rñdo D. Alberto Kijewski, Crac: Vladiſl: & Varm: Canonico, viro erudito iuxta ac ſolerti, qui iuuenis Regens Cancellariæ, Procurator Capituli huius Eccleſiæ diligens, & benemeritus fuit. Oretur pro eo. Obijt Menſe Aug. die decima. Anno Domini, 1506. ætatis ſuæ 70.

Illuſtris & Magnif. Dominus D. Ioannes Comes à Tarnow, filius Ioan. Amoris, Supremus Exercituum Regni Dux, qui ſex millibus militum, Petrum Palatinum Valachiæ fines Regni cum 26. millibus, trigentem hoſtium exercitus proſtrauit, & profligauit.

Rñdus Pater D. Nicolaus Bedlenski, Schol: & Vicarius in Spiritual. Crac. Generalis, Scholæ in Arce Crac. & duarum domorum Canonicalium de cocto latere ex fundamentis erector; vir pius, munificus, & eleemoſynarius magnus, naturæ debitum ſoluit. Anno Chriſti, 1590. xvij. Menſis April. Oremus pro eo Dominum Deum.

In Capella Zadzikouiana.

Sacroſanctæ Triados vniuſque Dei laudi & gloriæ,
Tum ſeruorum ſuorum Ioannis Baptiſtæ:
Et Apoſtolorum Iacobi maioris ac minoris Honori,
Sacrum.

D. O. M.

Iacobo Epiſcopo Crac. Duci Seuerien. olim Supremo Regni Cancellario, gente Corabitarum inclyta, ſtirpe Zadzikouiana, vltimo huius nominis hæredi. Qui vultu animum in proſperis, aduerſiſque æqualem gerens, eam domi continuo rerum vſu de ſe exiſtimationem comparauit, vt exteris quoque gentibus admirandus eſſet.

Mox inter Moſchum ac Suecum, nec non alios Principes à partibus etiam ſecum dimicantibus, belli paciſque arbiter diceretur, vocaretur, Oblatam Sedem Metropolitanam mereretur.

Omne peculium innocenter paratum in D. Cantium, in bonas literas, in pauperum ſubſidium, liberaliter diſtribuit.

Arriana impietate Racouiam maculatam, primum lege publica, cultu dein Orthodoxæ fidei, ſacriſque ritibus expiauit. Quidquid laudis, honoris,

meritorum

meritorum publico teſtimonio nactus, id virtuti, literis, conſtantiæ, non fortunæ debebat. Ita pius, grauis, moderatus, pacificus, zeli cultor optimus, omnibus ſuſpiciendus æmulanda gloriâ
Diem extremum clauſit.
Bozantini xvij Martij, Anno Salutis, M. DC. XLII.
Ætatis ſuæ LX.

Claudit hæc Vrna
Perilluſtris Viri
Alexandri à Brzezie Brzeſki
Canonici Cracouienſis Archidiaconi Zauichoſtenſis
S. R. M. Secretarij,
O S S A.
Qui præter cæteras virtutes
Quibus longè alijs excelluit
Hanc maximam coluit.
Vt ſemper pro Eccleſia Dei laboraret
Et omnibus aſſiduè bene faceret;
Neminem verò ob id ſibi deuinctum eſſe vellet.
Vixit Ann: LVII.
E viuis ſemper victurus exceſſit,
IV. Kal: Maias, Æræ Chriſtianæ. M. DC. L. S.S. P.

In Marmore autem.

Alexander de Brzezie Brzeſki Canonic: Crac: Archidiac: Zauichoſten: S. R. M. Secretarius ob virtutem, ingenium, & Sacri peculij diligentem curam tribus Cathedræ Crac: Præſulibus carus,
Eccleſiæ, Amicis, Pauperibus,
Opera, conſilio, liberalitate commodus
Non prius benè agere quam viuere deſijt
Mortuus verò ad eius pedes ſepeliri voluit.
Cuius beneficio titulos in hac Eccleſia conſecutus fuit.
Conſumptus labore magis quàm morbo
Anno Chriſti 1650. IV. Kal: Maias.
Ætatis LVII.

S. S. P.

Magni-

Magnificus Andreas Koscielecki Caſtell: Voinicen: Regni Poloniæ Theſaurarius Scepuſieñ: Oſuiecimeñ: Zatorieñ: Sandeceñ: & Bidgoſtieñ: Capitaneus Zuparius, ac Magnus Procurator Cracouienſis, obijt M. D. XV. Die VI. Menſe Septembris.

Ioanni Conarski Archid: Crac: Regio Secret: viro dilecto ac multarum linguarum perito, multis legationibus, quum in alijs, tum verò in negotio ſecundi matrimonij diui Sigiſmundi Poloniæ Regis egregiè functo Reuerendiſsimus Dominus Ioannes Conarski Epiſcopus Cracouien: Patruus pientiſs: multis cum lachrymis poſuit. Obijt die ſolis XXIII. Nouemb: Anno. D. 1522. Ætatis verò ſuæ 36.

Facta hominum quicunq; putas à fine probari
Recte crede mihi lector amice putas
En tibi Pontificem, cuius prudentia rara
Raraq; dos ſenij fine retecta fuit
Tempora dura videns agramq; inſtare ſenectam
Iamq; humeris impar pondus ineſſe ſuis
Ac nolens obſtare ſuo cleroq; gregiq;
Paſtore vt poſſet commodiore regi
Nec ceſſare volens cum ſit mora noxia ſemper
Decretis animi certa nec hora ſequens
Sponte ſua tandem Sedem munuſq; decuſq;
Pontificum ingentes atq; reliquit opes
Contulit & gratis illi quo dignior alter
Nullus ad hæc rerum pondera viſus erat
Et docuit quantum præſtet prudentia ſimplex
Innumeris fallit quos dea cæca ſophis
Præterea docuit nam fertur auara ſenectus
Diuitias hominum ſpernere poſſe ſenem.
Tunc demum patuit quanti faciebat oule
Quam vita innocuus, corde manuq; fuit
Quantus erat digniſq; viris & quantus egenis
Quantus & Eccleſiæ ſacricoliſq; pater
Sed ſic eſt, quo quiſq; modo ſua munera tractat
Tunc melius quando deſinit eſſe, patet.
Quo factum, vt cuius parui ſit viſa referre
Vita prius multis morſq; cupita fuit
Dilectus demum nimium, nimiumq; probatus
Extremum placida pace peregit opus
Finem igitur vitæ, finem perpendite rerum
Grandia tractantes, exitus acta probat.

Aliud

Aliud.

HOc iacet in tumulo mitissimus ille sepultus
Micio cui Cresо contigit esse Numam
Cui pandora animi, cui dotes corporis omnes
Largiter infudit, cui dedit omne bonum
Nam vultu potuit caritas superare benigno
Atque pium retulit religione Numam
Oh mites mores meruit quoq; Micio dici
Virtute in summa, claruit omnigena
Munificus, iustus, fastuq; alienus ab omni
Cum comitate grauis, cum grauitate comis
Cœlesti toto deuotus pectore Patri
Eius Sanctorum cultor & assiduus
Quatuor hic Præsul cum lustra fuisset & annum
Et morbum afferret curua senecta grauem
Hoc animo s cum noctes dieq; volutat
Cui lampas tradi debuit ista viro
Aptius hæc humeris sedisset Sarcina cuius
Inuentus tandem spe quoque maior erat.
In quo cum summa doctrina summa relucet
Virtus, huic tantum credidit ille gregem
Post hæc vix anno transacto debita soluit
Naturæ, Antistes nobilis & moritur.

Hac Stanislai cineres Biel mole teguntur
Cuius promeritus spiritus astra tenet.
Doctrina fuit hic virtuteq; clarus & inter
Doctores, æui gloria magna sui. A. D. 1542.
Qui cum bis octo superasset lustra reliquit
Terras & potitur sedibus æthereis.

Vota Stanislao peragrans Ratiboria Diuo
Consecrat hæc placide suscipe Christe precor.

Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Octuagesimo Septimo die solis XXVIII. Mensis Octobris obijt venerandus Pater Dominus Iacobus de Schadek Decretorum Doctor Canonicus & Vicarius in Spiritualibus Cracouiensis Generalis, hic requiescit Orate Deum pro eo, & MARIAM Matrem eius.

Pie-

Pietas Fratrum R. P. Matthiæ Epiſcopi Præmiſl: Reg: Pol: Vice-Cancellarij Andreæ Dapiferi Crac: me Valerianum Dreuicium Secret: Regni &c: hic ſepeliuit, mors vero immatura XXIIII Annum agentem vltima die Nouemb: raptum A. Chriſti 1510. ſuſtulit.

B. Ioannes Prandota, Epiſc: Crac. obijt die 20. Apr. A. D. 1266.

Chriſtophorus de Schidłowiec, in Szczmielow & Magna Opatow Dominus, Caſtell: Capitaneuſque Crac. Regni Cancell. Siradień. Nouæ Ciuitatis Corczyn. Lukou. Sochaczeu. Goſtin. Capit. id Sacellum picturis ornat, & hanc Capellam poſuit. Anno M. D. XXIX.

Reuerendo Domino Sebaſtiano Brezinski, Præpoſito Oſwiecimenſi, Canonico Crac. viro ab omni ſimulatione alieno, iuris patrij peritia, & defenſione rerum Eccleſiaſticarum claro; qui vt dum viueret, frequentia in hoc Sacello Sacrificia Deo offerre conſueuerat, ita moriens, per Executores ſuos cenſu Collegio DD. Iuriſconſult: comparato curauit, vt ſingulis annis triceſima pro anima ſua fieret. Obijt die xxvj. Iunij. Anno Domini, M. DC. I.

Iacobi Nayman, I. V. D. & Profeſſ. Canon: Crac. viri meritorum pleni, & apud omnem poſteritatem memorandi, famæ toti Poloniæ, & Europæ notæ; quod claudi potuit, hic iacet, cuius ingenio, dexteritate & animo, extremo quodam ſuo diſcrimine Academia liberata. Obijt Sexagenario minor, Nouemb. xxiij. Anno Domini, M. DC. XXXXI. Sedecimum Rector. Executores Teſtamenti P. P.

Nicolao Dobrocieſki de Dobrocieſz, I. V. D. Crac: & Sendomirien. Can.

O Mors inimica,

Quæ priſcam virtutem, Cleri & Academiæ decus immaturè ſuſtuliſti.
Deflent pij diſertum & grauem verbi Dei præconem, dolet Diœceſis renouata
Magni Cardinalis Radziuili Epiſcopi Crac: Cancellarium.

At vos amici, & egeni,
Dulcem amicum, & Patronum diu complorate.
Eheu Magnus Vir obijt.
Die XXVIII. Ianuarij, A. D. M. DC. VIII. Ætatis xxxxix.
Execut. Teſt: M. P. P.

Reuerendus D. Daniel Sigonius, S. Th. D. & Profeſſor, Canon: Crac. cùm Deo fruatur illius miſericordia, non curat longam ſeriem ſuperinſcriptionum: hanc tamen vmbram, teſtem hic eius depoſitæ mortalitatis amici Executores extare voluerunt. Obijt Anno Domini, 1638. 8. Iulij, Ætatis ſuæ 75.

Adm. R ndo D. Bartholomæo Ianuſchowicz, I. V. Doctori, quem innatus candor, virtutum ſplendore coruſcans, & ardens ſtudium iuſtitiæ vindicandæ, ad Canonicatus Crac. dignitatem euexit, & in Auditorem Cauſarum nihil illo cogitante, iudicio ſapientiſsimi Epiſc: Crac. Iacobi Zadzik conſtituit; cunctis erat amabilis, æquitatis incorruptus iudex, cultus diuini in Eccleſijs propagandi zelator infatigabilis, & in Cleri ſanctitate retinendâ vindex acerrimus, & tandem fractus curis Diœceſis, ex hac euocatus vita, ad immortalem abijt. Vixit annis LVI. obiit Menſ: Septembris die xij. Anno Domini, M. DC. XLIV. Staniſlaus Ianuſchowicz Conſul Crac. fratri deſideratiſsimo poſuit.

R. ndus D. Petrus Przerembski de Przerab, Præpoſitus Cracou. & Canon: Gneſneñ. Sereniſsimi Sigiſmundi Auguſti Regis Secretarius, inſigni & illuſtri familia in Regno natus; pietate, virtute, eruditione, vitæ & morum integritate præclarus, cùm 48. annos vixiſſet, maximo cum omnium dolore pleuritide correptus. Die Menſis Maij migrauit ad Dominum. Anno Domini, M. D. LXXXV.

Ioannes Barſki, I. V. D. olim Sereniſſimæ Annæ Iagelloniæ Reginæ Poloniæ Theologus, Archidiaconus Crac. in hoc Sacello aduentum Magni Dei & Saluatoris Ieſu Chriſti expectaturus, hoc monumentum erexit, vt ad altare Domini celebrantes eius meminerint. Anno Domini, M. D CI.

Rndus D. Albertus Ziemiecki de Ziemiecino, Præpoſitus Tarnouienſis, Can: Crac. vir iuris Polonici perituſſimus, atque eo nomine, tam ſecularibus, quàm Eccleſiaſticis valde charus, ad Tribunal Dei conceſſit, die xxvj. Ianuarij. Anno D. M. DC. III.

Generoſo D. Staniſlao de Kurozwanki & Michalow vltimo hæredi, filio Magnifici quondam Dobeſlai Palat: Sendomirien. Capit: Vielunen. & Krzepicen. magnæ politiei viro & generoſo, qui Anno Dñi, M. D. XVI. relicta ex Sophia de Zborow vnica filiola, & ſuperſtite Barbara, in Domino mor-

no mortuus est, & in hoc Sacello Maiorum suorum ac Sarcophago humatus. Magnificus D. Nicolaus de Schidlowiec, Castell: Sand. Regni Pol. Thesaurarius, Radomien: Oswiecim: Zatorien: Olstinen: Krzepicen: & Grodecen. Capit: ipsius Stanislai vita functi fidei Commissarius, ad priores eius Sacelli amplas fundationes à Maioribus eius factas, Clericaturam hanc in remedium salutis eius auxit & dotauit, prioribusque fundationibus adiecit. Sacellum hoc domus Rosarum de Kurozwanki tabulis & picturis &c. ex amore & pietate inornauit, erexitque & decorauit. Anno Domini, M. D. XXVIII.

Rñdo Simoni Sarnowski, Cantori Crac. ex Palatinatu & districtu Lancicień. de armis Accipitris. Deus propitius esto peccatori. Natus Anno 1576. Obijt 16. Maij, 1639. Requiescat in pace, ex Testamento eius desumptum.

Iacobo Montano, Philosophiæ & Medicinæ Doctori, Can: Crac. qui primum in exhibendis medicamentis Philippo Padnieuio spectatam nauauit operam: eo deinde vita functo, Collegij Canonicorum procurationis munus suscepit, in quo per annos aliquot ita se gessit, vt fidem & diligentiam singularem omnibus probaret. Curatores Testamenti monumentum hoc pos. die xx. Februarij. Anno Domini, M. D. LXXX.

D. O. M.

Sub titulo Beatæ Mariæ Virginis, & Beatorum Trium Regum, Zauissius Episcopus Sacellum hoc à fundamentis excitauit, eius Nepos Nicolaus de Michalow, Castell: & Capit: Crac. de Familia Rosarum dotauit, dotationem Sbigneus Episcopus Priuilegio confirmauit, Anno Domini, M. CCCC. XXXVI. Quod impensis Philippi Padniewski Episc: Crac. instauratum, & in hanc formam redactum est. Anno D. M. D. LXXII.

Rñdus D. Martinus Izdbinski de Rusiec, Scholasticus Crac. Archidiac: Posnanien. Canonicus Gnesnen. antiqua nobilitate clarus, doctrina præsertim Iuris Canonici, ac rerum vsu excultus, Ideoque Vicariatus Generalis & Administrationis Episcopatus Crac. officijs cum laude perfunctus, zelo & laboribus pro Ecclesia Catholica ad extremam ætatem inuictus, tandem ætate morbisque diuturnis confectus, piè & fortiter ex hac vita commigrat, die 24. Maij, Anno Salutis, 1594. Ætatis verò suæ 80. Curatores Testamenti hoc monumentum eiusdem posuerunt.

Philippi Padnieuij Epiſc: Crac.

Egregia in Patriam certè atq; Heroica virtus
Padnieui, ad ſummum te decus extulerant:
Auſa nec infelix oculos attollere contra eſt,
Splendore icta tui nominis inuidia.

Padnieui vrna tuo ſatis hæc pro corpore magna eſt,
Virtus Mauſolea ſupra eſt, omneſq; Coloſſos.

PHILIPPVS PADNIEWSKI,

Stemmatis Nowina

Petro Alberto, vt genere, ita morum grauitate digniſsimo. Matre Margaretha de Zerniki, Caſtellanidæ Caliſsien. natus. Accumulatæ virtutis pulchritudinem, eruditione inſigni commendatam. Sereniſs: Regi Sigiſm. Auguſto probatiſsimam reddidit. Hic illi in Lithuania degens, contulit Minoris Cancellariæ Inſigne, poſt deceſſum Vincentij Przerembſcij Epiſcopi Plocenſis: poſtquam ante ornatus fuerat Præpolitura Gneſnen. & Lencicien. Archidiaconatu Crac. & Regni Maiori Secretariatu. Poſt tranſlatum in alteram vitam Andream Zebrzydowski, Epiſc: Crac. ſedis eius vacantis Regia munificentia honorem poſſedit. Optimus Senator, & Pater pauperum ac eruditorum, quos quotidie de menſa alebat.

Biſſenis annis totidem & Padnicuius actis
Menſibus, è terris carpſit ad Aſtra viam:
Quid tum? ſi probus & plenus virtutibus amplis,
Atque ſui cuſtos ſedulus officij:
Non anni plures, non ſæcula longa beatos
Crede mihi, faciunt, ſed benefacta viros.

Anno Domini, 1128. 13. Octob. obijt Venerabilis vir D. Felix Schirchowſki, Can: Crac. qui ſepultus eſt in monumento Reuerendiſs. in Chriſto Patris & Domini, Ioannis Karnkowſki, Epiſcopi Cuiauienſis, ex ſpeciali gratia eius, Deus oretur pro eo.

Anno D. M CCCCCVIII. Lunæ xxj. Auguſti, Reuerendus Pater Valentinus Ilkus. Decretorum Doctor, Vicarius & Officialis Generalis, Canonicuſque Cracouien. hanc mol: fundauit huius altaris. Oretur Chriſtus Ieſus pro eo.

Anno

Anno D. 1505. die Mercurij decima April. Magnif: D. Petrus Kmita de Wiſnicze hæres, Palat: Crac. Regni Poloniæ Marſchalcus. & Capitaneus Scepuſien. vita functus eſt. Oretur pro eo, vt in ſancta pace requieſcat.

Chriſtophorus Sapellius, S. Th. & Medicinæ Doctor, Can: Crac. Kielc. & Omnium Sanctorum Crac: Decan. fato functus die xvj. Iulij, Anno D. M. DC. XLVIII. Ætatis ſuæ LX. Hic aduentum gloriæ Magni Dei expectat.

Plura vin: Lector.

Dicant Academiæ Crac. & Zamoſc. in quibus præclara ingenij ſui ſpecimina Profeſſorem agens edidit. Roma, vbi in publica quadam Diſputatione cum laude ſtetit. Cathedral: hæc & aliæ plures Eccleſiæ, quæ illum ex ſuggeſtu diuina promentem eloquia ſuſpexere: Synodi Diœceſanæ, tum & Torunien: Conuent. vbi labor ipſius & induſtria enituit. Curia Regia, in qua Sigiſm. III. & Vladiſl. IV. à conſilijs medicis fuit, cùmque hoc etiam Moſchouiam inuiſit. Moſciska ſuum natale ſolum, vbi cultum Deiparæ, Presbytero fundato, argento & apparatibus auxit, ac pauperibus ſtudioſis ſubſidium penes Acad: Crac. prouidit. Sacellum denique hoc idem, cuius Præbendarijs cenſum annuum in refrigerium animæ ſuæ attribuit. His Lector, pro anguſtia lapidis cognitis, & Defuncto bene precatus Vale, nouiſsimorumque memor eſto. Executores Teſtamenti P.P.

PETRVS TYLICKI,
EPISCOPVS CRACOVIENSIS,
DVX SEVERIÆ.

Veri Paſtoris, Magni Senatoris, Ciuis vbique incorrupti,

Immortale exemplar.

Erga Chriſtum Crucifixum mirificè ſemper pius, morum ſanctimoniâ, conſilij grauitate, animoſo candore, admirandus, templi huius exornator, Profeſsionis eloquentiæ in Acad: Crac. munificus author, in omnes beneficus, plenus æqui, & magis meritorum, hic mortales exuuias depoſuit. Exceſsit Anno Domini, 1616. die 13. Iulij.

Venerab: & egregius vir D. Matthias de Blonie, Artium & Medicinæ Doctor, Crac: Poſnanien: Eccleſ. Canonicus, ac Sereniſsimi Principis Sigiſmundi Dei Gratia Regis Poloniæ Phyſicus. Obijt Cracouiæ Dominica, ipſo

ipso die Sancti Nicolai. Anno 1517. hic sepultus, propter Deum orate pro eo.

D. O. M.

Et Memoriæ ac Honori,

Ioannis Adami à Komorow Komorowski, Abbatiæ Vachocen. Administratoris, Canon: Cracouien. Andreæ Lipski, olim eiusdem Cathedræ Episcopi ex Sorore Nepoti.

Quem

Si fata non præuenissent.

Virtus, dexteritas, prudentia, Principis gratia in summo Ecclesiæ, Patriæ, Honoris gradu, breui collocass. pietate insignis, doctrina solidus, vita & moribus integerrimus.

Minoris Cancellariæ Regni Regens.

Summorum, parium, infimorumque amicitia florentissimus

Trigesimum quintum agens Annum.

Inuidiæ telo aggressus, post magnam morborum congeriem Vim fatorum ineuitabilem moriens docuit.

A D. M. DC. XLVII. die v. Octob. obijt.

Zamoscij funerato.

Hiacynthus de Michalow, S. R. M. Aulicus, viuentis amantissimus, Defuncto mœstissimus amoris ergò poni iussit.

COnditur hoc tumulo speciosi cultor honesti
Satranus: studij nec minor ille sacri:
Quem non ante diem, sed euntibus ordine fatis
(Contigit id paucis) abstulit atra dies.
Ante Poli quam regna adijt Pallas tulit illa
Dona sua: & charites, dat simul alma Venus.
Scilicet vt donis tantis memorabile posset,
Perpetuumq; decus conciliare sibi.
Rhetorices studium confert hanc primus in vrbem,
Et teneram pubem: non sine laude docet.
Non adeò Phœbum Satyrij, nec tam Orphea siluæ,
Quem sequiturq; colitq; hunc studiosa cohors.
Illius ; ori fuerat dulcis facundia: per quam
Ad summum euasit conspicuumq; decus.
Regibus & nostris qui dant sua præmia laudi.
Condecoratq; bonos: non nisi charus erat.
Abs quibus ampla tulit meritis pro ingentibus ille
Munera: quæ plebem contulit in tenuem.

Post

Post vbi Parca ferox fatalia stamina rupit,
Spiritus astra adijt: membra teguntur humo.

Rñdus D. Melchior Sobek, Canon: Crac. & Præp: Stobniceń. Obijt, hic sepultus est Anno 1542. Aprilis 22.

MElchior, ô dulcis mi Melchior, ecquid acerbos
Exaudis gemitus ad tua busta meos
Rapte mi nondum canis violatus ab annis,
Et vitæ medio tramite rapte mihi.

Melchior

Lente mei custos generis quid fata querelis,
Frustra solicitas clausa adamante tuis.
Viri quid refert quam sum cito mortuus: omnes
Serior aut citior. Sors tamen æqua manet.
Parce igitur lachrymis: fratrem tibi nonne reliqui,
Tædia discessus leniat ille mei.
Hunc mihi fac serues, dum vitam transigat illam,
Tertia quæ vitæ pars solet esse tuæ.
Sic aurata leui quam fers ceruice coronam,
Illustret collum sæcula multa tuum.

Rñdo Patri D. Ioanni Sacrano, S. Th. Doct. Canon: Crac. viro doctrinâ, eloquẽtia, virtute, nõ vulgari ingenio prædito, de re quoque publica Ecclesiastica benè merito positũ. Obijt Anno Domini, M. D. XXVII. Die Veneris, 15. Nouemb. Ætatis suæ XXXIII. Mense verò die Sextilis vndecima.

Rñdus Andreas Graiowski, I. V. D. Archidiac: Crac. & Canon: Posnan. Sereniſsimi olim Regis Polon. Sigismundi Augusti Secret. vir pietate clarus, moribus grauis & constans, lingua disertus, ingenio acutus, doctrina solidus, consilio solers, iudicio maturus, disciplinæ Ecclesiasticæ tenax, in perferendis Ecclesiasticis & Politicis laboribus, cum omni bonorum laude & admiratione, indefatigabilis: morbo tamen graui & diuturno exhaustus die 18. Aprilis, Anno 1573. Corpus mortale reliquit, & per Executores Testamenti hic sepeliendum curauit.

Epitaphium Czepielis.

VIue bene, finemque tuum perpende Viator,
Nec vanis mundi detineare bonis.

Vixi ego:

Vixi ego: fortunamque tulit mea vita secundam,
Nec caperet titulos ista tabella meos.
Commodus Ecclesijs, & amico commodus omni,
Ingenioque fui clarus vbique meo.
Et quocunque modo vixi, mihi copia semper
Affluxit; genius nec malè cultus erat.
Omnibus hic vnà iaceo priuatus in hora,
Nec aliud; mea me quam benefacta iuuant.

O duras hominum vices!
Nil morbi mortisque est expers.

Christophorus Nossarzewski, Canon: Crac. Cant: Vislicen. P. N. ætate firmus, vetusto Stemmate Nobilis; animo grandis, doctus, prudens, religiosus, Principibus viris suoque Episcopo charus. Dum longioris vsus spes & desideria omnium accendisset, Cancro exedente iecur, sensim extinguitur, suis corona domus, Episcopo, fideli dextera, paribus conuictu orbatis, grauiter indolentibus. Anno Salutis, M. Dc vx x i ij. Pridie Nonas Iulij.

Adamus Szypowski de Biala, Can: Crac. & Kielc. P. S. Hæres in Olesno, Więckowice, & Chotel. S. R. M. Salis fodinis Wielicen. bis Præfectus, curis, laboribus, itineribus, ætate longæua, inuictus, à morte victus, censu, quo crastinũ mercari non licuit, ornata hâc Ecclesia, restaurata Capella, Altari erecto, multorum sæculorum mercatus memoriam corpore hic fixus, anima cœlos petijt, sic nemo totus morti concedit: hoc rumina Viator, & mortem ride. Anno M. DC. XXVI. Idibus Nouemb.

Heus Viator,
Mirare ante omnes senectutem.

Petrus Skidzinski, Can: Crac. Archidiac: Zauichost. pietate, prudentia, vitæ integritate, canitiem rugasque superauit. Hinc Ecclesiæ vtilis, Collegis amabilis, Amicis desiderabilis, omnibus denique charus transiuit ad mortem, Anno Salutis, 1616. Septemb. 11. Ætatis suæ 37. Tu Viator meditare, an commodiùs sit mortem transire ad nos, vel nos ad eam.

Ioannes Frydrichowski, Crac: Sand: Can. S. R. M. Secret.
Nobilitatem generis, pia virtute auctam, dum vbique probat,
Regi, summisque viris gratus, & quia
Humanitate eleganti omnes deuincebat, ab omnibus pro delicijs habitus est, soli morti, cuius vi immaturè abreptus, charusne an inuisus?
Dicat qui sapit.

Huic sat

Huic sat est, quod placeat superis, tu Lector viuo si longiorem optabas vitam, mortuo æternam apprecare requiem, qui Annis 56. exactis, 18. Decemb. Anno Iubilæi, 1625. cheu moritur.

Reuerendo Domino Lucæ Doctorio Theologo, Cano: Crac: Præposito Oswięcimen: Card: Macieiouij Episc: Crac: Auditori, Epistolæ Pastoralis Romana censura approbatæ scriptori, qui cùm omnem substantiam ex magno vectigali parsimoniæ collectam, in pios ac pauperum vsus fide Capli Craco; dispensandam reliquisset, consilio Saluatoris fecit sibi amicos, qui illum reciperent in æterna tabernacula. Obijt prope octogenarius. A. D. M. DC. XXXIIII. Die xiij. Febr: Executores Testamenti M. M. P. P.

Samueli Macieiowski, Crac: Epis: Reg: Pol: Cancellario, Viro omnium seculorum memoria digniss: qui præter excellentem in omni genere virtutum præstantiam, ac multas præclaras animi ingenijque dotes: hac infelicitate temporum, non modo veterem Dei Opt: Max: religionem ac dignitatem ordinis Ecclesiastici, verùm etiam totius Reip: tranquillitatem, consilio, prudentia, & integritate sua sustinuit. Curatores testamenti Patrono B. M. posuerunt, M. D. LXX. Vixit Annis LII. Moritur A. M. D. LXX. Octobris v.

Andreas à Lipie Lipski.

Per virtutem, merita, doctrinam.

Ex minoribus Sacerdotijs ad Episcopatum Luceorien: ex Procancellariatu Regni ad Supremum Cancellariatum, ex his ad Cathedram Vladislauiensem, inde ad Cracouiensem. Ab hac demum & à mortalibus, immortali sui dimidio, ad cœlum. Mortali immortalitatem præstolaturus ad tumulum translatus hic quiescit, superstite fama, per ea quæ superstes ipse, pro Ecclesia, Principe, Republica, dixit, fecit, scripsit. Obijt Varsauiæ die IV. Septemb: A. D. M. DC. XXXI. Ætat: suæ LIX.

Stanislao Skarszewski Scholast: Crac: Can: Plocen: viro probitate, prudentia, rerum vsu, morum grauitate, animi candore, humanitate, hospitalitate, in paucis præclaro, hinc illius amicitiam bonis omnibus obuiam Principes viri pleriique ambiciosè quæsita coniunctione coluerunt. Hic titulorum vltrò confluentium pleriſque expetita fastigia velut fastidiens ac generosa moderatione recusans, alienæ virtutis promotioni vacabat, huic siue ætas, siue fortuna vitæ solatijque tantum indulsit, vt apprimè dilectum ex Sorore Nepotem ampliss: huius Diœcesis Antistitem propè decennio conspexerit, & cum Nepotis ex fratre sui filio

in Sacrum Basilicæ huius ordinem cooptato Auus idem qui & frater quadriennio vixerit. Obijt Sal: A. M. DC. XXV. Ætatis LXXX. Nicolaus Dapifer Sandom: Patrui B. M. Mem: ingemiscens ppsuit.

Doce hæc cœlitus tonante, o felix Roma, quæ corpus Beati Laurentij foues. Summus Pontifex visitantibus Capellam eius hic sitam, quatuor annos & totidem Quadragenas concessit Indulgentiarum. Anno D. 1525.

Thomæ Roznowski, Can: Crac. Episcoporum Officiali viro in omnes hominum conditiones iusto. Anno M. D. XL. Æt: XXI. Ianuarij mortuo. Executores ex pietate P.

Hoc ego: qui quondam fueram de Stirpe creatus
Roznorum, condo membra reposita loco:
Cui non consilium deerat, non copia rerum,
Et nisi mens fallit, fama perennis erit.

Rñdissimo in Christo Patri, D. Andreæ Zebrzydouio de Wianczborg, Dei Gratia Episcopo Crac. duorum Sapientiss. Andreæ Cricij Archiepisc. Gnesnen. & Petri Tomicij Episcopi Crac. Nepoti, Magni illius Erasmi Roterod. discipulo & Auditori, viro prudenti, diserto, frugali, sobrio ac temperato, de Christi Ecclesia, deque vniuersa Repub. optimè merito, Fratres & Executores Domino suo liberalis. mœsti posuerunt. Moritur Wrzesnia, ex Patria Crac. rediens. Anno Domini, M. D. LX. 25. Maij. Ætatis suæ Annis LXIV. exactis.

Viua imago Andreæ Zebrzydowski de Wianczborg, Crac: Epis. Vixit Annos LXIIII. Deinde Anno M. D. LX. Mensis Maij vita functus est.

Bartholomæo Gantkowski, Archidiac: Crac. qui propter integritatem vitæ, ac singularem V. I. peritiam, & Petri Gamrati Gnesñ. Archiepiscopi fuit Cancellarius, & apud omnes homines acceptus & gratus. Curatores Test: Amico & Sodali pos. M. D. LIIII. xiij. Ianuarij.

Gamra-

Gamratum Regina potens Bona Sfortia Petrum
Cracouiæ & Gnesnæ Pontificem statuit:
Sarmatici dum vixit, erat Pater ille Senatus,
Hoc vita functo publica res tepuit:
Extincto ac viuo fauit pia Bona videte,
Quæ titulos dederat, hæc dedit & tumulum.

D. O. M.

Georgius de Grochowce Grochowski, Gente Iunossius, Decanus Premisliensis, Præpositus Luceorien. Canon: Crac. S. R. M. Secr. Hoc Sacellum antiquo situ deforme, marmoreo opere ex toto ornari curauit, & quatuor Missarum singulis septimanis perpetuo dicendarum dotatione auxit. Atque viuens isto loco sepulchrum sibi parari fecit, in quo post fata quiesceret. Anno 1651.

Hic iacet Venerandus Pater Dominus Andreas Gorra de Mikołaiowice, Decretorum Doctor, Archidiac: Kurzelouień. & Canon: Crac. Obijt Anno D. M. D. XX. xxij. Maij.

Hic iacet Generosus Dominus Ioannes de Czyszow, natus vnicus olim Magnifici Domini Ioannis Castell: Crac qui obijt Feria tertia post Circumcisionis, Anno Domini, 1475. Oretur pro eo Deus, & sancta Mater eius.

Hoc Altare consecratum est in honorem Omnipotentis Dei, & eius glorioss. mæ Genitricis Virginis Mariæ, ac Sanctorum Petri & Iacobi Apostolorum, Adalberti & Floriani Martyrum, necnon Vladislai & Sigismundi Regum, Sanctæque Martæ Virginis ac Martyris, die Iouis, xxvj. Martij. Anno D. M. D. XXIII.

Anno Domini M. CCCC. LXXXVIII. secunda Mensis Augusti, obijt Venerabilis & egregius Art: Mag Ioannes de Słupcza, S. Th. Professor, & Canonicus Cracou. hac sub mole requiescit. Oretur pro eo.

Ioannes Karnkowski, Præp: Scarbi. Can: Crac. ac Diuorum Ioan: Alberti, Sigismundi Poloniæ Regum Secretarius, hoc suo cineri monumentum viuens ipse iussit fieri. Anno M. D. XXII.

Doctor Petrus Posnanienſis, Sereniſſimorum olim Iagellonum Regum Pol. Sigiſmundi Primi & Sigiſmundi Secundi Aug. Phyſicus, ætate, arte, experientia, fide, ſenex, ideòque ſuis Principibus gratus & amabilis, Can: Crac. Præpoſitus Eccl · S Floriani Clepardiæ, ſub hoc marmore in ſpe reſurrectionis quieſcit.

D. O. M.

Et memoriæ Illuſtris D. Catharinæ de Warſzyce Zebrzydowska, vetuſtæ Stirpis Habdankorum inſigni virtutum Matronæ.
Quæ primis Nuptijs Illuſtr. D. Comiti à Tarnow, Generali Crac. Cap. ad ſecunda tranſiens matrimonij vota.
Illuſtriſs: Dño à Zebrzydowice Enſifero Regni, Nouæ Ciuitatis Corcinenſi & Lanckoronenſi Capitaneo iuncta fuit.
In Religione Catholica pietatis auitæ reliquit monumentum.
Eccleſiam Radimicenſem muro conſtructam, tum & Altare huius Sacelli bina fundatione cenſus auctum, Tumulumque ſibi viuens adornauit, illatis hunc in locum è Templo Solecenſi prioris Mariti oſsibus.
Vixit ſine liberis, mortua ætate immatura, magno ſuarum virtutum deſiderio relicto, Crac. M. DC. XLIII. Die 23. Menſis Iunij. Fratres mœſtiſsimi Sorori optimæ poſuerunt.

D. T. O. M.

Poſthumæque memoriæ G Stanislai de Wronow Xieski, Notarij Caſtri Crac. Quem auiti feruor s religio, nemini moleſta conuerſatio, conſilium rectum, Iuris Patrij cum integritate eruditio, ereptum Patriæ, pupillis, amicis, meliori vitæ reddiderunt. Ne mortem timeret, bene vixit Annis 68. locumque hunc ad pedes Diui Patroni ſui, vitæ & tumulo adamatum elegit, nec oblatis multis honoribus alio auelli voluit. Obijt 31. Ianuarij, A. D. 1650.

Nicolao Czepiel de Poznania,
Sedis Apoſtolicæ Protonotario,
Decretorum Doctori,

Vrati-

Vratislauiensi, Sandomiriensi, Præposito.
Canonico Cracouiensi,
Viro doctrina, virtute, & præcipuè ingenio claro.
Ac tum Publicæ tum Ecclesiasticæ rei bene merito
Positum.
Obijt M. D. XVIII.
Vixit Annis LXV. Mensibus V. Obijt: vltima Aprilis.

D. O. M.
ALBERTVS SEREBRISKI.
Cracouień: Tarnouień: Canon. Secret. Regius.
Diuini cultus propagator inexhaustus, post Sacellum istud intus foriſque marmore vestitum, aurea Pixide, Tabernaculo & tabula anteriore altaris ac Candelabris ex solido argento ornatum, dotatum, ditatum, inter indefessa pietatis opera animam Deo 28. Decembris Anno Christi M. DC. XLIX. reddidit,

---

Qui dormiunt in terræ puluere,
euigilabunt.
D. O. M.
IOANNI KARYNSKI,
Canonico Cracouiensi,
Humani ac Diuini Iuris cultu & scientia,
Domesticiſque ornamentis
Omnibus claro.
In Pastorali Administratione,
Et officio Prædicationis apud Sanctimoniales,
Ad Ædem S. Andreæ Cracouiæ sitas,
Verbo & exemplo laudabiliter versato,
Extincto immatura morte, A. D. 1653.
Et hoc in loco ex tabulis Testamenti condito
VIATOR
Bene precare quiſquis es,
Ita tibi quoque alij benè precentur.
S. S.

Spectet

Spectet Posteritas viuam probi oris effigiem
BERNARDI MACIEIOWSKI,
S. R. E. Cardinalis,
Episcopi primum Cracouiensis,
Deinde Archiep: Gnesneń. vitam præclarè actam imitetur.
Hic quidquid honoris atque dignitatis, quod in eum caderet domi foris-
que fuit, amplissimis virtutibus consecratus, de ipsa quoque triumphauit
inuidia. Ciuis, Senator, Pontifex, inter paucos pius, Magnanimus, libe-
ralis, fortunatus in omni vita. Si turbatam tranquillatem nunquam
aut restitutam quod solicitè curabat ante obitum vidisset, hoc vnum per-
petuæ felicitatis defuit. Moritur Cracouiæ 9. Ianuarij, Anno Domini,
1608. Ætatis suæ 60.

Hic sepultus iacet
Strenuus ac Generosus Dominus Nicolaus Mniszek, de Magna Konczvce & Ossownica Hæres, Serenissimi Diui Sigismundi Augusti Regis Poloniæ Archicamerarius, Burgrab: Crac. Lucouień. Socalieńq. Capitaneus. Obijt 1551. 22. Iunij, Annum agens 69.

IN TEMPLO S. MICHAELIS IN ARCE.

Iacobus Zadzik, Ecclesiæ Cathed. & S. Michaëlis in Arce Crac. Præpositus, Decanus Posnanień. Custos Varsau. Supremus Regni Secretarius, Nominatus Episc: Culmeń. & Pomesaniæ, Ædem hanc sacram tecto lateritio vestiri, eiusque pinnaculum vetustate corruptum ab integro erigi curauit. Anno D. M. DC. XXIV.

Ad Altare B. Cantij.

D. O. M.
Et Beato Ioanni Cantio, S. Th. Doct.
Almæ Academiæ Crac. Professori,
Gregorius Ioannes Zdziewoyski à Lasko, Art: & Philosoph: Magister, Plebanus Pfarzowień. posuit. Anno D. 1648.

Ioannes Piotrouius in Territorio Costen. Nobili & ampla Familia natus, Decanus Posnan. Scholast: Lanc. Custos Sandom. Crac: Can. Sigismundi Augu-

di Augusti, Henrici, Stephani, ac Sigismundi III. Regum Secret. morum suauitate, eleganti ingenio, doctrina, Linguarum cognitione facilitate dicen: animi magnitudine in re Ecclesiastica, tum in studio & cons. vir excellens, in multis & magnis Cancell: Regiæ, Reiquepub. negotijs ipsis etiam Legationibus obeundis, pacis & bellorum rerumq; difficilium temporibus, annos vltra viginti, pari industriæ ac integritatis, & fideli laude versan. medio ætatis cursu, & ipso amplissimarum dignitatum aditu extinctus, vbi viuens voluit ad Anastasin quiescit. Vixit anno à parta salute, 1591. ad xv. Idus April. ætatis suæ primum supra quadrag. Stanislaus frater Stirpis Piotrouiæ vnicus palmes relictus fratri, & Testamenti Curatores amico delideratissimo posuerunt.

Nicolao Pasek de Gosławice, Iurium Doctori, Can: Vratisl. viro acri, prompto, ac festino ingenio, laborum patientiss. negotiorum Sacrosancti Tribunalis Romani perito, morte acerba Anno Domini, 1572. die 26. Nouemb. erepto, Doctor Iacobus Montanus Canon: Crac. Amico integerrimo F. F. vixit annis 52.

Stanislaus Rożycki, vir antiquis moribus, hic cineres suos reliquit. Anno Domini, 1630. die 6. Septemb. Ætatis suæ supra 74.

Laurentio Pontificio, Philosophiæ & Medicinæ Doctori, Rñdiss: olim Francisci Krasinski Episc: Crac. familiari Medico, viro docto, modesto & pio, Doctorum virorum amatori liberalis. in re ampla frugali, in tenui hilari: morum comitate, & vitæ integritate claro. Curatores ex Testamento posuerunt, moritur Anno Domini, M. D. LXXXVI. Octobris 4. ætatis verò suæ LV.

Hieronymi Godźiątkowski de Godźiątkowo, in Palat: Calissień. in Arce Crac. Burgrabij, viri prisca morum comitate, & vitæ probitate integerrimi: Summis viris, & huius Regni, & externorum amabilis. hic ossa & cineres quiescunt: Hospes bene precare mortuo, nam viuus nemini maledixit Obijt Anno M.DC.XXXVIII. die vij. Feb. ætatis suæ LXXX.

Nobili Melchiori, viro integerrimo ac familiari fidissimo Magnificæ Dominæ Dorotheæ de Oirzanow, Illustris olim ac Magnifici Stanislai Barzy, Palatini & Generalis Crac. Consortis relictæ: famulo

mulo posuit hoc mœrens fidelissimus illius socius Bartholomæus Suchodolski. Obijt 19. Septemb. Anno D. 1580.

Generoso Paulo Szydlowski de Szydlow, ex Palatinatu Plocensi, in Maiori Garlica hæredi, Burgrabio Arcis Crac. viro Nobili, strenuo, moderato auitæque religionis cultori eximio, antiquitate Prosapiæ suæ Stemmatum præclaro, qui primam ætatem in Podolicijs aduersus Tartaros bellis cum magna laude transmisit. Adultior, Franciscum Krasinium Episc: Crac. Auunculum suum secutus est, quo adhuc viuente, honestissimum amplexus fuit cum generosa Dorothea Narębska coniugium, in quo cùm xx. proximè 6. annos piè & laudabiliter vixisset, binosque procreasset liberos, magno sui relicto desiderio, rebus humanis ereptus est. Ioannes Szydlowski S. R. M. Secret. Parenti suo desideratissimo monumentum hoc ad posteritatis memoriam fieri curauit. Vita functus est Anno Domini. 1601. Die 11. Martij.

Generoso Martino Woynowski, Serenis: Sigism: Augusti Regis Stipendiario, Arcis Crac: Portæ superioris Præfecto, viro Catholico, pio, modesto & quieto, ac ab omni ambitione alieno, sincero, nemini tamen molesto, immò omnibus grato & iucũdo, Amici Curatores Testamenti eius monumentum hoc mœsti posuerunt. Obijt die xxv. April. Anno D. M. D. LXXXIII. Ætatis LXXI.

Honorabili Simoni de Piatek Sacerdoti, pietate ac morum comitate omnibus grato, primum Vicario & Vicecantori Ecclesiæ Cathed: Crac. tandem Capellæ Roran. Præbendario, simul propter art: Musices peritiam, ac vocem canoram & suauem prædictæ Ecclesiæ Cantori, die vltima Anni 1592. extincto, Fratres commun: Rorantium tanquam Confratri desideratiss. amoris ergò posuêre.

Piotrouius iacet hoc vili sub fornice saxi,
Mens tamen æterni viuit in Arce poli:
Gratia, fama, vigor, spes dignitatum ac honorum,
Quid profuit, si me sustulit atra dies.
Non omnis morior magnaque pars viuendo positas exuuias repetet.

Ossa Generosi D. Pauli Szydłowski, Burgrabij Arcis Crac. hæc vrna complectitur, anima ad Deum reuersa supernâ, beatitudine fruitur. Corruptionis vestræ, ô mortales memores estote paulò

post,

poſt, & vos vniuerſæ carnis viam ingreſſuri. Vixit xxxxviij. annis. Obijt Crac. M. D. CI. Die xj. Martij.

IN TEMPLO S. GEORGII IN ARCE.

Virtute auita, morum ſimplicitate & eruditione ornato, Rñdo Domino Iacobo Ptaſzynski, Philoſophiæ Doctori, Venerabilis Capituli Cracou. Notario, Parocho Biezanouienſi, qui cum fratre Bartholomæo vltimum hic expectat diem, Executores poſuerunt, mortuus Anno M. DC. XXXI. Die xxiij. April. Vale Lector, & mortuo apprecare memor mortis æternam requiem.

Venerabili Andreæ Gwiazdouij, Zywiec: Vicar. & Pœnitent: Cathedr: Eccl: Crac. cuius hic ſcopus hoc vitæ inſtitutum fuit: Deo, Eccleſiæ, & communit: fideliter ſeruire, Patriæ ornamento, Amicis ſolatio eſſe, neminem lædere, de omnibus bene mereri. Obijt eheu ex peſtilentia, atque hac de cauſa hic ſitus eſt. Anno Chriſti, cIↃIↃc. xxiv. Menſis Octobris. Ætatis ſuæ xxxvj.

Iuſtus ſi morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit, *Sap: 4.* Andreas Haſzkowſki, Artium Magiſter, Conſobrino cariſſimo amoris ergò poſuit.

Venerabilis D. Ioannes Sokolowski de Zakrocim, Vicarius & Pœnitent. Eccleſiæ Cathed: Crac. Annæ Belcanka relictæ, olim famati Staniſlai Sokolowski, Ciuis Zakrocim. genitrici ſuæ chariſsimæ, monumentum hoc mœſtus poſuit, quæ ferè vltra octogenaria obijt, Anno Dñi. M. DC. XI. Die xxviij. Octob. Oretur pro ea.

Venerabilis Andreas à Słomniki Rorantiſta, Annis 50. in officio Sacerdotali piè ac honeſtè in ſacr: Ætatis annum agens 89. Diuin: vita functus hic quieſcit, 1598.

Venerabilis Matthias Skrzyſzew: Vicarius & Altariſta in Eccleſia Cathed: Crac. Nicolao fratri ſuo germano hic Anno Dñi. 1603. Die Maij 8. ſepulto, mœſtus & requiem æternam precatus poſuit.

Nicolaus iacet hic doctum, quem fœta virorum
Poſna tulit, merſit funere Croccafero:

Omnibus hunc natura ſuauis ornarat abundè,
Moribus, ingenio, corpore, mente, ſono.
Obijt Anno Domini, 1555. 28. Decemb.

Ante Portam Arcis.

Ludit in humanis diuina potentia rebus,
Et certam præſens vix habet hora fidem.

Omne malum etiam mediocre magnum eſt, fortuna multis dat ſatis nulla.

Miſſus eſt à Regina Iaſcus, ſiue Ioannes Kmita, Præfectus Crac. ad ſedandum tumultum, ſagitta Hungarica in turba in collum ictus, ex equo defluxit & exſpirauit: ibi neceſſarij & familiares eius furentes, facto vndique concurſu in Hungaros, cohorti magnam cædem fecere, non eorum tantùm, qui ſe in tumultu illo obtulerant, ſed eorum quoque, qui in hoſpitijs ac diuerſorijs inuenti ſunt, centum ſexaginta Hungari eo die trucidati feruntur, atque ij modo ſalui fuerunt, qui in Arcem effugere potuerunt: triduo deinde Arx clauſa, & ab armatis obſeſſa fuerat. Anno D. 1376.

IN TEMPLO SS. APOST. PETRI & PAVLI.

Dum Oſmanus Turcarum Imperator, inſigni ſuorum clade prælio ad Chocimum Dacico adactus, de pacis fœdere ſanciendo, cum Polonis tractaret.

Beatiſſima Dei Mater,

Vnicum Chriſtiani Nominis propugnaculum, cum Infante IESV rheda inuehi conſpecta eſt, præſentem Poloniæ opem allatura, ſupplicante coram Beato Staniſlao Koſtka Soc: Ieſu pro Patria, penè extremum tunc periclitante. Iam verò Sigiſm: III Pol: Rege Inuictiſs. cum vniuerſæ Nobilit: Ordin. ad Caſtra ſui exercitus procedente, dum hoſtis inglorius finibus excedere cogeretur. Eo ipſo tempore ſacrum Diui Tutelaris huius Caput alia Regni Patre in Poloniam communi omnium ſolatio inferebatur, per Illuſtris: & Rñdiſs. D. Achacium Grochowski, Epiſcopum Luceorien. Romæ ab Adm. Rñdo P. Mutio Vitelleſcho, Generali Soc: Ieſu, eidem Sereniſſ: impetrato tranſmiſſum, ac demùm à Vladiſlao IV. Filio, & Regni ſucceſs: fortunatiſs. Baſilicæ SS. Petri & Pauli Apoſt. deſtinatum. Ad perpetuam gratæ recordationis memoriam, ad publicum pietatis Polonæ ſolatium, Diuorumque Tutelarium Regni venerationem excitatum. Anno Domini, 1641. Andreas

Andreas Iaſtrzębiec de Baranow, ad Goplo Baranowski And. Caſtell: Ciechanou. filius, Præp: Louic. Canonicatibus Gneſn. Crac. à Patruo Alberto Primate Regni inſignitus, à PP. Paulo V. Cantoriatu Poſnan. Romæ ornatus, inde reuerſus, D. Sigiſm. Annorum xviij. Secret. Præp: Send. auct. virtutem & ingentem animum aduerſa fortuna iam iam eluctantem cùm ferre non poſſet, ruina Xiſti oppreſsit Crac. iv. Decemb. mortuus xxj eiuſdem, M. DC. XXXI. Ætatis XLI. Anno. Ioannes Czorſtinen. Praſnen. Capit. germanus poſuit.

Andreas Czarnecki, Burg: Arcis Crac: è vetuſta Comitum Germaniæ de Lailigen Familia, Auo Budenski Gubernatore Supremo, Conſtantinopoli à Barbaris, ob conſtantem Deo, Regiq́ue ſeruatam fidem, enecato Patre, poſt 24. Annorum captiuitatem, vinculis Othomanicis exempto, Matre Regina Turouia in Polonia natus. A prima ætate variarum Nationum, Linguarum, morum cognitione, in Italia, Gallia, Germania, Vngaria, Suecia, Moſchouia, & diſciplinis nobili indole dignis, inſtructus. Sigiſmundo III. Poloniæ & Sueciæ Regi, domi foriſq́ue in expeditionibus, & bellis Ciuilibus, Moſchouiticis, Suet:cis, Turcicis, Pruthenicis, Annorum 40. obſequio probatus. Deinde Vladiſlai IV. Regios fauores continuatis per annos 15. ſeruitijs meritus, ab eodem Burgrabius Arcis Crac: renunciatus, Cameræq́ue Regiæ familiaritate ornatus, cum ſeſe inter Regum obſequia Reginæ Cœli, cultui mancipaſſet, Sacellum hoc Patronæ Optimæ Maximæ, Cliens obſtrictiſs: exornauit, dotauit, ſeq́ue & cineres ſuos ſubſtrauit mortalitate expleta. A. D. 1649. Ætatis ſuæ 73. Obijt die 9. Menſis Decembris.

IN TEMPLO S. ANDREÆ.

Beata Salomea Virgo, Regina Haliciæ, Fundatrix Monialium Ordinis Sanctæ Claræ. A. D. 1632.

Reuerendus D. Rochus Poſnanien: Acad: Crac: Profeſſor, Maioris Coll: Collega, Pœnit: Eccleſiæ Cathedralis Cracouienſis &c. Oretur pro anima eius.

℟. Patri Zachariæ Krolicio, Artium & Philoſophiæ Baccalaureo, huius Monaſterij Deo dicatarum Virginum Confeſſario, & Concionatori per annos 40. continuos, vita integerrimo, & morum grauitate conſpicuo, de quo nemo vnquam conqueri potuit, hic aſsiduus in laboribus, annis 98. expletis, 23. Iulij. A. 1642. obijt, hicq́ue ſepulturam obtinuit:

tinuit: hanc vmbram illius laborum raræ ætatis teſtem extare voluerunt Amici Execut.

IN TEMPLO S. MARTINI.

Generoſus Paulus de Marchocice Marchocki, Capit: Czchouienſis, antiquorum rediuiua poſteritas: Vir in moribus grauis, in factis fortis, in periculis audax, in dicendo liber: qua in re magna pars libertatis conſiſtit: ijs virtutibus fuit nemini ſecundus, carus omnibus; ea propter Exactor publicus interdum, Generalis quinquies, acerbus nunquam: Nuncius Crac: vigeſies ſexies delegatus, Commiſſarius ſemper proficuus, etſi in Leopol: Bydgoſten: maximè tamen in Torun: vehementer ſumptuoſa, & periculoſiſ: laudatiſsimus, cum ſeditioſum militem, peſtem patriæ, auertiſſet & compoſuiſſet, fortuna an virtute dicere difficile confecerit, nec virtus, nec fortuna ſemper valuerunt. Vtraque ſummos faciunt viros ac admirabiles: cuius admiratione pari Summi eius temporis Heroes, qui patriæ & libertati ſtuduerunt, cùm virtutis ſatis haberet, facultatibus, vt tempus & negotia exigebant, inferior eaſdem vtilitate ipſius virtutis & amore Reipub: auxerunt, & tanquam pinguedine lumen conſeruauerunt: Obijt fatali illo Anno, quo viri huic tempori nati obierunt, ſanè alieniſsimo, vnde qualis is, & vbi ſit, coniecturam habeto, certè æuo ſempiterno cum Beatis fruitur, quod pro libertate & Repub. ſtetiſſet: Tu qui legis, ſi ſeruitutem omnium malorum vltimum, vt libertatem omnium bonorum optimum profiteris, vel eius virtute liber perſiſtis, Familiæ decorem gratulare, animæ defuncti requiem æternam apprecare, qui in viuis publici commodi cauſa, nulla requie functus eſt. Vixit Annos 67. mortuus die 26. Nouemb: Anno Domini, 1631.

IN TEMPLO S. ÆGIDII.

D. O. M.

Et Staniſlao Gutowſki, viro nobili religione auita, & cæteris Chriſtianis virtutibus ornato, Regina Gutowſka coniugalis fidei & amoris monumentum mœrentiſſima poſuit. A. D. 1579.

Laurentio Warmultouio, Præpoſito Kurzeloujen. Decano SS. Omnium, S. Ægidij Cuſtodi, viro præter proceritatem corporis, quo illum Heroëm parens fecerat natura, ingenio, linguarum peritia, ac plurimis animi

animi bonis ita prædito, vt ſummis quibuſque maximè charus & familiaris eſſet, Ioan: Korczbok, Staniſl: Grotkowski, Canon: Crac: Curatores Teſtamenti, fido ac iucundo Sodali ſepulchrum, ſuæque erga eum amicitiæ monumentum hoc poſuerunt. Vixit Annis circiter LX. Obijt autem ex diſſenteriæ morbo, die Menſis Nouembris. XIIII. Anno Domini M. D. LXV.

IN TEMPLO OMNIVM SANCTORVM.

Martino Fierley, & Catharinæ coniugi, Ciuib: Crac: Catholica fide. religione in Deum, integritate, pietateque erga proximos conſpicuis, cæteriſque virtutibus ornatiſs: Ioannes Fierlewicz filius, qua viuos obſeruantia, eadem & demortuos pietate proſeq: parentibus chariſs: monumentum hoc cum lachrymis F F. Exceſsit è vita Martinus Fierley III. Idus Nouembris. Coniux verò ſua. V. Idus Octobris. Anno M. D. LXXXIX.

D. O. M. A.
M. IACOBVS GORSKI, I. V. D.
Protonotarius Apoſtolicus,
Canonicus Cracouienſis,
SS. Omnium Cuſtos,
Almæ Academiæ Rector.

Magnus & clarus in vtroque Iure Profeſſor, Mathemat: Scientiarum peritiſsimus, quidquid peculij ex operoſis Academiæ laboribus comparauit, id totum ad pia opera conferri iuſsit; quidquid autem mortalitatis, dexteritatis, realitatis, candoris, ingenij habuit, penes Altare Maius deponi voluit. Obijt Anno 1652. Die 4. Martij.
Ætatis ſuæ 67.

Eidem.

IACOBVS GORSCIVS CRACOVIENSIS,
I. V. Doctor, & eximius Interpres,
Eccleſiæ Cathedralis Canonicus,
Atque Collegiatæ Sanctorum Omnium Cuſtos.
Diem mortis,
Et Vniuerſalis Reſurrectionis cogitans,
Ad Altare Corporis Domini
Quod ſumptibus ſuis marmore exornauit,

Locum

Locum hunc viuens ſibi ſtatuit,
Pro cadauere ſuo reponendo,
Quando Diuinæ clementiæ viſum fuerit,
Ipſum ab hoc ſæculo nequam eripere.
Anno itaque Domini, 1652.
Rectorali dignitate in Alma Vniuerſitate Crac.
Infauſto omine ſuſcepta,
Obijt Kalendis Septembris,
Peſte in vniuerſa Polonia graſſante.
S S.

D. O. M. A.

M. STANISLAVS ROZYCKI,
Iuris Vtriuſque Doctor & Profeſſor,
Canonicus Cracouienſis,
Eccleſiæ huius ſuæ fundationis Canonicus Celeberrimus.

Quidquid à præmatura morte fatorum inuidiæ ſubtraxit, totum hoc vnà cum Præceptore ſuo condi voluit, in ſepulchro huius viri imitare Hoſpes virtutum, literarum culturam, raramque ingenij felicitatem, eximium candorem, quem vbique cum ſui nominis gloria, Academiæ, tanquam bonus Ciuis & Rector fidelis declarauit: moriens verò Anno 1652. Nouemb. 2. hic expectat extremum iudicij primum ab anno ætatis ſuæ 48. æternitatis diem.

Eidem.

STANISLAVS ROZYCKI,
Iuris Vtriuſque Doctor,
Et præclarus in Academia Cracouienſi Profeſſor.
Mortis tandem paruit Iuri,
Anno 1652.
Hic eius Cineres & Oſſa,
Tumulum virtus neſcit.
In Rectorali officio, & dignitate Canonicali,
Suo ſæculo prædicatus, deſiderandus alieno.
Vt erat facie decora, & ſtatura alta,
Sic decorè grauia, altè profunda,
Cuncta probè, ritè, & lectè
Tractauit.

Abi,

Abi, nec aliud quære.
Tabulæ, quibus Ecclesiæ Omnium SS. omne suum peculium
Legauit,
Cancellarium eiusdem loquuntur,
Etsi non loquantur.
S. S.

D. O. M.
Et Memoriæ.
LVDOVICI GVSTAVI KAKSYNSKI SVECI.
QVI
A pueritia militaribus tyrocinijs exercitatus,
A Vladislao adhuc Principe
Propiori obsequio admotus.
Ab eodem postea Rege
Ob strenuam in Pruthenicis & Moschouiticis Expeditionibus operam
Leopolienſis Armamentarij Præfectura honoratus.
Vbi industria & constantia in vrbe contra Cosacos & Tartaros defendenda eminuit:
Indeque ad Præfecturam Armamentarij Cracou.
A Ioanne Casimiro Rege
Translatus.
Ibidem pestilentiæ publicæ contagione obrutus,
Catholicè pieque obijt
Die 8. Septembris. Anno Christi, M. DC. L II.
Anna Magnussia Vidua, liberique mœstissimi P. F.

CHRISTO REDEMPTORI
S.
IOANNES RACHTAMOVIVS CYNERSKI,
Sacræ Theologiæ Professor,
Canonicus Cracouiensis,
Præpositusque Collegiatæ Ecclesiæ Sanctorum Omnium.
Rei literariæ decus & Charitum ocellus,
Hic cineres suos deponi iussit.
QVI
Multas Orationes edidit,
Multasque Poëticas lucubrationes,

Quæ

Quæ præclari eius ingenij præſtantiam illuſtriorem faciunt.
Maius in diem probitatis ſuæ daturus ſpecimen,
Niſi immatura morte præreptus,
In medio vitæ curſu defeciſſet,
Anno Chriſti, 1654. Die 8. April.
BENE VALEAS, QVI RELIGIOSE LEGIS.
S. S.

Nobilis Staniſlai Milzecki, in ipſo ortu inſeparatus occaſus ſolatij, ſpem Parentibus, fratribus, & cognatis ademit, innocuum ſpiritum cœlo reddidit, tenerrimi corporis exuuias ſub hoc depoſuit monumento, quod ſibi patrimonij loco mœſti Parentes poſuêre. Anno Domini, 1641. die 10. Septemb. viuere cæpit, ſequenti verò April. 30. viuere deſijt.

Virtute ac in Deum religione Nobili ac præſtanti viro, Domino Franciſco de Radicibus Nauarienſi, Ciui Crac. Sereniſsimi ac Potentiſsimi Regis Poloniæ Sigiſmundi Primi Pharmacopolæ, qui anno ſalutis per Chriſtum partæ, 1554. die 11. Octob. in Domino obdormiuit. Amoris & pietatis ergò Hæredes ingenti cum luctu monumentum hoc poni curarunt.

Andreæ Cromero, Adoleſcenti honeſtiſſimo, & ſupra ætatem erudito, fratri & alumno ſuo chariſſimo, Martinus Cromerus, Epiſcopus Varmień. Anno D. M. D. LXXXII. Obijt Anno Domini, M. D. XXXVIII. Die iij. Martij, vix dum ingreſſus annum 20.

Orate corda Terrena Deum, precemini Numina, ſummum dignetur ab infanda populum ſeruare peſte.

Quid ſumus, ô miſeri! cur tanta ſuperbia nobis
In nihilum rapimur, puluis & vmbra cito:
ANNA fui quondam Coniunx dilecta Marito,
Corpore pulchra, ſatis viuida membra tuli:
Infecit teneros ſubitò mihi peſtifer artus
Aër: & occubui fulmine vt icta Iouis.

Annæ Fabrownæ, Coniugi ſuæ chariſs. Staniſlaus Kotlicki mœſtus P. quæ obijt die xxij. Iulij, Anno Domini, 1572.

Spectabi-

Spectabilis D. Beniamin Lanier, Aurifex S. R. M. Ciuis Crac. memor suæ mortalitatis, monumentum in hoc vestibulo templi, sibi, vxori, liberis, & alijs posteris suis, dum adhuc in viuis esset, exstrui, cum consensu Venerabilis Capituli huius Ecclesiæ, curauit: in quo aduentum Magni Dei expectaturus, pijs orationibus fidelium se commendat, Anno D. 1617. Viue memor lethi, fugit hora. Natione Gallus de Ciuitate Vitri le Francuas.

R. D. Matthias Sporetius, Præbendarius S. R. M. Capellæ S. Crucis Ecclesiæ Cath: Crac. memor suæ mortalitatis, monumentum in hoc Templo sibi, Parentibus charissimis, & fratribus suis, dum adhuc in viuis esset, extrui cum consensu Venerabilis Capituli huius Ecclesiæ curauit, in quo aduentum Magni Dei expectaturus, pijs orationibus fidelium se commendat. Anno Domini, 1642.

Quid iuuat Italiam, Francos, duroſq; Britannos,
Teutones, Belgas, transilijsse feros:
Quum moriar victus curis fractuſq; labore,
Iudicium Altissimi Iudicis operiens.

Martinus Zegarmistrz, honestæ Annæ Coniugi suæ chariſſimæ, vitæ morumque honestate, ac varijs officijs de se bene merenti, in honorem Dei, & Omnium Sanctorum, monumentum hoc posuit. A. M. D. XXXXIV. Quæ obijt A. Christi, M. D. XXXXIII. Ætatis suæ XXX.

Sit tibi terra leuis Coniunx chariſſima, quando
Commendat nomen vitaq; morsq; tuum.

Nobili Sophiæ, filiæ Nobilis Ambrosij Kosmider de Zerkow, Matronæ singularis exempli, moris antiqui, coniugali fide, pudicitia, vitæ constantia, prole etiam vnica marito amabili in solatium relicta, ac desiderabilis pietatis ac religionis zelosæ, in pauperes ac Clerum munificæ Ecclesiæ præceptorum curiosæ ac tenaci, inprimisque deuotæ, ac matronalium virtutũ merito omnibus charæ. Albertus Bolkowski Coniugi suæ suauissimæ desiderij leniendi causa hoc monumentum extare voluit. Obijt Anno 1606. die 12. April. Ætatis verò suæ 43.

Hanc tabulam vxori cum posteritate sibiq;
Pictorum erexit charus in arte Simon.
Christiadam vt Deo vouit mortis memor vltima rerum (est) And.
Linea mors, post hanc vitam beata venit. Tri.

Barbaræ Powſiniæ, fœminæ lectiſſimæ, Matri Bartholomæi Powſinij, Abb: Andreouien. Clementis Papæ VIII. Cubicularij, ac Sigiſm: III. R. P. Neapoli Internuncij. Quæ virtutum & dierum plena obdormiuit in Domino, die 13. Iulij, M. DC. XII. Executores Teſtamenti PP.

R. Michaëli Lidzbinſki, Can: S. Geor. in Arce Crac. viro optimo, pietate, religione, liberalitate, erga Deum, Eccleſiam, pauperes inſigni, ac bene merito de hac Eccleſia, Sacerdotibuſque illius, quibus menſam communem fundauit, & hanc Capellam in ſplendorem reduxit, eamque apparamentis & neceſſarijs dotauit. Executores Teſtamenti poſuere. Vixit A. LX. Obijt XXX. Martij, Anno M. DC. V.

Staniſlaus Czaplic Kleceñ. I. V. D. & Profeſſor, S. Michaelis in Arce Crac. & huius Eccleſiæ Can: vir inſigni in Deum cultu, prudentia, morum grauitate, innocentia vitæ, priſco candore, cæteriſque virtutibus ornatus, Principibus & eruditis, ob ingenij, doctrinæ, modeſtiæ, famam, conſiliorum promptitudinem, felicitatemque commendatus. IX. Aprilis. A. M. DC. XLVIII. ætatis ſuæ LVIII. plenus meritorum deceſsit. Execut: Teſta: Amico & Confratri deſideratiſs: P.

Admodum Reuerendi Alberti Kownacki, huius Eccleſiæ Decani, ad hoc Beatæ Virginis Mariæ Altare, ad cornu Euangelij ſepulti, Fundatoris Scholaſteriæ eiuſdem Eccleſiæ, cuius iuſpatronatum ad Succeſſores ſanguine iunctos proximiores, vt pote Nepotes ex fratre Ioanne Kownacki, Trapnij nuncupati, videlicet Martinum, Gregoriũ & Simonem, fratres inter ſe germanos, & ipſorum ſucceſſores pertinere, & duas Miſſas qualibet ſeptimana, alteram Requiem pro anima ſua, cum Collectis, Deus veniæ, & Fidelium Deus; alteram de die, necnon Anniuerſarium die proximo Kalendas Octobris cum Officio integro Defunctorum, per Vicarios, data ipſis mercede, decantando per Scholaſticum pro tempore exiſtentem, ſingulis annis, temporibus perpetuis celebrari voluit. Obijt 4. Octob: 1622. Reuerendus Gregorius Kownacki, I. V. D. Primus Eccleſiæ huius Schol: Patrono & Benefactori ſuo piè defuncto, viuus ſepulchrum idem ſibi Dei voluntate notans, poni curauit, Die XXIIII. Septembris. 1646.

Catharinæ infantulæ puellulæ, pulchello floſculo Nobilis Gaſpari Siemek filiolæ, cuius oſſula corpuſculum in ſepulchrulo ſub hoc ſaxulo quieſcunt,

animula

animula blandula in cœlum migrauit; nata, vt esset mortua, & in patria mansisset. Discite, ô adulti, nec longam exoptare vitam, nec citam timere mortem, satis superque duo Menses ad mundi sufferendas calamitates. Nata Februario, mortua Aprili. Die 13. A. D. 1630.

Famatis Balthasari Brusik, & Magdalenæ, filiabusque eorum Magdalenæ cum Ioanne Groszyk, Ciue Crac: Marito suo Anno 1623. & Annæ Coniugi priori suæ, sibi, liberis mortuis, & superstitibus, posterisque suis Michael Mirzwic, Ciuis Crac. A. salutis, M. DC. XXVII. posuit.

Lector si pius es, ossibus in hoc subiecto sarcophago depositis quietem, animabus verò salutem apprecare.

Sebastiano Manczynski de Palatinatu Plocen: & Districtu Srenen: oriundo Ciui Crac: viro nobili, sincero, integerrimo, Elisabeth Ioannis Alantse filia, qua viuum fide, eadem mortuum pietate prosecuta, Vxor mæstissima Coniugi suo charis: conspersum lachrymis pientissimis monumentum posuit.

Optimo Viro D. Petro Kalina, Ciui Crac: & honoratæ Sophiæ vxori eius, ac liberis eorum. Sophia Strussowa Parentibus charis: nec non fratri sororibusque optatis: defunctis, hoc monumentum memoriæ ergò pp. A. D. 1610.

Virtute, ac in Deum religione Nobili præstantique viro, Domino Francisco de Radicibus Nauarien. Ciui Crac: Serenis: ac Potentis: Regis Pol: Sigismundi Primi Pharmacopolæ, vxori ac omni generi suo, qui à virginis partu. 1550. Die 11. Octobris in Domino obdormiuit. Coniunx verò honestis: illius A. Sal: humanæ 1566. Die 12. Septemb. amoris & pietatis ergò Hæredes mæsti cum luctu & mæstitia hoc monumentum poni curarunt.

℟. Ac Clarisi: Dño M. Valentino Vidauio, Philosophiæ & S. T. D. S. Flor: Dec: huius Ecclesiæ Præp: ac Almæ vniuersitatis Crac: aliquoties Rectori, viro spectatæ vitæ, Profess: Doctiss: in Ecclesia Dei bene merito. Viuus enim hanc Ecclesiam structura noua Organorum, quæ igni consumpta erant, ornauit; pauimentum depressum erexit, subsellijs condecorauit. Præposituræ prouentus implicatos sua diligentia auxit. Executores hoc monumentum posuerunt, viuat Deo. Obijt A. D. M. DC. I. Die XII. Nouemb. ætat: LVIIII.

Reuerendo Domino Alberto Choczyſzewski Dec: Eccleſiæ iſtius, Præp: in Maiori Xiąz, Can: Scarb: &c. viro pio, candore animi, & priſcis moribus omnibus amabili & veneran: bonorum Eccleſiæ defenſori, & recuperatori acerrimo, vita integerrimo, ex hac mortali ad immortalem vitam pleno dierum tranſlato, Curat: teſt: pp. Obijt die Veneris VIII. Menſis Septembris, A. D. 1600.

Cl: D. Thomas Swinarski, V. I. D. Can: Vielun: Luboric: Pleb: amore ingeniorum, pietate in clientes, ſine litura, candoris Phænix deſideratiſs: plenus dierum, meritiſque grauis, auctâ mensâ & oll: DD. Iuriſc: & Minoris, cumulatis Eccleſiarum reditibus Lubor: Vielun: S. Annæ Crac. vbi etiam hac in Eccleſia Canon: VIII. fundauit, terris mortuus, cœlis reuixit. Anno Domini, 1641. Iunij 2. Eius venerandam pij Executores venerati memoriam hoc monumentum poſuêre.

Adm̃ R. D. Ioannes Croſner, I. V. Doct. Cuſtos Eccleſiæ huius primus, vir eximia pietate, prudentia, eruditione, & candore, obijt Anno 1631. 13. Feb. ætatis 42. Ora pro eo, qui vis pro te orare ſuperſtites.

Anno Domini, 1552. 20. die Menſis Maij, Generoſus Dominus Bartholomæus Czywinſki, ex Płocenſi municipio oriundus, Aulicus Regiæ Maieſtatis, extremum diem vitæ clauſit.

Hic iacet Dominus Lucas Gurnicki, Proconſul Cracouienſis. Extremum diem clauſit Anno 1551.

Sepultura Valentini Rumienko, Ciuis & Sartoris Crac. defuncti ſexto Calend. Martij, Anno Salutis noſtræ 1550.

Honeſtus & virtutum more conſpicuus D. Iacobus Mlodzianowski, Ciuis & Aurifaber Crac. qui obdormiens hoc in tumulo ſepelitur, cuius mortem, cùm ex multis vicinis, tum præcipuè viuis, Socer eximius Ioannes Pernus, vnà cum Sophia vxore ſua grauiſsimè luxit. Vt autem cognoſcas Coniugalem amorem, mœſtiſs: Coniunx hunc tumulum perpetui amoris & doloris erexit; cuius pietas non tantùm in maritum, ſed & in Patrem mariti ſe extendit: pariter enim omnes tres Matrona honeſtiſs. ſub hac vrna quieſcere curauit. Obdormiuit in Domino, Anno Domini, 1597. Annos habens 38.

Oſsi-

Ossibus, æternæque memoriæ mœstiss: Frenscharo fratri suo hoc monumentum pos. Paulus Karczewski, quem mors immatura florentem annis & virtutibus abstulit, Anno ætatis suæ, XXVIII. Iulij 30. Anno 1624.

Spectabili viro, D. Matthiæ Gwosc, Caldeatori & Ciui Crac. qui annum LXXI. agens, ex hac vita migrauit, à Christo Nato, M. D. LXXII. Die verò Mensis Iunij xx. Cui Vrsula vxor fidelissima Marito suo defuncto, & sibi, hoc monumentum posuit.

Andreæ Bronowski de Bronow, ex Districtu Plocensi, insigni Familia, inprimisque Parentibus Nobilissimis, procreato; prudentia, animi magnitudine, pietate, ac cæteris virtutibus, omnibus nationibus chariſſimo. Hæredes Benefactori suo mærentiss. mo posuerunt. Obijt, agens annum LVI. Die xxix. April A. M.DC.XII.

Diuo Stanislao, Ecclesiæ Crac. Pontifici, Polonorum adiutori & Protectori præsentissimo, Paulus Sebastianus Krassowski, Præpositus Omnium Sanctorum Cracou. ex voto hanc Aram dicauit, Anno 1522.

Clarus & virtute conspicuus Ioannes Pernus, Stannifusor & Ciuis Crac. vnà cum Elisabetha Tymlowna chariſſima Coniuge, in hac vrna sepultus. Beati, quos vt vita, ita & mors sociauit. Vixerunt in timore Dei, & sine querela: ille obdormiuit in Domino 1511. Die 17. Martij, vxor verò annos habens 15.

IN TEMPLO S. FRANCISCI.

Nobilis Dominus Ioannes Reichel, Ciuis Crac. filius Patri amantiss. debitæ obseru. hoc monumentum posuit. Anno D. 1072.

Hoc monumento requiescit Nobilis Dominus Valentinus Reichel, Ciuis Crac. vir prudentia, pietate ac integritate vitæ præclarus, qui

rus, qui 15. Octob. Anno 1515. in Christo vitam morte commutauit: cui ne desis Lector, fac tua prece iuues.

Viuus designaui locum hunc, in quo mortuus quiescerem; & quiesco sanè lubens post tot ærumnas, quibus redundauit vitâ mea, militia, quam colui, acerba fuit: seruitus etiam acerbior, qui captus in prælio, apud Scythas seruiui: acerbissimus autem ingratus eorum animus, qui malam benemerito gratiam retulerunt. Scire quis sim cupis? sum Stanislaus Broniowski de Biezdziedza, Martini F. qui Curiæ Reginæ Elisabethæ Casimiri præfuit, Præfectus Lubaczouien. ipse ego Regibus, Sigismundo, & huius F. Sigismundo Augusto, cùm studium meum inter Aulicos probassem, aliquot etiam Præfecturis fui honestatus. Nosti quis sim, vel potiùs fuerim? ego qui tu sis non noui. Verùm, si te tuipse nosti, sat es beatus, abi. Vixi Annos LXXV. Mortuus Anno à Christo Nato, Vigesimo octauo, suprà Millesimum, quingentesimum. Die 8. Mensis Nouemb.

Ioannes Baptista Vertema, Plurij celebri Rhetorum Oppido natus, vir nobilitate, sed pietate imprimis ac probitate clarus, qui tractandorum negotiorum suorum causa in Poloniam profectus, illis non confectis, sed repentina ac improuisa morte sublatus, hic familiarium amicorum cura & pietate tumulatur. Die xxv. Martij, Anni Domini, M. D. LXXX. VIII. ætatis suæ LV.

Ioannes de Iezowo Iezowski, Episcopus Olomuceń. Senator grauissimus, humanitate peramabilis, Sacri Ord: & Reip. ciuilis vniuersæ ornamentum singulare: doctrina & dignitate præstantissimus, Orthodoxæ fidei defensor acerrimus, egenorum Patronus eximius. Vixit annos 48. valedixit mundo 23. Maij, post Christum Natum, 1599. Cui frater mœstus Nobilis D. Stanislaus Iezowski amoris testificandi causa hoc Epitaphium ponendum curauit.

Quis fuerim, quid obest Hospes cognoscere, cùm te
De tibi ventura sors mea sorte monet:
Franciscus fueram Zarzecki dictus, auitæ
Mi tulit hoc nomen Nobilitatis honos.
Myszkowski iuuene tenuit me Curia, iactat
Quem Pallatinum Cracia celsa suum.
Displicet ambitio, postquam mi & splendor inanis
Tranquilla Numen conditione colo.

Quidquid

Quidquid opum largita mihi fortuna Deusque,
Totum viuus adhuc destino pauperibus.
Insuper hoc tumulo morbis extinctus & annis,
Mundi ad supremam commoratusq; diem.
Te quoque qui legis, huc facito, fert Cymba meatum,
Dumq; moraris, adhuc impauidus moreris.

Amici Testamentique eius Executores PP. Mortuus A. D. 1600. Die vltima April. Anno natus 24.

Spectabilis & Famatus Paulus Constan. Scabinus, Cantrifusorque Crac. sibi, coniugique suæ charissimæ Susannæ de Radicibus hoc monumentum viuens posuit. A. D. 1594. Ætatis verò suæ 71.

Ioanni Lencicio, Artium Magistro, Philosophiæ Doctori, Executores Testamenti posuerunt.

LEncicij sunt hæc Lector monumenta Ioannis,
Ingenij celebris dexteritate viri.
Cui sacros Pallas latices indulserat amplas,
Et Sophiæ dederat cernere Phœbus opes.
Quid memorem mores, huic sancta modestia cordi,
Candida mens, pietas, vita quieta fuit.
Quisquis ades, supplex promens bona verba, sepulti,
Omnipotens animæ, dic miserere Deus.

Vixit Annos XXX. Obijt Anno Domini, M. D. XCVIII. Die XIV. Martij.

Clarissimo viro Martino Szlachetka Sendomirien. in Academia huius vrbis Iurisprudentiæ alumno peritiss. & Consistorij Spiritualis Crac. Archinotario XIX. annis solertiss. Sławkouien. & Działosicensi Plebano, de Hospitalibus Scholarium & S. Sebastiani annuis redditibus optimè merito P.

Placeat Domino in regione viuorum,
Et requiescat in pace, Amen.
Vim sortis & mortis
Non timet fortis.

Adamo Metello Cracouiano, Philosophiæ & Iurisprudentiæ Doctori, Ecclesiæ Cathed: Crac. Pœnitentiario, viro pio, & qui in rebus

rebus humanis tranquillitatem animi ſummum bonum eſſe putabat: eaque de cauſa alienus ab omni ambitione ita ſemper vixit, vt omnibus gratus & iucundus eſſet. Zbigneus Ziołkowſki, Canon: Crac. Amico chariſſimo poſuit, Anno Domini, 1572.

Ioanni Turobino, ſpectatæ virtutis viro, & præter optimarum artium cognitionem iudicio & eloquentia, Iuris Vtriuſque Doctori celeberrimo, Cancellario quondam Ioannis Droieuij Epiſc: Vladiſl. Auditori Cauſarum Conſiſtorij Samuelis Macieiouij Epiſc: Crac. Qui poſtea Rectoris Academiæ fungens officio, Anno Chriſti, M. D. LXXV. Die xxiv. Sept. Ætatis ſuæ LXIV. Apoplexia vitam finijt. Rñdiſsimus in Chriſto Pater Dominus Martinus Bialobrzezius, Epiſcopus Camenecen. & Abbas Claræ Tumbæ, Amico de ſe bene merito poſuit.

Adm̃. Rñdo Domino, Bernardino Mengo Regienſi, ibique Parochialis S. Laurentij Rectori, ac pro munere Magiſtri Ceremoniarum ſumma cum laude functo, alijſque ſeruitijs, quibus & in Italia, & ſeptem ferè annis in Polonia, ſuam fidem proprio Epiſcopo conteſtatus eſt bene merito. Qui dum in Italiam Varſauia reuerti permitteretur, lento, & quaſi occulto morbo in itinere aggreſſus, vique illius Cracouiæ oppreſſus, ſacro Viatico ſumpto, obijt die x. Maij, 1606. Hicque in Italorum Confraternitatis monumento ſepultus quieſcit. Illuſtriſs: ac Rñdiſs: D. D. Comes Claudius Rangonus, Epiſcopus Regij, & Princeps, &c. & in hoc Poloniæ Regno cum facultatibus Legati de Latere Nuncius Apoſtolicus, &c. non ſine magno dolore grati animi ergò PP.

Petrus Gamratus, Archiepiſcopus Gneſnenſis, & Epiſc: Crac. ingenio, fortuna, fide in Principes liberalit. in omnes bonos clarus, ſublatus eſt Carbunculo, quinquageſimum octauum agens annum. Die xxvij. Auguſti. Requieſcat in ſancta pace.

Chriſto Seruatori Sacrum.

Thomæ Talduccio, Ant: F. Florentino, viro antiqua Nobilitate ac virtute, pietate inprimis & ſingulari probitate prædito. Qui dum peregrè agit, & ad Patriam toto pectore anhelat, inſperata morte præoccupatus, hinc in veram Patriam auolauit. Philippus Talduccius fratri deſideratiſſimo hoc amoris & pietatis ſuæ monumentum p. c. Die 5. Ianuarij. Anni D. M. D. XCI.

Hoſpes

Hoſpes demirare alta Dei conſilia.
Nobilis Melchior Woicin in Genewa natus, & Caluiniſmi pertinaciſs.
Dum amicis commodus, omnibus æquus, ac ſine querela viuit.
Propè iam ſenex, vera & vnica fide irradiat,
Hic aduentum Seruatoris expectat.cq
Obijt Anno M. DC. XXXI. Ætatis ſuæ LIX.
Æmuletur Acatholicus,
Oret pro eo Catholicus.
Philippus Huttinius I. V. D. S. M. R. & Sereniſs. P. Cardinalis Pol.
Epiſc: Crac. Secret. & Curiæ Actorum Notarius, Amico
ſuo M. P. C. Anno M. DC. XXXIV.

Simon Mutius Nobilis Gallus, Ciuis Crac. cuius vitam iuſtè actam
Iudicia Caſtrenſia, Tribunalitia, ac demùm Regia comprobârunt.
Merita autem in vrbem, ac in ipſum Regnum, omnibus
tributis ac penſionibus eundem exemerunt.
Hanc Portam
Memoriæ,
Fauſtinæ Mariæ Venetæ primæ vxoris,
Et alterius Margaretæ,
Sebaſtiani Cyri Aduocati Cracouień Filiæ,
Suiſque olim cineribus,
Veluti arrhabonem nec non ſymbolum animi ſui.
Erga Congreg. S. Ioannis Baptiſtæ
Cui commori cupit, viuens adhuc FF.
Quiſquis aſpiras ad immortalitatem
Precare ſic quieſcentibus
Quietem mortalem.

Conditus hac —— Turobinus mole Ioannes,
Jnuida quem ſtudijs mors properata rapit:
Jngenioſus homo Iuris-Conſultus, & æqui
Muſarum ſacri pars quoque magna chori.
Cui placidi mores dederant, ſpectataq́ virtus,
Fama illo poſſit ne moriente mori.

Conditur hoc tumulo Gener. vir Petrus Secius, natione Italus, Patria Foroiulienſis, qui cùm à teneris annis, varias orbis terræ Prouincias perluſtraſſet,

ſtraſſet, in Aula Maximiliani Secundi Imperatoris, primarijs viris obſequia præſtitit, ſucceſſu temporis in hoc Regnum cùm veniſſet, primùm Hieronymo à Lasko, Palatino Siradienſi, poſt verò Sigiſmundo Myſzkowski, Marchioni de Mirow, Supremo Regni huius Mariſchallo, fidelia per xxij. annos præſtitit obſequia: è viuis ſublatus non ſine magno Domini & Amicorum mœrore, præcipuè verò vxoris ſuæ, Generoſæ Sophiæ Baczalska, quam viuus maximè adamarat. Quæ cum viuo conſtantem conſeruaſſet amorem, mortuo hoc amoris monumentum & mœroris teſtimonium reliquit. Anno D. M. DC. X. Die xxvj. Iulij.

Samuelis Macieiowſki, Epiſc: Crac. & Reg: Pol. Cancell. vera corporis imago, vtinam æquè optimi viri mentem expreſſiſſet pictor. Obijt anno D. M. D. L. Die xvj. Octob. Ætat: ſuæ LII.

Ioanni Choinſki, Epiſcopo Crac. & Cancellario Regni, Senatori, Regenti conſtantiſs. & Iuris conſultiſs. & apud Regem Sigiſmundum Primum merito ſuo gratioſs. ingenio, iudicio, dignitateque præſtantiſs. Cuius præclariſs. de Repub. ac de Religione cogitationes mors immatura intercepit, Patrono ſuo optimè merito Iacobus Wiesba, Cracouien. & Puſtouień. Canonicus poſuit. Obijt xj. Martij. Anno D. M. D. XXXVIII. Ætatis ſuæ 51.

Nobili Alberto Gilewſki, & Barbaræ Piorkowna, &c. parentibus ſuis deſiderat. &c. Martinus Gilewſki S. Th. D. & Public. in Acad. Crac: Profeſſor, Prothonotarius Apoſtolicus, Canonicus S Floriani, amoris & obſeruantiæ ergò, Anno Iubilei M. DC. poſuit.

Exuuias tumulo Albertus Gileuius iſto,
Depoſitas condit ſydera clara petens.
Nobilis & genere, & virtutis Stemmate clarus,
Clarus amicitia, Palladijq́ chori.
Felix dum generos natoſq́ amplexus eadem
Mole tegit lapidis, vitis vt iuſta comas.

Renouatum Anno Domini, 1620.

Rñdus S. Th. Doct. Martinus Glicius, Pilſneń. Eccleſ. Cath Crac. Vratiſl. Canon. ſorori ſuæ germanæ, hic A. D. M. D. LXXII. Die Aug. xix. ſepultæ, mœſtus & requiem æternam precatus poſuit.

Philippo

Philippo Padniewski de Padniewo, Episcopo Cracouiensi, tam in officio Vicecancellarij, quàm munere Senatorio in Repub. & Ecclesia Dei optimè merito, ingenio atque eloquentia clarissimo, iudicio, dignitateque præstantissimo, quem in Conuentu Varsauiæ negotijs Reipub. mors immatura intercepit. Patrono suo Albertus Brodzinski, Custos Crac. mœstus posuit. Obijt Anno 1572. Die 12. April.

Francisco Krasinski de Krasne, Episcopo Crac, olim Procancellario Regni, qui in negotijs exequutionis Legum & Vnionis Mag: Duc: Lithuaniæ cum Regno, Sigismundo Augusto regnante, ac duobus periculosis Interregnis egregiam operam Reipub. nauauit. Sublatus tandem phtysi Idibus Martij, Anno D. M. D. LXXVII. Ætatis LII. Episcopatus sui V. Bozantini, & ibidem in Ecclesia Parochiali, ipso ita disponente, sepultus. Curatores Testam: PP.

Effigies posteritatis memoriæ prodita, Illustrisimi Principis, D. Petri Myszkowski de Mirow, Episcopi Crac. præter generis Senatorij splendorem in omni ætatis suæ gradu Magni, in Functionibus Reip. præstantiss. eruditione & eloquentia summi viri, consiliorum Senatus trium Interregnorum D. Sigismundi II. Henrici I. Stephani, Regum moderatoris insignis. singularum virtutum, ad Principem virum & Senatorem spectantium, gloriæ immortalis traduxit vitam, pio & eleganti cultu, splendida & liberali parsimonia, felici rerum copia affluens: par summis in Repub. viris, in gerendis honoribus secum ipse certans, singularem laudem, insigniori aliqua semper laude cumulando, decessit LXXXVI. Anno sui natalis, & supremo die, à fratris filijs magnificentissimè elatus, in Ædibus SS. Trinitatis humatus est, grauissimus Senator, humanitate peramabilis, sacri Ordinis & Reipub. vniuersæ ornamentum singulare, primo Secretarius Maior, deinde Procancellarius Regni, à Sigismundo II. Rege, postea Episcopus Plocen. tandem à D. Stephano maximi Rege iudicij, Episc: Crac. creatus. D. Petrus Castell: Voinicen. Capit: Chęcinen. & Sigismundus Piotrkou: Capit. Miscouij, fratres Patruo optimè merito ponendum curârunt. Anno Domini, 1597.

Georgius S. R. E. Cardinalis Radziwil, Episcopus Cracouiensis, Sacri Romani Imperij Princeps, Dux Olycæ & Nieswiesz, vir peregrinationibus per Orbem Christianum Summorum Pontificum, Imperatorum, Regum, aliorumque Principum gratia Episcopatus Vilnen. Liuoniæque Administratione, & magnis Legationibus Illustrisimus. At innocentia vitæ, iu-

ſtitia, liberalitate in pauperes, beneficentia, zelo, & aſsiduis in Eccleſia Dei laboribus longè illuſtrior, hic Sacrificium Deo pro ſe, & pro populo, ſingulis diebus offerebat. Diœceſim ſuam, ipſe per ſe ſingulis annis viſitabat, multoſque ex Clero & populo, vel in Hæreſim, vel in alia vitia prolapſos, verbo & exemplo ad viam veritatis & iuſtitiæ reduxit: & cùm ad beneficen. eius Eccleſiæ Crac. veteres reditus non ſufficerent, terra ipſa theſauros illi nouos æris & argenti Kielcijs fundere viſa eſt. Ad annum tandem Iubileum M. DC. Romam profectus, in febrim incidit; vbi eum decumbentem Clemens VIII. Pont: Max: adijt, & non ſolùm Apoſtolica benedictione de hac vita decedentem confirmauit, ſed etiam funus eius in Eccleſiam Societatis Ieſu honoris cauſa per Curiam ſuam deduci mandauit. Obijt xxj. Ianuarij, M. DC. Ætatis ſuæ XLIV.

Auguſta duarum virtus Coniugum, anguſto hocce conditur tumulo, videlicet Nobilis Catharinæ Zuzannæque Silinſkich Coniugum, ex ſingularium Matronarum immatura morte correptarum, quibus Viator optimam precare quietem.

Spectet Poſteritas viuam probioris effigiem Bernardi Maciciowski,
S. R. E. Cardinalis, Epiſcopi primùm Crac. deinde Archiepiſcopi Gneſnen. vitam præclarè actam imitetur.
Hic, quidquid honoris atque dignitatis, quod in eum caderet,
domi foriſque fuit, ampliſsimis virtutibus conſequutus,
de ipſa quoque triumphauit inuidia.
Ciuis, Senator, Pontifex, inter paucos pius, magnanimus, liberalis,
fortunatus: in omni vita, ſi turbatam Patriæ tranquillitatem
nunquam, aut reſtitutam (quod ſolicitè curabat)
Ante obitum vidiſſet. Hoc vnum perpetuæ fælicitati defuit.
Moritur Crac. xix. Ianuarij. Anno D. M. DC. VIII. Ætatis ſuæ LX.

Petrus Tylicki, Epiſcopus Crac. Dux Seuerien. Stephano I. regnante Secret. Maior, mox Sigiſmundi III. Regis gratia Referendarius, Regni ſimul inde Vicecancell. à Culmen. Varmien. Vladiſlau. Eccleſijs, ad Crac. euectus, ob fidem & ſolertiam in Reipub. negotijs Principibus magnoperè charus, difertus, Iuris Patrij peritiſs. in iuſtitia adminiſtranda omninò incorruptus; acumine iudicij & doctrinæ laude præſtans, literarum ac literatorum, egenorumque Patronus ſingularis, Senator prudentiæ conſummatæ, Antiſtes integerrimus, qui forma factus gregis ex animo, virtutum Paſtoralium exemplis ad imitandum conſpicuus, in abundantia dierum ingreſſus eſt ſepulchrum, Anno ætatis 73. Poſt Chriſtum Natum, 1616.

Martini Szyſzkowski, Epiſcopi Crac. Ducis Seuerien. effigiem hic pictura adum-

ra adumbrauit; sed quid nisi vmbram assecuta? Eruditio, virtus, pietas, quibus honores, dignitates, cœlum meruit, maiora clarioráq; sunt, quam vt in vmbra spectari possint. Prima claritudinis auspicia, in Pontificatu Luceorien si dedit, incrementa in Plocensi fecit, culmen in Crac. attigit; Dignitates neque ociosæ, neque solæ fuêre. Nam Legationem ad Rudolphum Imperatorem, cum Regis, Patriæ, suaque dignitate obijt, ciuiles tumultus, seditiones, Confœderationes militares, auctoritate, gratia, liberalitate plurimum dissoluit, aut placauit. Bello Turcico Custos vrbis publicè designatus, numeroso instructoque præsidio eam firmauit. Sacrorum curam pietate & munificentiâ aggressus, morum integritati, & diuini cultus amplificationi, publica instituta legesque dedit. Quadraginta amplius Templa è manibus Religionis hostium aut corruptorum vindicauit. Plociæ Pontificum Sedi Palatium, Patribus Societatis Iesu ibidem domicilium, & Luceoriæ Collegium cum Gymnasio, Ordini Min: de Obseruantia ad Kielcias in monte Karczowka, æri fodinis quondam noto, templum in honorem S. Caroli Boromæi, & Cœnobium exstruxit. Christi passi memoriã Sodalitate hic instituta & dotata honorauit, Theologiaque studio de censu prouidit. Ilzæ, vbi Præpositum egerat, Templum è latere, Sacellum è secto lapide, Parentum ossa excepturum condidit, castro veteri & collapso operosa molitione & augustiore forma instaurato. In Religiosorum cœtus, & ægros ac egenos ad XIV. floren. millia quot annis erogauit. Ecclesiæ possessiones, fundosque hominum, aut iniuria violatos direptosué, recuperauit & stabiliuit. Sacro Confratrum Collegio, locupletiore annonâ prospectum voluit. Cùm hæc, & innumerabilia alia continuaret, perficeretque Pontifex, Pontificem respexit, cuius sicut membra olim miraculum reposuerat, ita nunc ossa nouo Mausolæo repositurus, ingens opere, sumptu, gloria, monumentum in Basilica vrbis huius erexit, ac denique perfectum ferè opus tanquam ipse diuo in cœlis oblaturus, terris excessit. Prid: Calend. Maij, Anno Domini, M.DC.XXX. Ætatis suæ LXXVI.

Andreæ à Lipe Lipski, Gente Grabie, Episc: Crac. effigiem quisquis in hac tabula oculis vsurpas, mentem potiùs ad ea quæ latent, flecte. Præstans hunc vigor animi, pietas solida, multa eruditio, iudicium serium, manuduxerunt ad amplissimas in hoc Regno functiones. Secretis Regijs primo admotus, & ex Vicecancellario Cancellarius Regni renunciatus, tribus Nobilis. Cathed. Eccl: Luceorien. Vladisl. Crac. summa cum laude præfuit, vir in proferendo cultu diuino acer, in Iure dicendo perspicax, consilio calamoq; promptus, vbique par sibi, contumax aduersum spes, aut metus, porrò in ipso exordio iniuti, Episcopatus Crac. fatorum inuidia mortalitatis admonitus, non tam obijt, quàm cupidus ad immortalitatem migrauit, Varsauiæ die 4. Septemb. A. 1631. Templa, libri, gesta, consummatæ virtutis ipsius & eruditionis testimonium, siue exemplum transmittent ad posteritatem, cuius censuram, quò remotior, eò gratior, Manibus nunc pium à te Lector suffragium implorat. Faue & apprecare.

Iacobus

Iacobus Zadzik, Episc: Crac. Dux Seueriæ,
è Domo Korabiorum illustri.
Cùm virtuti auitæ literarum peritiam adolescens,
Pietati erga Reges & Patriam merita vir,
Officijs in Aula Sigismundi III. consilia optimus Ciuis,
Ad omnium Votum coniunxisset.
Magni Secretarij primum, tum Cancellarij Regni, Episc. iam Culmen. & Pomesan. Honoribus illustrissimus, cum Suecis bis fœderum arbiter quiete publica, cum Moschis pace perpetua composita.
Dux, Senator, Episcopus,
Diem obijt vltimum xvij. Martij, Anni D. M. DC. XLII. suo LX.
Ereptum Pastorem Ecclesia,
Mecœnatem Academia Cracouiensis,
Patrem egenorum turba
Lachrymis prosequitur,
Hospes æmulare merita,
Mortuus viuit Patriæ, & tibi.

Andreas Zebrzydowski de Więczborg, Episcopus Crac. ingenio, prudentia, atque eloquentia clarus; deque Repub. & Ecclesia Christi optimè meritus, Patria rediens Cracouiam versus. In Oppido Wrzesnia febre sublatus, die Ascensionis Domini, quæ fuit 23. Mensis Maij, Anno Domini, Millesimo, Quingentesimo, Sexagesᵒ. Ætatis verò suæ Anno Sexagesimo tertio, & in sua Cathed. Ecclesia sepultus.

Excellentissimꝰ vir D. Doct: Iacobus Roszkowic, Patria Łouicen. artibus, moribus, populis externis visis & perspectis, in Poloniam reuersus: primis, mediocribus, inferioribus, medendi scientia clarus; præcipuè Illustrissimo Petro Tylicki, Episcopo Crac. cuius vltra vel citra XXX. annis valetudini operam dedit, placuit, profuit. Consul Crac. prudentia, religione, liberalitate, humanitate insignis, cunctis fuit amabilis. Anna Spectabilis Fladrowic filia, vxor tristis marito, sibi, posteritati, memoriæ posthumæ, immortali, apud Fratres S. Francisci, quos vnicè in vita semper coluit, dilexit, iuuit, hoc monumentum libens ac volens erexit. Vixit annis LI. Decessit M. DC. XXII. Die v. Mensis Februarij. Anima ipsius felix post fata requiescat.

Ioannes Mezynski Sartor, Ciuis Crac. vxori suæ Claræ charis. posuit.
Anno Domini, M. D. LXXII. Mense Augusti xxvj.

Generosus

Generosus ac Nobilis D. Stanislaus Radomvski de Radomvsl, vir ob singularem in Deum pietatem, amorem in Patriam, eximiam in suos obseruantiam, omnibus charus, hoc monumentum sibi, posteritatiqúe suæ statuere curauit; Tu qui legis, Defunctorum animas iuua pijs precibus. Anno Domini, 1615.

D. O. M.

Et memoriæ posthumæ Ioannis Baptistæ Gemmæ, Venetijs ex Nobili Familia orti, Medicinæ Doctoris. Excellenti prorsus loco inter præcipuos sui sæculi Physicos habiti, quo ob singularem in hoc genere tum cognitionem, tum experientiam, duo Summi Principes, Carolus Archidux Austriæ, & Sigismundus III. Poloniæ Sueciæq; Rex, ille annis VIII. hic XV. Archiatro vsi fuerunt; Anno ætatis suæ LXIII. qui fuit à Partu Virginis, M. DC. VIII. Die XXIV. Iulij. Non sine lachrymis plurimorum bonorum, quos officijs humanitatis amicissimos sibi reddiderat.

Mortui desideratissimi Coniugis, mœstissima vxor Aurora Gemma, Nata Claria Nobilis Foroiulienſis poni curauit eidem eadem.

Qui mihi viuendo vitam dilecte Marite
Præbeas, morte, heu! tu mihi surriperis:
Jam vitæ soluunt Parcæ mihi stamina, quæ me
Mors post hac rapiet, vita futura mihi est.

MEMORIÆ.

Generosi & Magnifici D. Ioannis Mogilnicki de Mogilnica, &c. famosa & antiqua Gente Korczakorum, cuius pictor imaginem hic imitatus, generositatem & altitudinem animi assequi non potuit, verùm ipse in augusta rectè factorum fama, pietate, morumque integritate sat benè expressit: militiam à primis annis strenuè colens, bellicis Expeditionibus Patriæ sæpiùs interfuit, in Hungaria verò famam armis Genti suæ propagans, Rudolphi II. Rom: Imp. Duce Georgio Basti, nec non Principum Transiluaniæ & Moldauiæ militiæ Polonæ Præfectus, & Ductor fæliciter extitit. Post tandem in Patria æui maturior factus, omnibus carus, mortalitatem proh dolor exuit, atque hoc in loco à mœstissima Coniuge, & filio Ioanne, gemebundis, tumulatus quiescit. Moritur die XX. Augusti, Ætatis suæ LVIII. Anno Domini, 1631.

Nobilis Nicolaus Skulski de Skul, hic requiescit; sed præclara eius facta sub Stephano Rege in Moschouia, Sigismundo III. in Polonia, hoc tumulata non iacent sepulchro; viuunt communi hominum

num memoria, perenni gloriæ victuræ. Lector, sortem magis cogita, & pro mortuo Deum precare. Obijt Anno Domini, 1620. Mense 18. Maij, Ætatis suæ 63.

Generosus D. Andreas Lipski de Lipie, qui in sua florida ætate exteras nationes, cum illo viro incomparabilis pietatis, Illustrissimo ac Reuerendissimo Domino, D. Georgio Radziwilo, S. R. E. Cardinali amplis. Crac: q; &c. Episc. peragrauit, reuersus tandem, militiæ suæ nomen dedit. Postea Consorte sumpta, è domo Generosi Domini, D. Andreæ Radoszowski Boxa de Siemikowice, de Armis Okszа, Vexilliferi Terræ Vielunen. charissima, rem domesticam dum curat, globo sclopeti innocuus dolosè traijcitur, simulque moritur, 7. Decemb. A. 1624. Vixit 42. annis. Hic mortuus, Iudicem cuncta iudicaturum expectans, sepultus. Quisquis es Viator, quietem apprecare.

Generoso Domino Andreæ Gonowski, Notario primario Thesauri Curiæ S. R. M. viro pio, deuoto, integro, de Regibus optimè merito, multis amicissimo & charo, nemini vnquam molesto, in pauperes liberalissimo. Qui obijt Anno Dñi, 1610. Ætatis verò suæ 56. Die 15. Martij, Hora 16.

Antiqua Nobilitate Clarissimo D. Lindormio Bonde de Gellerfyd, ex Regno Sueciæ oriundo, Sigismundi III. Augustiss. Polon. Suecorum, Gottorum, Vandalorumque Regis, Secretario & Cubiculario intimo; viro pietate, fide, literarum scientia, morumq; facilitate, Regi charo, omnibusque grato, æuiternum memoriæ Sacrum, Amici mœstissimi posuére. Obijt XI. Calend: April. Anno Salutis, M. DC. VIII. Ætatis suæ XLV.

Magnificæ Agnetis Wielicka, veteris Nobilitatis Matronæ, Magnificus Hyacinthus Mlodzieiowski de Mlodzieiowice, Regiæ Curiæ Quæstor, Krzeco: Piasecen. Capit. memoriæ suauissimæ Coniugis.

Vis scire, quid intempestiua mors abstulit?
Si quæritur probitas: virtutem cogita,
Si Religio: sanctimoniam,
Si Thori fides: rarum fœminis exemplum,
Si Mariti amor: verè Coniugem,

Tot

Tot præclaris virtutibus,
Optimam mœrenti Marito Coniugem,
Suauiſſimis liberis dulcem Parentem
Intempeſtiua mors abſtulit.
Natam annos 27. Anni mundo Salutaris, 1509.
Menſe Ianuario, die 29.

AD LAVDEM D. O. M.

Ad piam quoque memoriam Honeſtæ Sophiæ Pieſzkowicowa, quæ cùm in Matrimonio annos quinque, & hebdomadas duas vixiſſet, in puerperio obdormiuit in Domino. Anno Salutis humanæ, 1622. Auguſti die 21.

Quietam pacem precando.

Maritus mœſtus Ioannes Pieſzkowic, Ciuis Cracouienſis, hoc Epitaphium marmoreo lapide extructum amoris ergò poſuit. Anno à Chriſto Nato, 1625. Menſis April. die trigeſima.

Magnificus Nicolaus Lutomirſki, Caſtellanus Czechouien. Nicolao filio ſuo poſuit, die vltima Martij. Anno 1552. Vixit An: VIII. Menſes VIII.

Sepulchrum Maioribus ſuis neglectum, & vetuſtate collapſum, Staniſlaus Borek, Cantor Eccleſiæ Gneſnen. & Canon: Cracouien. opere & cultu ſplendidiore inſtaurauit. Anno à Chriſto Nato, 1541. Deó Opt: Max.

Equiti Iuueni, præſtanti ingenio, & ſummis virtutibus prædito. Qui non ſolùm Amicis. ſed inprimis Illuſtri atq; Magnifico viro, D. Andreæ Zborouio, Regiæ Aulæ Præfecto, Hero ſuo vixit chariſſimus, immatura & repentina morte conſumpto, Amici hoc beneuolentiæ & pietatis ergò monumentum PP. Obijt die viij. April. Anno D. M. D. LXXXII.

Staniſlao Wielopolſki de Gdow, Aulico Regio, viro Nobili, & præſtanti virtute prædito, domi ac militiæ ſumma cum laude verſato, ſeptimum ſupra trigeſimũ ætatis ſuæ annum agenti. M.D.LV. Pridie Nonas Nouemb. miſerabiliter extincto. Sophia Magnifici olim Achacij Iordan de Zakliczyn, Caſtellani Biecenſis, & Capitanei

pitanei Sandecenſis filia, marito chariſſimo, monumentum hoc poſuit.

Generoſo Nicolao Bialobrzeski à Bialobrzegi Iuueni,
Vita optimo, moribus ſuauiſſimo,
Gentilibus deſideratiſsimo ſuis.
Qui quum ab Aula Sereniſs. Annæ Sueciæ Reginæ voluntatem ipſius ſequutus,
Ad Sereniſsimum Vladiſlaum Poloniæ Principem commigraſſet,
Atque ſub ipſo in Moſchouia primum,
Deinde in Valachia contra immaniſſimum
Sultan Oſmanum Turcarum Imperatorem
Meruiſſet.
Proch dolor, pro Patria toties dum mori quæreret,
Seruatus.
In Patria celeri abripitur fato.
Qui legis, immortalem mortuo apprecare vitam, fataque cùm minimè timeas, timere diſce. Crac. 14. Martij, acutiſsima extinctus febre. Anno 1624. cùm annum ætatis 25. ſex non compleſſet diebus.

SEBASTIANVS PETRICIVS Illuſtriſs. Cardinalis Bernardi Macieiouij,
à conſilijs Medicis, & itinerum Comes,
Profeſſor in Lycæo,
Philoſophus in vita,
Medicus in moribus arcendis,
Regno, Vrbi, omnibus,
Scripto, exemplo, præcepto prodeſſe ſtudui,
Ariſtotelem, Horatium, noſtratem linguam docui,
Tyberim, Rhenum, Rhodanum adij,
Boriſthenem, & hoſtilem Moſcuam ſenex inuitus bibi:
Rarus in otio, frequens in labore fui.
Nec ſcio an profui, hoc verè dixerim, Fui,
Vidiſti me Hoſpes, perſpice rurſum te,
Viuis, ſi labore & virtute communi bono viuis,
Viuis, ſi vitam inuitam, mundum immundum reputas.
Si hoc vt minimum inquineris curas.
Mortuus A. D. 1616.

IESV Chriſto Seruatori, & Memoriæ.

Chriſtophori Iugowicz Myſlimitani, quem adhuc iuuenem ſenilis morum commendabat grauitatis integritati coniuncta, Benedictus Iugowicz & Eua

& Eua Parentes mœstissimi, Nato in vita obsequentissimo, post mortem desideratissimo, non sine luctu & squalore, amoris in eum sui, monumentum hoc statuerunt. Age, quisquis es, te simul rogant, bone Viator, siste parumper, & quia filium virtute, ac ætate florentem, ab immani Parca extinctum vides, pijs Parentum lachrymis iunge tuas, æternamque Defuncto, Christianus cùm sis, precare salutem. Vixit Annos xxij. Menses IV. Obijt Anno partæ Salutis. M. DC. V. Die xvj Ianuarij. Vixit, vt moriturus, mortuus, vt semper victurus.

Rosa Inclyta.

Martinus à Wybranow Wybranowski,
Capitaneus Zarnouicen.

QVI

In antiquiss. semper opt: merita, ac diuorum
Genitrice Poraiorum Familia

Natus.

Literis, armis, virtutibus, ac meritis semper & vbique floreſcens.
Anno D. 1638. 16. Iulij. Ætatis 49.

Translatus.

Hic cum laude Dembianis Consortij cura
Sigism. à Wybranow Dapiferi Ter: Varsauien.
Et aliorum Consanguineorum
Immortali oblatus est.
Ver æternum apprecare Viator.

Petrus de Sycyna Kochanowski, Secretarius Regius,

HIC

Mortales exuuias deponens,
Illam sine morte vitam sperat,

Apprecare
Quisquis eodem aspiras.

Moritur die 2. Mensis Augusti,
Anno Salutis, 1620. Ætatis suæ 54.

Viator, quisquis hoc Mag· ac Generosi
Domini PETRI BRZECHFFA de Wrzaca,
Solertissimi Succamerarij Vendensis.

Maioribus de Eccleſia, Repub. ac Amicis bene meritis nobiliſsime nati.
In fide Orthodoxa, ac literis cum domi, tum apud exteras nationes
Chriſtianiſsime educati.
Multis functionibus pro Sereniſs. Vladiſlai IV. Pol. ac Sueciæ Regis,
ac Reipub. commodo Glorioſiſsime condecorati.
Litium, Diſcordiarum, Inimicitiarum,
Fæliciſſimi compoſitoris.
Annum Quinquageſimum agentis,
Omnibus chari, nemini moleſti.
Eodem Menſe, quo natus, in Domino placidè obdormientis,
Luctuoſæ aſpicis vexillum mortis,
Sed perenne victurus,
Cultu diuino filios adſciuit ſua pignora chara.
Alterum humili Franciſco
Glorioſo Dominico alterum.
T V
Sortis humanæ memor quam tibi velles, mortuo precare quietem.
Anno à Partu Virgineo, ſuprà Milleſimum, Sexcenteſimo, Quadrageſimo Primo,
Pridie Nonas Martij mortalitatis
Huius exuuias depoſuit.

Compatere Hoſpes,
Tertium hic Heroem Gentis vnius cernis,
Haud longo alios interuallo ſecutum
Illuſtriſs. Dominum Marianum â Przyłęk Przyłęcki,
Oſwięcimeń. Caſtellanum.
Qui vetuſto ſuo & ſuorum Sanguini reſponderit.
Ætate primâ Sreniauium amnem
Non in Gangem duntaxat beatumque Tagum,
Sed in Tyberim, Rhodanum, & bellatorem Moſam intulit.
Indeque & ora gentium plurimarum,
Et decora maximarum virtutum in Patriam deduxit.
Vixit primo in Aulis Summorum Regum,
Sigiſmundi III. & Vladiſlai IV.
Deniq; honorum illecebris ſpretis, omni ambitione ſolutus, felix & beatus vixit.
Satis naturæ Septuagenario annis quinque maior deceſsit,
Satis gloriæ pietatem ſuam, integritatem, conſtantiam, fidem,
Poſteritas æterna loquetur.
Satis Patriæ, quàm iudicio incorrupto Ducatuum,
Zatorien: Oſwięcimenq. & Regni Tribunalis Iudex ſententia
Matura

Matura & graui Senator iuuit.
Non ſatis Gentilibus, quos amore & pietate;
Nec ſatis Amicis; quos fide atque officio ſemper coluit.
Qui legis, ſuſpirio Defunctum miſerationis
Propinquos proſequere.
Obijt Anno Chriſti, M. DC. XLIII. Maij die iij.

Hoſpes,
Si lubet accipe.

Andr. à Rytwiany Zborowski, Caſtell: Oſwięcimen. ex inclyta & peruetuſta Rytwianiorum olim, nunc Zborouiorum dicta Stirpe, in ornamentum Patriæ Familiæque caſibus, cum varijs huc illuc ab ipſa iuuentute iactatus, cum Repub. ſatis dura Martis & fortunæ tela inuicto, non minùs animo, quàm corpore tuliſſet, cum Patriaque viuere, & pro eadem mori, vita ipſa iucundiùs reputans; malignitatem premi non opprimi poſſe, viuo ſui teſtatus eſt exemplo. Ita Maiorum ſuorum auitis, quantum per temporum iniuriam licuit, inſiſtens veſtigijs, priſtinum Familiæ ſuæ, vel ipſa inuidia teſte, ſartumque tectumque retinuit ſplendorem. Tandem Caſtellanatum Oſwięcimen. in hac denſiſsima rerum publicæ rei caligine, non honoris ergò, quid enim tantillum ad merita præmij? quàm ne deeſſe Patriæ Domuique ſuæ videretur perfunctus. O virum æuo longiore dignum! fatis ceſsit & exceſsit. Anno vitæ ſuæ 47.

Mundi à Deo in Carne viſo, 1630.

Valete, ô Poſteri, & vtinam vobis meliora ſuperſint.

Felici Stephano Skibicio de Magno Lincz, modeſto, pio, miti, induſtrio, Patrij Iuris perito, claro, diſciplinæ Eccleſiæ tenaci, Roſarij B. M. V. ac Confraternitatis Cordigerorum S. Franciſci, & Compaſsionis B. M. V. Confratri, humanitate & liberalitate ſingulari prædito, cæteriſque animi & ingenij virtutibus ornato, & huius Monaſterij Benefactori: qui multas & arduas cauſas ſuo labore & ſtudio expediuit, & omnem ſubſtantiam ſuam eidem poſt mortem ſuam relinquere voluit, Fratres & pij Amici Executores poſuêre. Obijt Anno Domini, M. D. XCVI. Die x. Menſis Ianuarij, Ætatis ſuæ Anno XLVI. Suſpira quiſquis pius es, vt anima eius requieſcat.

Mortuos ne tangito.

Generoſo Ioanni Mlodzieiowski infanti, Magnifici ac Generoſi Nicolai de Mlodzieiowice Mlodzieiowski filio. Hic quinque annos non adimpleuit,

pleuit, & viuere desijt, priusque & meliùs mori, quàm viuere didicit; Te, quisquis miraris, iuuenem citò mori monet. Inuisas Parcas æquè maturis atque tenerioribus non parcere. Mœstus Parens hoc filio suo æternæ memoriæ affigi curauit. Obijt Anno 1648. Die 8. Septemb.

Hic iacet Stanislaus Sculteus Pyeca, Anno 1522.

Magdalenæ Wrzesienska, fœminæ lectissimæ, Sorori charissimæ, Petrus Tomicius Episc: Crac mœrens posuit. Anno M.D.XXXIV. Die xiv. Mensis Nouembris.

Precare Lector, vt sit in sinu Dei.

Si Amicus es, dole.
Si inimicus, specta.
Si neutrum, mirare
Rerum humanarum casum, & occasum.
Magnificus Dominus Ioannes Stephanus in Wieruszyce Wieruski quiescit. Gente nobilissima, Cognatione plurima, æternitate infinita, fama optima, animo inuicto, ingenio præstantissimo.
Hic talis & tantus,
Libertatis studiosissimus, bellicis artibus
A prima iuuenta operam dedit.
Eheu! quantus in armis.
O Patria, ô Amici, dolete Bellatorem hunc: virum perdidistis, ille vobis ornamento & emolumento proculdubiò fuisset.
Sed
Fatis nec ferreus, nec igneus potest resistere murus.
Quisquis es, aspice
Res hominum, quàm breuis Vrna premit.
Tu ei Domine dona requiem
Sempiternam.
Obijt die 2. Martij. Anno Domini, 1633.

DEO TER OPT: MAX.
Æternis ac pijs Manibus, necnon memoriæ Sacrum Illustris. ac Magnif. Domini, D. Stanislai à Wieruszyce Wieruski.

Hac

HAc Vrna memorandus Stanislaus ille Wieruſki,
Conditur in propria Stirps generoſa domo.
Forte tibi dubiam reddidit ſententia mentem,
Num Illuſtri Patria, & fortis in hoſte fuit.
Haud dubita: nunc etenim virtutum clara trophæâ
Sarmatico celebrem progenuere ſolo.
Bellipotens quando Mauors ceſſaret ab armis,
Conſilio Patriæ profuit ille ſuæ.
Quantus erat Ductor. Quantus ſpectatus in armis,
Expertus Ruſſus, Moldauus, atque Liuo.
Sin genus & Proauos ſpectas, ſin denique famam,
Victrum meruit Regis habere latus.
Cumq; foret fauſtæ luſtra ad ter dena ſuperſtes,
Huic vitam propere Parca ſeuera ſcidit.
Attonitus cauſam rogitas: quia conditionem
Nemo fatalem tranſilijſſe poteſt.

Mortuus à Partu Virgineo, Anno 1624. Die 18. Maij, Hora 1.
Vixit annos Ætatis ſuæ 73. Menſes 4. Dies 7.

HOSPES.

Leuem humanæ ſortis ludum ſpeſq́ue falſas

Hinc addiſce.

Generoſus D. Ioannes Bialobrzeski de Bialobrzegi, exterarum regionum notitiâ, fide publicâ, prudentia rerum agendarum, fœlicitate maior, quàm annis, Sereniſsimo Principi Vladiſlao bello Moſchouitico comes laborum, & Supremus exercituum Theſaurarius, Sereniſsimi Sigiſmundi III. Adminiſtrator publicorum Regni redituum, ſupra omnia exempla commendatus

Fuit.

Humanum eſt fuiſſe cum meritis ſuis,
Frui defuiſſet fato immaturo, dolendâ
Familiæ ſuæ orbitate exceſſit.
Heu quàm vita noſtra vmbra, ſomnium nihil.
At non totum hic breuis cæpit tumulus,
Viuet fama perpetuò manſura
In pectore Amicorum,
In ſenſu hominum,
In memoria Propinquorum.
Mortuus Ætatis ſuæ 42. Die 9. Nouemb. Anno 1627.

Illuſtriſ-

Illuſtriſsimo D. Zdenkoni Schampach, Sacri Romani Imperij, in Hodowin & Milotyce Comiti, S. C. Maieſtatis Conſiliario bellico, Cubiculario, & conſtituto Supremo.

QVI

A Leſcone vſque ſuam originem deducens, poſt nauata à ſe ardua Maximiliano Auſtriæ Archiduci operæ precia,

Maximis Imperatoribus

Rudolpho Secundo,

Contra Turcam ingenti neruo, ſimulque armatis legionibus, ipſe Ductor armatus magno ſubſidio fuit.

Matthiæ dein' ita approbatus,

Vt res maximi momenti eius animoſis conſilijs,

Et Mauortia dexteritate perficeret.

Ferdinando verò Secundo

Contra rebellionem, & animum, & victoriam, permagnis pecunijs, copijſque militaribus auxit: eiuſque Exercitum, vt aliàs, ita circa Hodonin, à Turcis aſtu Gaborei circumſeſſum, magnificè aluit; ac poſt Pragenſem victoriam, ſibi concredita Hungariæ confinia defenſans, Auſtriæ propè Seruator extitit.

Porrò inter iſta glorioſa geſta,

Memor ſuæ originis,

Dulciſſimæ libertatis Polonæ ſitiens,

In Regni Comitijs

Deſiderato indigenatu, in Patriam antiquam receptus.

In Pruſſiam cum Sigiſm. III. inſignem equitatum,

Deinceps cum alio filium miſit.

Demum quod in Votis ſupremis habuit.

In eadem Patria Chriſtianiſſimè excedens, hic tumulatur.

Deſijt viuere, vitæ ſatur, Octogenario proximus.

Anno Domini, 1639.

Illuſtris genere, Magnificus animo,

Generoſus corporis dotibus,

Bello paceque inſignis,

Cùm virtutum multarum,

Tum ſingularis prudentiæ

Ornamentis clarus.

Staniſlaus Comes à Ruſca Branicki,

Gladifer Regni, Lelou. Capit.

Qui

Qui

Cùm probus esse, potiùs quàm videri mallet.
Pietatem non solùm ipse pleniſſimam exhibebat.
Sed etiam
Ex pectoribus aliorum abeuntem reuocabat.
Et dum pro Rege, Legibus, Patria,
Magna & fortia molitur.
Eheu!
Citâ morte ad immortales citatus.
Hac in Vrna, ſupremam Iudicis vocem expectat.
Vixit annis XLVI. Moritur xxix. Auguſti. Anno Salutis, M. DC. XX.

Heus Viator,
Contine greſſum.
Et volucrem rerum humanarum orbitam, accuratiùs perpende.
MAGNVS
Magnorum meritorum
Et ſingularis prudentiæ vir,
Generoſus & Magnificus D. Alexander de Przyłęk
PRZYŁĘCKI,
Antiquiſsima in Orbe Sarmatico Gente Sreniauiorum oriundus.
Poſtquam
In adultiore ætate
A negotioſa tumultuantis Martis Palæſtra, ex finibus Valachis intra Patriæ terminos ſeſe recepiſſet, atque grauioribus Reipub. conſilijs mancipatus ſaluberrima in rem boni publici, cogitata acriter prouidiſſet.
Ab amicorum complexu
Quos liberali humanitate plurimos comparauerat.
Suprema fati neceſſitate
Ex hac ſtatione ad alteram longè beatiorem vitam
Non ſine multorum lachrymis migrare compulſus.
Hic
Cùm Quadrageſimum ſecundum ætatis annum attigiſſet,
Mortalitatis ſuæ exuuias depoſuit.
Anno Sexcenteſimo, Quadrageſimo quinto ſuprà Milleſimum,
Menſis Aprilis, Die xviij.

Tu qui legis hæc,
Viciſſitudini humanæ condole,
Atque ſepulto
Æternam apprecare fœlicitatem.

QVI LEGIS,
Sreniauiæ Gentis vicem acerbam dole.
Quæ poſt elatum funere, piè, luctuoſo Patrem
Adhuc madentibus genis
Effert filium, ſpem Patriæ, Gentilium decus,
Illuſtriſsimum D. Hermolaum Alexandrum à Przyłęk Przyłęcki.
Qui cùm teneram, virtute & literis, in Germania Galliaque militia, & armis in Vngaria & Belgico coluiſſet ætatem, Patriæ profuturus, primùm in Valachia contra immanem barbarum Oſmanum Imperatorem Turcarum, dein ad Boriſthenem, Rebelles Patriæ puniturus ſeruos, tum in Podolia, rapinas Tartari cædeſque vlturus: demùm in Boruſsia violatæ fidei, & perfidiosè receptorum, de Sueco vindex, continuatis ſtipendijs, ſemper Ordinum Ductor meruit.
O arcanam legem!
Quum ampliora pro Patria cogitat,
In clementiâ morbi, ſumma & diuturnâ ſpem conſilij fallit.
HOSPES
Salutem precare mortuo.
Qui ſuam toties ſaluti Patriæ conſecrârat.
Obijt 20. die Auguſti, Anno M. DC. XXXVIII. Ætatis XXXVII.

Generoſo Stephano Pukarzowski de Armis Sreniawa.
Quem ad præclara ſuprà ætatis curſum vitæ innocentia, morum comitate, modeſtia ſingulari, & iudicio, quale in hac ætate rarò conſpicitur, cæteræ iuuentuti prælucentem.
Dum Academia Crac. intuetur, magnaque ſpe alitur, illum aliquando ſibi decus, Reipub. ſubſidium, Amicis conſolationem allaturum, mors lenta ſed matura in ipſo iuuentutis flore anno nimirum ætatis XVIII. abripuit.
Fratres germani
Vt viuum vnicè amabant,
Ita mortuo monumentum hoc excitari curârunt.
Anno D. M. DC. XXVIII. Die 9. Feb.

Mirare

Mirare Hoſpes incertas hominum variaſque vices.
Illuſtriſsimus D. Staniſlaus à Gaiewo Gaiewski, Aulicus S.R.M. clara & peruetuſta Sulimarum Gente Sreniauiorumque editus.
Poſt ſoluta Conſobr. opinione meritiſsimo fratri funebria iuſta, illatos Auunculos, Sandecen. & Oſwięcimen. Caſtellanos: eundem ipſe tumulum, lachrymis adhuc calentibus madentē ſubit, acſi præſtitas reposceret vices, irentque in Orbem deſtinati ictus.
Ad magna is & matura factus, & Patris inſtitutione formatus quum eſſet, nunquam ingenio, quo acerrimo fuit, & ſolertia qua præſtitit, deſidem dumtaxat decant:
Vixit in Aulis Sereniſs. Regum,
Sigiſmundi III. Vladiſlai IV. annis ampliùs 20.
Ea moderatione pietatis, qua vices officiorum Aulæ emerendis ſtipendijs æternaret. Meruit contra infeſtas Moſchorum Aquilas, nullas belli deuitando vices. Sæpè cum Gelidis Trionibus colluctatus, ne aliqua Sulimea paternæ deeſſent, ſua ex vngulis alienæ auis vindicanti. Meruit in Boruſſia contra Guſtauum Adolphum Sudermaniæ Ducem, vbi & alimoniæ publicæ Præfect. Decreto Regni, & Militem authoratum propria pietate egit, quo & dexteritas Ciuium reficeret, vires: & intenta hoſtium telis lapidibuſque gentilitijs retorqueret. In bonis, quæ publici ſunt, Regijque iuris ex munere ſibi collato, peragendis, luſtrandis, cenſendis, talē ſe omni tempore exhibuit; vt nec fidei induſtria vnquam, nec induſtriæ deeſſet fides. Acerbè nimiumque inuerſæ vices, quæ bellorum periculis quæſitæ domi nec ſperantem oppreſſerunt? lapideſque natalitios, virtute, pietate, integritate clariſsimos, tribus nec vnquam placabilibus ſaxis obruerunt.
Die xij. Septemb. A. Chriſti, M. DC. XLIII. Ætatis XLIX.
Compatere qui legis,
Et tantæ virtuti ſalutem precare.
Illuſtris Anna de Gorki, Witowice, Coniunx mœſtiſsima,
& amantiſsimi Fratres PP.

D. O. M.
Et Virtuti ac Memoriæ,
Generoſi D. Alexandri Rychlowski, ex Nobili & vetuſta Maſſouiorum Proſapia, de Armis Samſon, Capitanei Slaucouien.
Viri antiqui moris.
Qui
Vera fide, pietate, religione, Diuos ſemper coluit.
In negotijs forenſibus & amicitijs
Integritate prudentia, comitate, candore, officijs.
Obligauit ſibi publicè omnes.

Priuatim singulos.
Omnibus æquus, iniurius nemini.
Manu & consilio bonus,
Robore & animo inuictus,
Victus sed fato.

Nam heu in medio virtutis laudumque suarum cursu, pertinaci febre corpus suum crudelissimè per duos continuos Menses adurente, omnibus Christianæ religionis perfunctus officijs, cum magna integritatis pietatisque solidæ existimatione.
Viam vniuersæ carnis ingressus est. Crac. die xix. Septemb.
M. DC. XXVIII.
Stanislaus Rychlowski, Sophia Ocianka, germano, marito desideratiss. liberis suis collachrymantibus mœsti pos.

Generosus Ioannes à Grotowice Grotowski, Lentarius Rudniceń. Generosi Venceslai Grotowski, in vtraque Zarczyce & Wygnanow Terræ Sandomirień. & Districtus Chęcinień. hæredis filius, annorum ætatis suæ 43. Menses sex agens, morbo diuturno vltima Decemb. vitam cum morte commutauit. Militiæ in Moldauia, Valachia, Filandia, inteſtinisque bellis summo cum decore suo præfuit. Hæc consider. Fratres eius Generosi, Adamus & Venceslaus mœstissimi, charissimo posuêre.

Heus Viator,
Si Hospes es, disce bene mori,
Si Ciuis, futurum caueto diem,
Si Nobilis, requiem expecta laborum.
Nam vita malis plena est, post mortem vera voluptas.
Hic iacet Nicolaus Płaza de Mstyczow,
Præfectus Culinæ Regni,
Capitaneus Brzezniceń. Aulicus interior S. R. M.
Vir & Heros Nobilissimus
In Deum pietate,
In Patriam amore,
In Regem fide,
Nemini secundus.
In aduersis rebus infractum,
Et in prosperis cautum animum tenens.

Consi

Consilio potens,
Iudicio grauis,
Exemplo Magnus.
CVIVS.

Amici candorem, inimici clementiam, Hospites frugalitatem, Ciues humanitatem, tenues liberalitatem, locupletes humilitatem, omnes simul fortunam & virtutem admirati sunt.

Gratia quid Regum, quid vani gloria mundi,
Sola mihi virtus post pia fata comes:
Viue bene, finemq; tuum perpende Viator,
Nec vanis mundi detineare bonis.

Ecce ego qui fui non sum.

Tu communis sortis memor, perpetuam precare quietem. Hoc Fratres mœstissimi multis lachrymis conspersum, Fratri suo charissimo affigi curauerunt, qui mortuus est die 3. Septemb. A. D. 1616.

Quisquis es Viator, esto Spectator.
Magnif: D. Georgius Pieniązek de Kruslowa, vetusta ac Nobili Odrowonsanorum Familia natus, hic quiescit.
Qui dum viueret,
Omni genere virtutum florentissimus, Deo Opt: Max. charissimus, Cognatis ac Amicis iucundissimus. Regni ac Patriæ affectuosissimus, erga pauperes munificentissimus, omnibusque acceptissimus extitit.
Hic genio ingenioque applaudentibus, puer externis in regionibus studia Musarum prosecutus est; adolescens stipendijs militaribus operam dedit: vir Reip. commoda curauit.

Tandem

Varios fortunæ insultus expertus, annum agens 56. Anno D. 1634. Die 14. Augusti truculento mortis morsu de medio viuorum sublatus est.
Lector rerum humanarum casum deplora,
Et pro anima Defuncti Deum ora.

Orbis Sarmatici
Fœcunda tellus Principum
Mors atrox
De Corona tua inclyta,

Rosam

Rosam candidissimam
Cæco & inuido impetu
Eheu sustulit ?
Et Sertum
Nobilissimæ & antiquissimæ
WYBRANOVIORVM
Incomparabili damno Familiæ
Immaniter discerpsit.
En decus, en iubar, & en ecce vir,
Ad præsidium Patriæ & Amicorum
Generosus D. Martinus Wybranowski de Wybranow,
Capitaneus Zarnoueceń.
Burgrabius Cracouiensis,
Secretarius Regius,
Fato præcipiti,
Cùm maximè florere debuit,
Et prodesse bono publico studuit,
Veluti flos falce succisus
CECIDIT.
Non cecidit.
Gratissimus semper Deo & Cœlicolis,
Magnarum virtutum prouentu,
Inter cœlestes Rosas perpetuò vernat:
Et terras
Candoribus suis æternùm serenat,
Et recreat.
Mortalitatis exuuias deposuit, ætatis suæ XLIX. Die xvj. Iulij.
Anno Salutis, M. DC. XXXVIII.

VEXILLVM QVOD CERNIS.
Generosum Hieronymum de Gorki, Witowice, Gorlecki.
Animo, virtute, factis sibi erexit.
Qui vt auitæ, cornua, Lunæ,
Suo ac proprio lumine compleret.
Lucemque mortalem in æternum lumen, Cruce ac meritis inferret.
Primùm pro Patria contra immanem Barbarum Abazi Bassam,
Deinde pro fide, summoque Christianorum Rege contra rebelles Hæreses,

Lunæ

Lunæ Gentilitiæ vultus, hoſtili ſanguine tinxit.
Prô dolor!
Quum armorum radijs inimicas peruulgaſſet oras, domiſque nouos pro Patria colligeret ignes, ſurgens hæc & candida Luna. perfida extinguitur manu. Die 2. Menſis Martij, Anno Chriſti, 1639.
Ætatis ſuæ 26.

MEMORIÆ.
Generoſi Dñi Petri Smolik de Armis Kotwic.
Hæredis in Wolfanowice,
Virorum vltimi.
QVI
Cùm ſe Patriæ Expeditionibus Germanicis, Liuonicis, Valachicis, Scythicis, Moſchouiticis, Othomanicis militem egregium.
REGIBVS,
Stephano, Sigiſmundo III. Vladiſlao IV. Aulicum valdè amabilem.
Ioanni Zamoſcio
Domi foriſque domeſticum, ac fidum, familiarem approbaſſet.
Vir moribus grauis, iudicio maturus,
Celibatus cultor, laudatorque perpetuus,
In nemine periurus.
Ita in omni vita iucundum honeſto miſcuit.
Vt quidquid diceret,
Æquè prudens ac argutum eſſet.
Denique de morte ante mortem præfatus,
Ne vetulus ab annoſiore vetula deciperetur.
Sacramentis Eccleſiæ munitus propè Octogenarius, ad meliorem vitam tranſijt.
Die Nouemb. 7. 1637.
Seuerinus Bonar de Balice,
Suæ vxoris Auunculo,
Vnà cum germana Defuncti ſorore,
Symbolum gratitudinis fieri curauerunt.

VIXI, ET VIDI,
Nihil æternum, nihil diuturnum,
Præter gloriam.
QVAM

Cùm

Cùm quærerem honeſtiſs. nobiliſſimè,
Per Orbem ferè vniuerſum.

In Scythia, Hungaria, Tuſcia, Valachia, Liuonia, Moſchouia, ad Agriam, Volmariam, Smolenſcum, Moſcuam, pugnando, oppugnando, expugnando, & milites, & Præfectos militum, murumq; obeũdo, ſemel etiam in captiuitate Turcarum permanens. En deceſsi Cra. ccùm creſcere cæpiſſem, die 28. Iunij, Anno Domini, 1614. Vixi annos 29. Ioannes Grodecki, Sebaſtiani filius, Nobilitate antiqua, gloria, & veteri, & recenti.

Generoſi D. Sebaſtiani Grodecki de Iaſow, cui puero rerum magnarum capax ingenium doctrina excolendum Muſis addiderat, vt prouectior, pietatis in Patriam, ſtudij in Rempub. maiora præberet argumenta; quidquid mortalis mortale habuit, hic depoſitum eſt. Virtus enim eius bonis omnibus placabilis, ſolis Reipub. nociuis infeſta, præcipuè animi illud robur, quod hoſtis Turca timuit, Moſchus non tulit perfidus, Patria probauit inclyta, ad omnes fortunæ inſultus obſtinatum, nil huius octiduanæ febriculæ ſæuitiei perpeſſum, quæ corpus domuerat, æternùm viuet poſteritati monumentum; fata vel inuiderunt virum Reipub. vel præripuerunt, ne quid detrimenti Remp. pati cerneret, quod ille & timuit ſemper, & cauit. Vixit annos 38. Moritur anno 1626. Die 13. Martij.

Nobili Conſtantiæ olim Excellentiſſimi Dñi. Andreæ Opoczno, Medicinæ Doctoris, Conſulis Crac: filiæ, Coniugi verò ſuæ chariſsimæ Andreas Kołakowſki, famulus S. R. M. mæſtus poſuit. Anno Domini M. D. LXXXIII.

R. Staniſlao Lubarth, Crac: Patricio, Canonico Gutſtatenſi: viro cum ſingulari in Deum pietate, ac vitæ integritate prædito: tum in rebus humanis tranquillo, ab omni ambitione alieno: nemini moleſto, omnibus charo, in pauperes & egenos benefico, vitæ ſuæ annos quinquaginta duos expleti, ſubitò ſupremi ac ineuitabilis fati neceſsitate. A. Chriſti. M. DC. IX. Die XXV. Ianuarij abrepto, Saxum hoc Executores fidiſsimi pro ornamento huius loci & exemplo poſterorum poſuerunt. Viator, viue memor lethi, noſtræq; animæ precare ſalutem.

D. O. M.
Ac pijs Manibus.

Gñoſi ac Nobilis Staniſlai Alamani, filij olim Thomæ Alamani, Nepotis Dominici Alamani, ad Ioannẽ Sueciæ Regẽ, à Stephano Rege Oratoris, Dapiferi Lubl. Capit: Nouæ Ciuitatis, in Gawronow, Piotrkowice, Lyſzkowice Hæredis, egregijs animi corporiſq; dotibus inſtructiſs: bonorum vſibus,

vsibus, bonoque communi nati, nisi in medio virtutum cursu in flore ætatis, acuta vi morbi oppressi, inter rara pœnitentiæ signa filum gloriæ Atropos præcidisset, piè defuncti. Anno ætatis suæ 30. Incarnationis Domini, 1641. Mœrens Coniunx cum filio.

GENEROSVS AC MAGNIFICVS D. PETRVS
à LIPIE LIPSKI,
Amplissima in Domo Sreniauiorum natus,
Cùm ætatem primam optimis artibus
Et insigni virtutum cultu instructam,
Per adolescentiæ prætextam.
Ad virilem propè togam feliciter deduxisset,
Egregiam etiam contra Castra
Togata militia Palæstram nactus,
In ea se pacificus miles ad altiora in Republica
Tractanda negotia formans exercuiss,
Breues humanæ vitæ annos,
In Patriæ obsequia pro posteritate prorogaturus,
Et vbi auitos Familiæ splendores virtutum
Titulis immortales reddidisset.
E H E V!
Ipse fatalis mortis ictu Ætatis suæ 38. Anno 1645. extinctus.
Quod mortale habuit, hoc loco deposuit.

Ob memoriam Honorabilis olim D Martini de Garwolin, Plebani in Iadowniki, Notarij Reuerendissimi in Christo Patris & Domini Petri, Episc: Crac. Obijt Anno Dñi; 1527. Mensis 28. Augusti, hic sepultus requiescat in pace.

Clarissimo atque Nobilissimo viro, D. Petro Simoni Simonio, de antiqua Nobilitate Familia Simoniorum Lucæ orto, Philosophiæ & Medicinæ Doctori. Qui amore studiorum varijs Nationibus peragratis, Italiæ, Hispaniæ, Galliæ, Germaniæ, propter suam singularem, summamque doctrinam, apud plurimos Duces Heroesque clarus extitit: præcipuè autem in Aula Sacræ Cæsareæ Maiestatis Rudolphi II. aliquanto tempore commoratus, ad Serenissimum & Inuictissimum Stephanum Bathoreum, olim Regē Poloniæ vocatus, primas partes inter Physicos S.R.M. fideliter egit. Post cuius obitum apud S. Cæs. Maiest. iterum aliquot annis peractis, in Polonia vltimum diem clausit III. Nonas Aprilis. Anno Dñi, M. DC. II.

Ætatis verò suæ 70. Cui amoris coniugalis ergò Nobilis Magdalena Krzyzanowska, Coniunx mæstissima, monumentum hoc erigi curauit.

D. O. M.
Piisq; Manium exuuiis,
Magnifici & Generosi Domini,
D. Hieronymi à Czarnca Czarnecki,
Hunc ætas impuberem
Mansuetis primum studijs,
Virtuti, Gloriæ, Honori,
Nutriuit simul, ac deuouit,
Iuuenem deinde
Auitus in Principes,
Diui Sigismundi hoc nomine III. Poloniarum Regis
Aulæ demeritum & Nomini,
Cum suis post redderet ac quieti,
Religionis, Patriæ, Amicorum.
In paucis cultor maximus,
Viuendi legem & mortis
Quam natura imposuit cunctis,
Lubens excepit in suo fato.
Anno à Partu Virginis, 1635. Ætatis 49. 9. Calend. Iulij.

Magnif: ac Generosus Dñus, D. Franciscus de Wesseliny.
Siemneń. Melineń. Capitaneus,
Baro in Hadat,
Hæres in Dembno,
Vir Catholicis. & prudentis.
HIC
Patre Wesselino,
Insigni virtute & armis viro,
NATVS.

In primo ætatis flore, vnà cum illo Steph. Battor. Palat. Transylu. placens eidem, reperit maiorem in rebus bellicis experientiam, commendatus. Et

tus. Et paulò post, exortis simultatibus inter illos Principes, Stephanum Bathoreum, & Gasparum Bekesium, fideliter suo Principi adhæsit; Interim Stephanus Rex Poloniæ declaratur, suum Patronum cliens sequitur, cum Rege omnia pericula pugnæ Gedanen. Poloc. Vielikoluc. & Plescou. strenuè superat, mortuo illo DD. Gasparo Bekesio relictam Viduam Generosam DD. Annam Zarkandi, suasu Regis vxorem ducit, viuente adhuc Rege peregregio, merito consensu Ordinum Ciuis Polonus declaratur, optimè tandem de Repub. meretur, dum demortui Regis voluntatem, quæ ex re Reipub. erat, Senatoribus declarat. Moritur non sine magno mœrore suorum, præcipuè charissimæ Coniugis, quæ vt viuo fida monumenta annis præstitit, ita mortuo eadem exhibuit: obdormiuit in Domino, Anno Domini, 1594. Iulij 16. Ætatis 40.

Hieronymo Canauesio, Mediolanensi Sculptori, peritissimo viro, ingenio versatili, atque industrio, pietate inprimis, & animi probitate insigni, die xi. Mensis Nouemb. M. D. LXXXII Ex humanis erepto, Coniugi suo desideratissimo amantissimoque Iulia Buzetia monumentum hoc amoris ac pietatis ergò non sine lachrymis perpetuò curauit.

D. M. S.

Camillo Mentuaio, Nobili Placentino, Posatrianen. Pauli Quarti Pont: Max. & Sanctæ Apostolicæ Sedis, ad Serenissimum Sigismundum Augustum Poloniæ Regem Nuncio: viro integerrimo, & in dirimendis de Religione controuersijs, paceque Ecclesiæ instituend. dexterrimo peritissimoque, Domino ac Patri optimè merito, familiares monumentum hoc temporale posuerunt. Vixit annos 68. Mensem, diesq; 22. Obijt xvj. Calend. Octob. M. D. LIII.

Non obij in Patria, verùm, abij in Patriam.

Franciscus institor clauditur hoc tumulo Dinus,
Ingenuus ac clarus, quiq; Florenza satus.

Mercatoris Florentini Nobilis viri, obijt Anno ætatis XXX. Salutis verò, M. D. XXXIII.

In obitum Lucæ Modlicki, Ciuis Crac. qui Anno Domini 1581. Febr: 12. ætatis verò suæ Anno XXXX. mortuus est.

Ille ego Modlicius, qui quondam raptus in altum,
Iactabar passim turbine fulmineq;.

Spe vacuus, tandem lacerati namq; rudentes,
Mille intendebant damna, pericla, necem.
Forte minor genibus Neptuni Numen adoro,
Adferat oppreſſo, qui miſeratus opem:
Irrita non paſſum fretum mea vota preceſq;,
Donauit portum, tu mare, quæſo, vale.

Generoſus Franciſcus Chriſtophorus Olſzewſki, Theſaurarij Viſeń. filius, Aulicus Cubiculi S. R. M. Dum pro voto ſoliciti Parentis, virtutes Aulæ gratas, Propinquis acceptas, iuuenibus ſpectandas, è pectore ſuo, ceu viridario, diuina manu conſito, copioſa ſcaturigine in ipſo ætatis flore promit, ſpem ſolatij allaturus domui, duobus funeribus Matris & ſororis afflictæ crudelia fata, maligna febri obarmata, intra dies vndecim, annum agentem 22. Ætatis Octob. 23. die. Anno D. 1638. extinxerunt.

D. O. M.

E T

Et perenni Manium Memoriæ.

Nobilis ac Generoſi Domini, D. Martini à Stara Starski: qui pueritiam domi, iuuentam foris, adoleſcentiam vtrobidem non vulgari Mineruæ obarmauit peritia, vt Patriam verus Patriæ Ciuis, ſalutari poſt hac iuuaret conſilio. Quanquam nec alterum ei votum defuit, quo ſe genuinam pugnacis Aquilæ approbaſſet prolem immatura Parca probato orbauit, ſcilicet, dum pios pulueres Polonæ Bellonæ ſuo purpurare ſanguine cupijt, quod feciſſet breui.

Ni futuro victori glorioſa trophæa inuida fata inuidiſſent.

Eheu! virtutis comes inuidiâ.

Obijt Anno 1648. Die Martij 24. Ætatis ſuæ 18.

HOSPES.

Quiſquis hoc ſpectas,
Mortalitatis memor,
Pios Manes pijs votis proſequere.
Hoc tumulo ſitus eſt Illuſtris Sigiſm. de Dembiany Dembinski,
Vetuſta Familia,
Summis in Patria honoribus,

Et rebus

Et rebus in Republica præclarè gestis clarissima ortus.
Qui Maiorum suorum vestigijs,
Et innato viuidæ indolis ardore,
In altos honorum gradus eniti poterat.
Nisi ambitiosis votis segnem & placidam vitæ tranquillitatem prætulisset, quam ille cupidè amplexus, singulari in Deum pietate, in Reges suos fide, in omnes æquitate, comitate, benignitate conspicuus; nec sibi, nec alijs infestus, minima cupidine minimum in vita mali expertus, in offenso cursu ad præcipitem senectutem produxit. Ita annis plenus, percepto insuper ex generosa prole sua ingenti solatio, miti morte naturæ concessit.
Cuius exuuias mœstissimi filij hoc loco honorificè composuerunt, & hoc suæ pietatis monumentum extulerunt. Vixit annos 80.
Obijt 28. Febr. Anno 1633.

Conditur hoc tumulo Galat. Regina Salome,
Gloria Sarmatici Pannonicique soli.
Felix, quæ potuit gestis æquare Beatos,
Et procul humanas despicere illecebras.
Et quæ virgineum seruauit casta pudorem,
Nupta licet fuerit Patre volente Viro.
Clara igitur viuens, etiam clarissima postquam
Aligerum mens est associata choris.
Mira ferunt, sed vera, Oleum fluxisse salubre,
Corpore de casto corpora viuificans.
Fortunate lapis, tumuloque beatior omni,
Tu tegis in terris, si quid honoris erat.

Generoso ac Magnifico Domino, D. Christophoro de Bebelno Goslawski, Capit. Bendzinen. Qui veram pietatē, facta & opera Christiana feruenter exercendo, amorem in Patriam, varijs prælijs contra Turcam strenuè militando. Iustitiam, Ius cuique suum citra omnem respectum tribuendo, ad exemplum vsque in sese exprimens, Patriæ gratus, Amicis charus, nemini per totam vitam molestus, Religiosis ac egenis commemorandus, vxori mœstissimæ, ac generosæ proli, & inclytæ peruetustæque Familiæ desideratissimus, propè Sexagenarius, ab hac mortali ad immortalem vitam commigrauit. Die 27. Martij, Anno M. DC. XLI. O bone Viator, bonis æternam quietem apprecare.

Nobilis ac Generosus Adamus Alexander Iodlowski, iustarum causarum propugnator, & arbiter egregius, dum iniurioſa aduersariorū impetitione litem non quæsitam inuenit, vitam amisit. Qui cum exhausto peculio, & effuso pretio pretios: Magnorum virorum Reg. è Tulliano recuperare posset liber-

set libertatem, in præcipiti casu perfunctum, & vitæ inuenit occasum Victurus, nisi rabidum liuorem generosa animi fortitudine vincere maluisset, mortem, etiam quam dedecus pati paratior, quia plùs bonam famam, quàm vitam pensauit, si delictum aliquod fuerit viuentis, saltem inimici parcite sepulto, quo post fatum, & vbi maneat, mortalibus scire negatum est. Obijt, religiosè contritus, Ætatis suæ **XXXII.** Die vij. Iulij, Anno M. DC. **XLI.**

HOSPES.

Sortem humanam mirare.

Generosus Stanislaus à Wisniow Wisniowski, non degener à virtutibus Maiorum laborum militarium, &c. Nam in Hungaria Rudolphi II. Cæsaris, contra Turcas ad Sigetum miles, satis strenuè se gessit. In Valachia prælio contra Rosuanum Transyluaniæ Principem, Duce Magno illo Ioanne Potocio interfuit. Domi pietatem erga Deum, constantiam in amicitia semper coluit, quem inuida mors de Patria Amicis optimè meritis, Annum agentem sexagesimum tertium, opprimit.

D. O. M.

Pijsque Cineribus, Nobilis ac Generosi Domini, D. Nicolai de Mielec Mielecki, cuius infantiam ad normam Maiorum educauit pietas; adolescentiam sua innutriuit institutione, sapientia: virum in castris Cæsaris, Cæcoræ, Chocimique contra fidei hostes ostendit prudentia, & fortitudo Ciuem Patriæ: amor in Deum, pietas in Patriam, obseruantia in Propinquos, candor in Amicos, beneuolentia in subditos, liberalitas in egenos, modestia in omnes probauit; ita, vt æternùm viueret, æternos aspirans triumphos. Tandem cùm non satis ætati, Patriæ, Amicis, sed satis virtuti, famæ, gloriæ, Nobilitati, in Sago & Toga vixisset, viuere terris, vt viueret cœlo, desijt. Anno Hominis Dei, 1640. 6. Augusti. Ætatis suæ 43. Hæc Coniugi dilectiss. mœstiss. Coniunx Sophia de Goluchow Mielecka.

Illustri ac Magnifico D. Stanislao de Dembiany Dembinski, Aulici S. R. Maiest. qui Stirpe antiquitate ac meritis eminens ad summa quæque natus, pueritiam è schola subitò in militaribus exercitijs in Hungaria exegit; inde omnem ætatis vigorem pro salute Patriæ in bellis formidolosis: in Podolia contra Scythas perennes hostes, & Moschos perduelles, militia vsque adeò strenuus, vt præter inuictum animi robur in hostes.

Castrorum amor.

Ac Ducum belli deliciæ, haberetur. Demùm æuo inclinante omni fortuna supe-

na superior, ita priuatus vixit, vt suæ Domus primariæ Nobilitatis de Repub. Ratiocinium esset, Ciuis in Patriæ bonum cordati exemplar, sui sanguinis in omni re certum asylum, Amicorum non fucatum solatium, hospitalitatis liberale diuersorium, olim Duci de Zbaraz Castell. Cracouien. illi prudentiæ ocello, passimque Regni Proceribus politiæ corculum, viris, cuius prætium carendo meliùs omnes dignoscimus. Excessit, multos morbos multis annis animosè in lecto perferens. Ætatis 63. Die 30. Octob. Anno 1645. Æternam Lector quietem illi apprecare.

IN TEMPLO S. MICHAELIS CARMELITARVM DISCALCEATORVM.

Hic ante annos puer iacet Stanislaus Generosi Ioannis Szydlowski, Aulici S. R. M. Hæredis in Magna Garlica, carus filiolus: in maiora cœli Palatia concessit, qui priùs viuere desijt, quàm cæpit, & in lachrymis Parentum sepultus, lachrymis infantilibus finem fecit. Die 17. Februarij, Anno Domini, 1632. Hæc dum legis, ne lachrymare, sed sortem Angelicam apprecare, inter Angelos translato infanti.

Hæc mihi Iacobo Famutio, Nobili Lucensi, lapidea memoria posita est, immò tibi, qui hæc legis, quisquis es, vigila, & dum vigilas, in rem tuam maturè propera, horas scire nemo valet. Obijt 7. Septemb. Anno Domini, 1641. Orate pro me.

Virtuti & labori Rñdi D. Sebastiani Nucerini, S. Th. Doct. in Ecclesia Cath. Crac. continuis XXIV. annis verbo & opere insignis Concionatoris, Send. Scalm. Canonici, viri probitatis & eruditionis incomparab. hanc vmbram, cùm nihil condignum, nec immortale possent, Amici Executores posuerunt. Obijt Anno M. DC. XXXV. 23. Septemb. ætatis 70.

VIATOR.

Siste gradum parumper,
Et hominem te memineris ex alieno fato.
Generosus ac Magnificus Nicolaus Bębnowski de Trzciany,

Qui

Qui ob ſingularem in rebus agendis dexteritatem atq; prudentiam,
Multorum in Aulis Principum, Iuuenis expertus gratiam.

Dum à vitijs & conuitijs puram ſeruare cupit conſcientiam, vitam priuatam elegit, nimirum, vt ſibi ſemper intentus, propoſitiſque tenax melioris, honeſto viueret in otio, vnde facilè ſibi, candore Amicos, morum ſuauitatè vicinos, humanitate hoſpites, ſemper fauentes comparauit; pietatem in Deum, liberalitatem in egenos, erga Virginem Deiparam eximium deuotionis affectum probauit; ac inſuper dum virtutes genere ſuo dignas exercet, lento morbo fatigatus, vitæ ſarcinas componere coactus eſt, vir omninò longiori vita digniſsimus. Deceſsit ætatis 51. Die 4. Nouembris. Anno Domini, 1638.

Petrus de Ruſzcza Branicki hic conditus quieſcit, quem mors ad magna natum vt vidit, ne Marte & arte ſummus fieret, inuidit illumque immaturè adorſa ſuſtulit. O Mors amara, dum tu Muſarum rapis amorem, relinquis Patriæ memorem; eheu duram ſortem! en Familiæ decus vix oritur, moritur. Obijt Anno Domini, M. DC. XXIV. Ætatis XXXI. Die vij. Maij.

PIIS MANIBVS.

Et Nobili cineri Generoſi Domini Petri de Wielowies Wielowieyski, iuuenis gentilitio Stemmate, indole heroica, virtutibus eximijs; amore in Patriam, humanitate & candore niueo in omnes inclyti & integerrimi, qui quidem

Heu fragilem hominum conditionem!
Heu ſpes noſtras lubricas & fallaces!
Quàm tenui pendent omnia filo.

Cùm aſſurgentibus annis magna cum laude, domi & foris morum grauitate, conſtantia, eloquio, iudicio in rebus agendis, dexteritate, Martio vigore ſplendeſcere cæpiſſet, ac magnam in Sago & Toga ſpem futuræ dignitatis Orbi Polono dediſſet, in ipſo flore ætatis occubuit, & ex oculis genitricis ſuæ Iudithæ Zuzannæ, de Dębica Wielowieyska, Matronæ nobliſsimæ, totiuſque Stirpis inclytæ Gryphorum ſublatus eſt, & cum laboribus in hoc Sarcophago tumulatus.

Vixiſſet diutiùs vtinam, delicium Matris vnicum, decus Proſapiæ illuſtre, Patriæ & Reipub. aurea olim meſsis. Obijt Crac. 8. Martij. Anno D. 1649. Ætatis ſuæ 27. inchoato.

Nobilis Adalbertus Chodorowicz, ſuæ pietatis in Deum, & propenſæ

pensæ in religionem Carmelitanam voluntatis argumentum, hoc Sacellum suis impensis exornatum, posteritati reliquit. Hicque aduentum Magni Dei post mortem expectare desiderat. Obijt Anno D. M. DC. XXVIII. vij. Martij.

Generosus olim ac Nobilis Ioannes de Magna Stekino Sumienski, Maiorum suorum laudibus non minor filius, dum Aui Castellani Slonen. & Patris Venatoris Terræ Dobrynen. fortitudinem, ac clarissima facinora, non degenere animo, in Liuonico, Scythico, & Prussico bellis, per continuos 18. annos, Sigism. III. & Vladisl. IV. Regibus Inuictissimis, Patriæque simul deseruiens æmulatur, & tandem parta pace, rebus domesticis, atque honesto otio aliquatenus intentus, eheu in ipso ætatis & virtutum cursu, summo cum Coniugis charissimæ, tantummodò virtutum & dignitatis suæ superstitis filioli, omnium suorum mœrore, &c. post celebratam Diui Ioannis Patroni sui solennitatem, die 13. Ianuarij, Anno Christi, 1644. Ætatis verò suæ 43. è viuis sublatus, hic post diutinam luctam victus & victor quiescit. Cui Generosa Agnes de Kownaty Komecka, Coniunx mœstissima, hoc posuit Mnemosynon.

Monumentum quod inspicis Viator, Petro de Ruszca Branicki summo esse erectum adolescenti, doctrina plusquam ætate opulentiori, virtute plusquam fortuna ditiori, meritis plusquam prælijs clariori, exteris plusquam suis spectabiliori, Toga an Sago insigniori, Prosapia an dotibus naturæ illustriori, in probefactis ac scitè dictis grauiori, in Curia an otio elegantiori, Censor iudicet æquus. At quidquid à Deo clarum, quidué augustum, quod à vi mortis superstit intactum, en cum illo hæc omnia mors vel auara nimium abstulit, vel inuida. Et dum Vrnam hanc implet illius exuuijs, omnium pectora spoliat dulcedine.

O MORS!

Si pietatis sensum haberes,
Te vitam eius tam citò truncasse ipsa doleres.

Sigismundus à Ruszca, Canon: Cracou. fratri ætatis anno XXXI. defuncto Requiem æternam precatus, in amoris & mœroris memoriam hoc Sarcophagum poni curauit. A. M. DC. XXIV. Maij xvj.

Honestus D. Baltasar Balcerowic hic tumulatus requiescit.

IN TEMPLO B. V. MARIÆ.

VIATOR.

Vide instabilitatis humanæ exemplum memorabile,
IVSTVS SŁOWIKOWSKI,
Sacræ Theologiæ, Sacriq́ue Iuris Doctor,
Omnium ferè Scientiarum peritia insignis,
Sacerdotijs & honoribus abundè auctus,
Obq́ue singularem in agendis negotijs excellentiam,
PETRO GEMBICIO, Episcopo Cracou.
Summè charus, & familiaris.
Vrbi, doctis, & bonis omnibus desideratissimus,
Dum Ecclesiam B. Mariæ Virginis
De suo peculio
Canonicorum Collegio ornare meditatur,
In qua ipse Tiara ornatus, Archipresbyteri titulum gessit,
Morte improba præuentus,
Immortali de se apud posteros fama relicta,
Moritur 8. Kalend. Martij, Anno 1654.
In animarum suffragium ac solamen,
Quæ purgatricibus flammis expiantur,
Sodalitate erecta.
CVI TV
Precare societatem cum Cœlitibus æuiternam,
Vt & tibi Numen Supremum,
In vtraq; vita æternū sit propitium.
S. S.

Heduigis Hallerowna,
Fato præcerpta nondum maturo.
Properauit è vita discessum, vt Agni nuptijs tempestiua adesset,
Pudorem & verecundiam secum duxit, ne virtus indotata veniret.
Obijsse intestatam ne crederes?
Sponso animam, Parentibus tempestatem, sororibus desiderium,
domesticis dolorem,
Cunctis legauit exemplum.
Matura cœlo, vindemia legitur in Autumno.
H E V!

Fœcun-

Fœcunditatem Parentum mortalium obnoxiam penſioni.
Obijt à Partu Virginis 1646. Die 26. Septemb. Ætatis 21.
Staniſlaus Haller, & Sophia Parentes,
Filiæ ſuæ vltimum pignus mortalitatis poſuére.

Antonius Sneebergerus,
Patricius Tigurinus,
Philoſophiæ ac Medicinæ Doctor celeberrimus,
Vir Græcæ atque Latinæ literaturæ, nec non omnis generis ſcientiæ peritiſs.
Humanitate & hoſpitalitate in cunctos clariſs.
Morte diuinas illius animi atque ingenij dotes mortalibus inuidente,
Immaturo obitu omnibus Amicis,
Et ſummæ ſpei atque expectationis filiolo,
xviij. Martij. Anni Domini, M. DL. XXXI. eſt ereptus.
Atque hic Curatorum Teſtamenti diligentia ac pietate tumulatus.

PAVLO VADIANO,
Hectoris Filio,
Magni illius Hoſij Cardinalis ampliſſimi Nepoti,
Viro integerrimo pientiſsimoque,
Anna Henikia vxor mœſtiſſima,
Marito deſideratiſſimo, optimè de ſe merito PP.
Obijt Anno cIↃIↃxcIv. ipſo die Dominico, xj. Menſis Septemb.
Ætatis ſuæ LXVI.

Hac ſub mole iacet Vadianus ab Hectore Paulus,
Dignus Hoſij fuerat Præſulis eſſe Nepos.
Moribus vt vitam ornaret pietateq; ſacra,
Hoc animo tenuit, quando ſuperſtes erat.
Anna Thori ſocia immenſum teſtata dolorem,
Illi his pro meritis, pro pietate fauet.

Nobilis Vir Ioannes Reychel,
Pacis belliq́ue artibus inſignis,
Pietate præſtans,
Hoc Sarcophago poſitus, in Domino requieſcit.
Die 2. Maij. Anno Domini, 1578.

Abrahamo Ronenberg Neulinio, ex Patre Patruoque suo Equestri dignitate promeritis Sigismundi Augusti Regis liberalitate donata Clarissimo, Vrbis huius per annos xxv. Consuli meritissimo, magnæ virtutis viro, charo omnibus, exoso nemini, liberi mœstissimi optimo Patri P. F. Obijt Anno Salutis, 1626. die xx. Septembris.

AGNETI HALERÆ KRVPSCIÆ.

Clarissimi Viri Abrahami Ronenberg Coniugi, insignis pietatis, summæ virtutis Matronæ: morum grauitate, & iudicij maturitate incomparabili: generis Nobilitate, & Sanguinis coniunctionibus Clarissimæ: venerandæ omnibus, nemini haud desideratæ, lugens Progenies, Charissimæ Matri PP. Obijt Anno 1639. Die 24. Iunij, ætatis suæ LIII.

HEDVIGI MATRI,
Catherinæ Coniugi,
Matronis desideratissimis.
Lucæ Ioanni, & amantissimo Theodoro, filijs,
Catherinæ Theresiæ, & Parentum delicijs Helisabethæ.
CHRYSTOPHORVS NAYMAN,
In Academia Medicinæ Ordinarius Professor, &c.
Ad auitum hoc Maiorum suorum Altare,
Nouis factis Fundationibus poni iussit.
Anno D. 1642. Die 28. Maij.

Generosus Dominus Ioannes Walkanowski de Walkanowy,
Vir pietate in Deum, charitate in proximum clarus,
Magnatibus charus, nemini molestus,
Relicta prole vtriusque sexus,
Annis & laboribus consumptus,
Anno ætatis suæ 75.
Susceptis Sacramentis Ecclesiæ Catholicæ,
Obdormiuit in Domino,
Anno D. 1644. Die 7. Martij.
Tu Lector æternam ei precare quietem.

Clarissimo ac Excellentissimo viro.
GABRIELI IOANNICIO,
Serenis

Sereniſsimi Regis Poloniæ Sigiſm. III. Medico & Mathematico,
In Alma Academia Cracouienſi Profeſſori digno,
Et Annæ Bloſiannæ eius Coniugi,
Atque Chriſtianæ eorumdem filiæ Conjugi ſuæ,
Et Sebaſtiano ac Barbaræ proli ſuæ dilectæ,
Monumentum hoc & pignus amoris
Ad poſteritatis memoriam,
Gregorius Roikowſki, Scabinus Cracouienſis,
Supra nominatorum Gener,
Hæc lubenter poſuit.
Anno Domini, M. DC. XLV. Die 8 Septemb.

Petra Lachrymarum,

Adm. Rñdi Domini MATTHIÆ BLOZII,
S. Th. Doct. Collegæ Maioris,
Eccl: S. Floriani Cuſtodis, S. Petri & Pauli Præbendarij.

Ex morte Spectabilis D. Matthiæ Blozij, Ciuis & Mercatoris Cracouien. & Chriſtinæ Blozowa, Parentum ſuorum C. D. Gabrielis Ioannicij Aſtrologi, Sigiſmundi III. Medici S. D. Gaſparis Walaski, Ciuis & M. Crac. affinium Catharinæ Walaska, Suſannæ Kmicina, Annæ Bloziæ Ioannicіæ ſororum, ipſarumque filiorum ac filiarum, tum Patruorum ac Conſanguineorum, in hac Eccleſia circa SS. Crucifixi Imaginem proximam quieſcentium, ac vniuerſale Iudicium veri Dei, cui fide Orthodoxa, & veræ pietatis operibus placere ſtuduerunt, expectantium, Chriſte fons pietatis miſerere mei, ac illorum. Erexit hanc Petram impenſis ſuis M. Matthias Blozius, S. Th. Doct. ſuæ, & ſuorum mortalitatis memor. Anno D. M. DC. XXVI. Menſis Auguſti xv. Viator dic requiem meis defunctis.

Amori, integritati, piæ memoriæ, lectiſsimis pudiciſsimiſque Matronis, Annæ Pipanæ, & Annæ Henikiæ, Coniugibus, animabuſque ſuis chariſs. ac de ſe optimè meritis, quarum virtutis memoriam, & mortalitatis Mnemoſynon tuetur hoc monumentum. Ludouicus Cremerus Conſul Crac. maritus mœſtiſsimus, ſuæ quoque mortalis conditionis memor. Anno Partæ Salutis, die 3. Martij, cIↃIccv. illa obdormiuit Anno 1593. die 26. Aprilis, hæc ab Anno 1600. die 24. April.

Hic iacet Generoſus D. Staniſlaus Skarga Poweſki, cui hunc tumulum mœſtiſſima Coniunx poſuit. Obijt Menſe April. die vltima, Anno Domini, 1649.

G. Marti-

G. Martinus Łyſſik Dobriſſowſki,
Burgrabius Caſtri Cracouień.

Toto ferè vitæ ſuæ curriculo in Aula Regum Poloniæ tranſacto, illiſque & Reipublicæ opera benè nauata, de Eccleſijs benè, pauperum Xenodochijs optimè meritus, in hoc monumentū à ſe viuente factum illatus, corporis reſurrectionem præſtolatur. Vixit Annis LXXIII. Obijt Anno M. DC. XIII. die IV. Decemb. Feſto S. Nicolai.

Vrſula filia olim Eraſmi Lipnicki, Philoſophiæ & Medicinæ Doctoris, Coniunx verò Generoſi Martini Dobriſſowſki, Burgrabij Caſtri Crac. pientiſſima, pudiciſſima ac honeſtiſſima Matrona, pluribus annis in concordi matrimonio exactis, magnum ſibi apud omnes deſiderium relinquens, vitam cum morte commutauit. Anno D. M. D. XCVI. die 12. Iunij, Ætatis ſuæ XLII.

Thomæ Pſſonka, Vratiſl. Polto. Sando. Canonico, ad S. Mariæ in foro Cracouień. Archipresbytero, Præpoſito Dibouień. S.R.M. Secret. viro bono, Catholico, diligenti & induſtrio, Executores Amico benè merito mœſti poſuerunt. Vixit annis XLIX. moritur Anno D. M. D. LXIII. die 24. Febr. Requieſcat in pace.

Hieronymo Powodowſki de Powodow, Gneſneń. Crac. Canon. Ædis Sacræ iſtius Archipresbyt. Infulato, de Patria Deique Eccleſia optimè merito, ſacris ſermonibus ad populum habitis, huic, & Vrbi, & Regno, ſcriptis verò eruditis, etiam Orbi Chriſtiano ſatis noto, Thomas Oborſki, Epiſc: Laodiceń. Suffrag. & Can. Crac. Executor Teſtamenti, Amico & Confratri P. C. Obijt Anno D. M. DC. XIII. die xxiij. Iunij.

Chriſtophorus Trzcinski de Trzciana, Archipresbyter Infulatus Templi iſtius, qui ad cultus Diuini ſplendorem augendum, vſum Pontificalium ornamentorum inter Sacra ab Anteceſſoribus ſuis multo tempore intermiſſum feliciter reuocauit, & hoc decus antiquum huic, & Vrbi, & loco reſtituit. Domum Parochi refecit, & ædificijs auxit, Altaria à lateribus Templi, quæ multum maieſtati eius oberant, demolitus eo ſitu collocari & artificio, quibus nunc cernuntur, per collatores & Patronos ſculpi pingique curauit, aliiſque modis pluribus, dum in eiuſdem Eccleſiæ ornamenta ma:o-

ta maiora facto & opere incumbit, suæ mortalitatis memor, & precibus populi deuoti, & iam post fata se commendatum esse cupiens, sibi viuens P. Obijt Anno Domini, M. DC. XL. Ætatis suæ LXXII. die xx. Ianuarij.

IOANNI PIPAN,
Ciui & Pharmacopæo huius Vrbis,
Iuris Supremi Magdeburg. Scabino,
Viro integerrimo, & de omnibus benè merito,
Parenti desideratiss. PPP.
Defun. A. D. 1602. die 3. Nouemb.

VENERABILIS SIMON GIERLACHOWSKI.
Huius Ecclesiæ B. M. Virg. die 15. Septemb. A. D. 1614. Zachristiani suscepit officium, in quo nouem annis cum decore & strenuitate se gessit superstes, sua cura duo Altaria in Choro Maiori, tertium in Capella Lauretana de nouo construxit; Apparatus Ecclesiasticos ampliauit: post obitum suum mille florenos pro erigendo in eadem Ecclesia Pœnitentiario, & florenos 200. pro peristromatibus ad parietes templi legauit: Mansionaristis pro communi mensa, & suo Anniuersario florenos 200. pro reparatione Organorum florenos 50. donauit, quodlibet Monasterium atq; Xenodochium intra & citra Cracouiam larga eleemosyna honorauit. Idemque in sua Patria Oppidi Wołosz fecit.

Honesta Anna Tamberkowa,
Et Vincentius Schilder Gener eiusdem,
Ciues Cracouien.
Mortalitatis memores,
Monumentum hoc & Sepulchrum subterraneum,
Sibi, posterisque viuentes fieri curârunt.
Vbi expectent beatam spem, & Aduentum gloriæ Magni Dei.
Anno Domini, 1601. Mensis Ianuarij.

Anno Domini, 1625. vltima Augusti.
Georgius Loter, non sum, sed fui, & ero, nec amplius Cracouia, sed cœlum mihi Patria: quamque non conspecturus in terris, Reginam Consortem dereliqui mœstissimam, expectabo in cœlis lætissimam.

Ossium

Ossium monumentum, Generosæ Familiæ Domus Celariorum, status Mediolanensis, Anno, die, quo & Epitaphium est supra extructum.

Epitaphium Honestæ D. Barbaræ. Obijt Anno Domini, 1567. 4. Nonas Aprilis.

CLauditur hoc tumulo chara cum Coniuge Lucas
Delpace, officio vir pietate grauis.
Patria, cui Florentia erat, constantia, amore,
Ciuibus, & Magnis charus vbique Viris.
Sexaginta annos emensus, tresq; subintrat,
Deuotus nitidi Regna beata Poli. 1604.
Filius hoc marmor Raphael Delpace Parentum,
Vsque memor sortis condidit eximiæ.
Prospiciens rebusq; suis communiter illo,
Cum sera condi posteritate cupit.

Epitaphium Reuerendi & Clarissimi Viri, D. Ioannis Leopolienſis, S. Th. Doctoris, Canonici S. Floriani, Concionatoris Cracouien. Anno Domini, 1572. *mortui, ætatis* 45.

HOc tumulo moriens, poni sua membra Ioannes
Iussit, Patria, cui terra Leonis erat:
Eloquioque potens, vigilans & Pastor ouilis,
Nam docuit Ciues, Iura sacrata Dei.
Moribus ac vitæ cursu suauissimus omni,
Gratus erat populo, Principibusque viris.
Hæreticam pestem dum fortibus opprimit armis,
In medio cursu morte peremptus obit.
Viuat in Arce Poli, Diuorum lumine sacro,
Inter conuiuas Angelicosque Choros.

HOc iacet in tumulo Raphael, flos ille iuuentæ,
Del chiaro Marij, candida cura Patris.
Nondum ter puer hic ternos confecerat annos,
Dum rupit vitæ stamina Parca ferox.
Moribus instructus pulchris resplenduit omnis,
Annisq; in teneris extitit ille senex.
Insuper, & natas, fratri de more vetustæ,
Adiunctas rapto, continet iste lapis.
Mater mœsta duas luget Zusanna puellas,
Extincti flagrat heu filij amore Pater.

Sebastia-

Sebastianus Montelupi de Mari Valerij F.

Nobilis Florentinus & Polonus, Sereniſsimorum Sigiſmundi Auguſti, Henrici, Stephani, ac Sigiſmundi III. Poloniæ, &c. Regum, continua ſerie ſeruitor, induſtriâ, ſolertiâ, opibus admodum clarus, ſed prudentia, magnanimitate, atque pietate, multò clarior, LXXXIV. ætatis ſuæ, Dominicæ verò Incarnationis M. DC. Anno, Die xviij. Auguſti defunctus, in hoc monumentum, quod viuens parauit, illatus eſt, cui, Caroloque fratri ante diem functo, & hic vnà ſepulto Valerius Montelupi, vtriuſque Nepos, extremum amoris ac filio dignæ obſeruantiæ teſtimonium, præſens Epitaphium poſuit.

Vrſulæ D. Baſæ Medici præclariſs. filiæ, fœminæ lectiſs. pietate, pudicitia, & amabili morum ſuauitate conſpicuæ; immatura pia tamen morte ſublatæ, Sebaſtianus Montelupi de Mari Florentinus, vxori ſuæ chariſs. hoc pietatis, & nunquã intermorituri amoris monumentum, ſuis lachrymis conſperſum P. Obijt die 12. Iulij, Anno D. M. D. LXXXVI. Ætatis ſuæ XXXV. Cùm ſecum vixiſſet An: 19.

Valerius Montelupi de Mari, Nobilis Florentinus, Henrici Stephani, & Sigiſmundi III. Polon: Regum Poſtæ Præfectus, indigenatu Regni Poloniæ ob ſua merita adſcriptus, vir induſtria, prudentia, & ſumma patientia inſignis; liberalitate erga egenos clarus, Tarcinij, ad Comitia Regni Generalia eundo, diem functus, 6. Decemb. Anno Domini, 1613. ætatis ſuæ 65. in hoc tumulo à ſe facto quieſcit, cui filij mœſti, in ſignum filialis obſeruantiæ, hoc monumentum poſuerunt.

Annæ Nobilis Lucæ Morecki, Med: Doct. filiæ,
Matronæ pietate, pudicitia, & morum probitate conſpicuæ,
Ad beatam tranſlatæ vitam,
Valerianus Montelupi de Mari Florent. incola Regni Poloniæ,
Coniugi ſuæ amantiſsimæ
Hoc amoris Coniugalis monumentum mœſtus poſuit.
Anno D. M. DC. IX. die 28. Octob.
Ætatis ſuæ XXXVII. Coniugij xxij.

Andreas Rottermundt, Nobilibus oriundus Parentibus, cum vxorib. Anna Iuſti Iodoci Decij, viri Clariſs. Sigiſm. I. Polon: Regis à Secretis filia, ſuſceptis Andrea & Thoma filijs: altera eiuſdem nominis Ioanna Krupcia, viro conſultiſs. nata, procreatis itidem duobus, Ioanne & Staniſlao, filijs, Anna & Margareta filiab. viuens: pietate & virtutibus inſignis, pauperi-

bus muni-

bus munificus, omnibus charus: morte viro optimo digna. Anno Domini, M. D. XCIII. die XXIV. Nouemb. ætatis LXIX. Obijt in Christo Saluatore, quiescenti Liberi mœstissimi Parenti desideratiss. PP.

GENEROSVS PAVLVS CELARI,
In vtraque Bierkow Hæres,
Nobilis Pauien.
Hic quiescit.

Qui existimans omne solum forti Patriam esse, relictis Parentibus fortunisque suis Mediolani, in hoc Regno annis LIV. ita vixit, vt nemini molestus, omnibus autem amabilis & iucundus existeret: vir optimus, Catholicus, prudens, in pauperes munificus, Amicorum verò deliciæ, ad æternitatem auolauit. Andreas frater fratri desideratissimo, sibi, & suis posuit, vt quos sanguis & amor coniunxerat, tumulus contegeret; idem vixit annos LXX. mortuus 1598. 28. Ianuarij.

Nobili D. Margarethæ, Nobilis D. Venceslai Chodorowski, Consulis Crac. filiæ, olim Nobilis D. Ioannis Miaczynski, Medicinæ Doct. Excell. ac Consulis Crac. primi Matrimonij Coniugi: postmodum verò Pauli Generosi Celari Consorti, fœminæ vt deuotissimæ, ita pudicissimæ, & quæ cœlo magis quàm mundo vixit, Matri & fratriæ charissimæ, Andreas Celari Gener, in vtraque Bierkow Hæres, hoc Sarcophagon in veri amoris testimonium fieri fecit: hæc cùm persensisset amissum Thori coniugalis socium dolore compressa, sexta die post obitum Mariti extincta, vt potè cum quo sibi vita iucunda fuit, nec mors acerba foret, ad regionem Sanctorum migrauit. Obijt die 28. Ianuarij, Anno Domini, 1598. habens annos 60. Oretur pro ea.

CLARISSIMÆ MATRONÆ
Margarethæ de Miączyn.

Generosi ac Spectabilis D. Andreæ Cellarij, Consulis Crac. Coniugi, morum probitate, vitæ integritate, prudentia singulari, in egenos munificentia insigni, Nobili & antiqua Familia ortæ, annos vltra LX. natæ, piè in Domino anno Salutis M. DC. XXVII. die 26. April. mortuæ. Paulus & Andreas Cellarij filij mœsti, gratitudinis ergò Matri charissimæ monumento imprimi curauerunt.

EPITAPHIVM
Reuerendi Dñi Petri, Episcopi Lacedæmonen.
Suffraganei, Archidiaconi, ac Canonici Plocen.

Mole

MOle ſub hac lapidis iaceo, perpende Viator,
Petrus, Sarmatici gloria prima ſoli.
Clarus eram ſtudijs, animi quoque dotibus ampliſ.
Dicebar Patriæ ſpeſq; decuſq; ſuæ.
Vtilis & Templis, & Amico commodus omni,
Pauperibus, miſeris, diuitibuſq; viris.
Cætera quæ fuerant, rapuit mors inuida mecum,
Ipſaq; ſub nigra membra reliquit humo.
Fac igitur precibus, quiſque ſuccurre ſepulto,
Spiritus æthereas ſcandat vt ipſe domos.

Spectabili Viro,
Chriſtophoro Szober, Conſuli Crac.
Simul & Filio,
Nomen ac officium Patris gerenti,
Fidei S. Catholicæ veris Alumnis.
Religione in Deum,
Charitate in Patriam,
Fidelitate in Rempub.
Pietate in Pauperes,
Æquitate ac benignitate pariter in omnes Clariſsimis.
Mœſtiſſima Coniunx derelicta iunioris,
D. Anna Szoberowa,
Patri, cæteriſque ex eadem Familia hic quieſcentibus,
Hoc monumentum perpetui amoris ergò poni curauit,
Anno Dñi, 1634. Die 20. Octobris.
Quorum prior ad annum ſuæ ætatis 70. ſuperueniens, Anno D. 1630.
Die 26. Martij obijt.
Poſterior verò Anno D. 1633. die 19. Octob. ætatis ſuæ 38.
Dum vix ſpirat, expirat.
Tumulo qui inſiſtis,
Viator ſiſte,
Et requiem à Deo animabus poſce,
Terram calcas, terra breui futurus.

BARTHOLOMÆO KEYCHER,
Ciui Cracouienſi.
Sereniſsimorum Poloniæ Regum, Sigiſmundi, Auguſti, Henrici, Stephani,

Sigiſmundi III. Muſico, viro virtutis incredibilis. ac præcipuè pietatis in Deum, officij in Amicos, humanitatis in omnes, liberalitatis in egenos, cui nil priùs fuit quàm benè audire, ac nemini moleſtum, prodeſſe quibus poſſet, nulli nocere, Zophia Spuntowna Marito deſideratiſsimo poni curauit. Obijt Anno D. M. DIC. IX. Ianuarij, ætatis ſuæ Anno LI.

MARGARETHÆ
Filiæ Famati Ioannis Zatorſki, Ciuis Cracouien.

Fide, religione auita, & pietate ſingulari; benignitate in egenos, prudentia domus regendæ, atque venuſtæ ſobolis fæcunditate præſtanti, Coniugi chariſsimæ ſuæ, Generoſus & Spectabilis Hieronymus Zalaſowski, Ciuis & Conſul Crac. amoris ergò monumentum hoc mœſtiſsimus poſuit. Anno Domini, M. D. LXXVIII. 11. Maij.

Hoc tumulo quieſcit
Famatus Ioannes Zatorſki, Ciuis Cracouienſis.

Qui obijt 29. April. 1971. Spectabilis ac Famatus Hieronymus Zalaſowſki, Conſul Crac. vnà cum vxore ſua Margaretha illorum filia, pietatis ergò mœſtiſſimi poſuerunt. An. D. 1676. die 19 April.

Sepulchrum Spectabilis D. Adami Nagotli, ſenioris Conſulis Crac. Vixit Annos 81. Obijt Anno 1623.

Petrus Polak de Koſten, ex Familia Miluiorum.

Sereniſſimi Regis Poloniæ Sigiſmundi Auguſti, & Sereniſs. Bonæ Reginæ ſeruitor, Catharinæ Coniugi benè merenti, in qua pietas fuit, fides, amor, pudor, & conſtantia, fieri fecit, & ſibi. Cum qua vixit annos ſeptem ſine querela, obijt Anno Domini, M. D. LXXV. Menſis April.

Spectabili ac Clariſſimo Viro,
IOANNI BER,
Viro pietate, Religioneque Catholica in Deum præcellenti.
Fide atque ſinceritate præclaro,
Eloquio dulci, cum grauitate condito,
In ſuos pietate,
In omnes bene merendi ſtudio,

In ſe

In se autem fide & amore coniugali integerrimo.
ANNA RYDLOWNA,
Fida, mœrensque in lachrymis vxor,
Hoc monumentum dedit.
Mortuus Anno M. D. LXV. xv. Martij, ætatis XXXIX.

CONspicuis factis, virtute, ascendere cœlum
Conuenit atque bonis, hoc opus est proprium.
Facta Walascam clara Annam pietatis imago,
Virtus, firma fides, largaq; sæpè manus:
Nobilitate lucentibus adiunxere Dynastis,
Ciuibus, & fama non moriente viris.
Hoc decus æternum Petro Annæq; alma Corona
Fiet, quamuis nil hæc monumenta ferant.

Mole sub hac lapidis iaceo,
Perpende Viator.
STANISLAVS CHVDZICZ,
Pharmacopola, Andrzeiouia ortus,
Vtilis pauperibus, miseris, languidis viris,
Cætera, quæ fuerant, rapuit inuida mors.
Hoc monumentum Anna Lubechowna, Coniunx fidissima mœrens posuit. Obijt 1. die Martij, Anno ætatis suæ 53.
Anno Domini, 1557.

Spectabilis & Nobilis Vir,
Dñus Petrus Krupecki, Vrbis Cracouień. Patricius,
Hæres in Gorszkiew,
Anno Incarnationis Dñi, M D. XXXVIII. Die 6. Feb.
Vitam cum morte commutauit.
Cuius corpus in hoc Sarcophago situm est.
Qui vixit Annos LXX. Menses IV. horas 18. cum media.
Nobilis Domina Catharina, vxor fidelissima,
Marito pientissimo & incomparabili posuit.
Animam ipsius Omnipotens Pater cœlestis,
Secundum maximam ac ineffabilem gratiam suam,
In sinum misericordiæ suæ clementissimæ
accipere dignetur.

Nobilis

Nobili Dominæ Susannæ,

Nobilis olim Krupka, Aduocati Crac. filiæ, Spectabilis Iustus Haller, Consul & Sculptor illustriss. Coniugi suæ desideratissimæ, hoc monumentum mœrens posuit. Obijt Crac. Anno Domini, 1597. die 29. Iunij. Vixit 40. annos,

---

Anno Christi, Saluatoris nostri, 1549. vltima Ianuarij, piè in Domino decessit Nobilis Achacius Hornig, Spectabilis Viri Dñi Georgij Hornig, &c. germanus filius, ac Magnifici Seuerini Boner à Balicze, &c. Aulicus, cuius anima cum omnibus Christi fidelibus in Christo feliciter quiescat.

Insignes pietate viri hac sub mole quiescunt,
Sincerus, præstans, hic Pater ipse cubat:
Eximius Wonsam, prudens ac Doctor Erasmus
Cum Genitore pio membra quieta locat.
Pignus hoc leue mœsta quidem locat vxor
ERASMO,
Et Nati ponunt hæc simul ecce Patri.

Andreas Cellarius,
Patria Mediolanensis,
Ciuis & Senator Optimus,
Crac. de omnibus benè meritus,
Inclyta in Deum pietate,
Liberalitateque (quam in
Egenos exercebat) parentem
FORTVNAM,
Ac quicquid de egregio homine
Laudis dici potest, adeptus.
Præclara senescente
Ætate, atque industria.
Migrauit vnde venerat,
Exuuias mortis paruo
Sub marmore liquens.
Omnes admonet,
Finis sint memores sui,
Obijt die 2. Martij, A. D. 1616.

Paul: & Andr: Cellari, fil. Patri dilectiss. mœr. P.

Nobilis ac Spectabilis D. Petrus Thanigel, Consul Crac: die 17. Maij, A. D. 1545. piè, ac in Christo vita functus, cuius animæ Creator clementer adsit, 1554.

Nobilis & Honesta Margaretha Schilingowna, Nobilis Domini Petri

Petri Thanigel Consulis Crac: charis: Consors, die 15. Septembr: A.D.1545.in Christo defuncta,cuius anima in Sancta quiescat pace.

N. Friderico Daniel, Margarethæq; Habertthowna. de Armis Godziemba, Coniugi ipsius hoc Gentilitio Armorum monumento reconditis optimis pijsq; parentibus, filij & Affines tabulam hanc lachrymis conspersam memoriæ ergò mœsti PP. Anno salutis humanæ, 1585. die 20. Iunij.

Honestissimo iuxta ac integerrimo Viro, Stanislao Czypser, Patriæ suæ ac vniuersæ Reipub: studiosissimo, A. D. M. CCCC. XXXVIII. morte extincto, hoc monumentum reponi, ac perpetuæ memoriæ conseruari voluit Stanislaus Czypser, Consul Crac: summæ pietatis, & testis, & debitor.

IACOBO CZEPIELOWSKI:

Rapida morte in die Præsentationis B. M. V. Anni Dñi. 1601. ætat: 26 è viuis sublato, Albertus Czepielowski, Ordinis Minorum regularis obseruantiæ ad S. Bernardinum Crac: vnà cum Spectabili Domino Ioachimo Cziepielowski, Consule Crac: mœsti fratres posuerunt.

Vmbra Lectori.

FLecte oculos, gressum celerem quicunq; capis hæc,
Quam sit vita breuis, funere disce meo.
Bis tria vix licuit mihi cernere lustra, beata
Scandere virtutis limina vix licuit.
Sustulit heu vitam! & me funere mersit acerbo,
Parca ferox fratres obruit & lachrymis.
Non tamen illa mihi rapuit post funera vitam,
Nam verè viuo sedibus æthereis.
Tu quoq; disce mori, vitæ memorq; futuræ,
Atq; animæ requiem vite precare meæ.

Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem,
Quoniam exaudiuit Dñus vocem orationis meæ.

Annæ

Annæ filiæ olim famati Bartholomæi Caron, Ciuis Cracouień:
Vxori ſuæ amantiſſimæ Maritus.

Exemplar ſanctæ fidei vitæq́ pudicæ,
Florem Lodouigus condidit hoc tumulo:
Et tua ſancta fides, vxor digniſſima cœlo,
Et decore hoc tumuli digna pudicitiæ.

Iacobus Lodwig mæſtiſsimus lachrymis exculpſit.
Obijt Menſe Aprili, X. Die Anno M. D. XCVII.

Spectabilis D. Franczkowicz Leopolień: Conſul Cracouien: antiquæ Catholicæ Religionis cultor eximius, de Repub: tàm literaria, quàm Ciuili optimè meritus, pauperum tutor, & ſuſtentator apprimè fidelis, atque liberalis, in hoc monumento quieſcit, vnà cum chariſsima Coniuge ſua Barbara Maſzelanka, vt qui vita ſuperſtite vnico amore coniugali ſemper fuerant coniuncti, vno quoque tumulo poſt mortem ſociarentur. Naturæ debitum ſoluerunt, ille quidem Anno Domini, M. D. die Menſ: hæc verò Anno Domini, M. D. Deus ſit illis propitius, & miſericors.

In memoria æterna erit iuſtus: ab auditione mala non timebit.
Pſal: CXI.

D. O. M.

Generoſi Domini Ioannis Baptiſtæ Czeki, Nobilis Florentini, huius auguſtiſsimi Regni indigenæ, Hæredis in Czaiowice, pietatis illuſtris, fidei incorruptæ, liberalitatis incomparabilis, humanitatis ſummæ, integritatis ſingularis, viri non minùs apud Sereniſs. Sigiſmundum III. Poloniæ & Sueciæ Regem, amore, gratia, quàm fidei præſtantia clariſsimi, vniuerſæque Familiæ Principis, ac primariæ Nobilitatis Regni, propter morum elegantiam, in rebus gerendis, dexteritatem, induſtriam, prudentiam, candorem, acceptiſsimi, multis præclaris muneribus honoribuſque non ſine laude, & admiratione perfuncti. Anna Antonij Franckouicij Leopolienſis Cons: Crac: filia, Coniunx mœſtiſsima, mutuæ charitatis & honoris ergò, vnicum tot lachrymarum ſolatium, viri optimi & integerrimi, ne quos ſingularis amor, & concordia mirabilis ſociauerat, vel mors ipſa diuideret, reliquias corporis in hoc parentum dulciſſimorum monumento, quod viui humanæ ſortis, & mortalitatis non immemores ſibi, ſuiſque poſteris conſtituerunt, compoſuit: Cùm egiſſet annos LVI. Menſes V. dies IIX. fatis deceſsit. Anno Salutis Reparatæ, M. DC. LX. XIV. Kal: Sextil: circiter horam VII.

Nil fragile à fracto differt, quod tu eſſe ſolebas,
Ipſe fui, fies tu quoque, ſum quod ego.

Generoſi

Generosi D. Friderici Smalg, Ciuis Cracouiensis, Supremi Iuris in Arce Crac: Vrbis eiusdem Scabini.
Hic in administranda afflictis iustitia, liberalitate in pauperes, summo Orthodoxæ fidei cultu, ac cæteris colendis virtutibus, omnes vitæ suæ agebat dies: tandem tum cùm maximè ita floreret, rebus præclare gestis, vt omnibus esset gratissimus, immatura morte è viuis tollitur.
Anno ætatis suæ 63. Salutis verò nostræ Anno 1595. die 4. Augusti, Amici mæsti monumentum hoc pio ex voto erexerunt.

Parentibus, & fratribus vita defunctis.
Sibi, suisq; eiusdem mortalitatis memor, Georgius Pipanus Phys: Med. Profess: A. D. M. DC. IIII.

Nobili Brigidæ Glewiczowa, Valteri Kesling filiæ, vetustæ Familiæ, quæ obijt die 7. Ianuarij, A. D. M. D. XXXIV. Ioannes Glewicz, Matri charissimæ, posuit.

Nobilis & Honesta Dorothea, optimi Georgij Mazaniec, Ciuis olim Cracouien. filia, Nobili Dño Ioanni Reychel Marito suo optimè de se merito, 2. Maij, Anno Dñi, M. D. LXXVIII. vita functo, sui testimonium amoris coniugalis mœstissima Posuit.

Hoc tibi defuncto monumentum mæsta Marito
Colloco, viuus eras, qui vnà Colmana Domus.
Hic tua pace fuit bello, & notissima virtus,
Nobilitatis honos, ingenijq; decus,
Illic summa Dei tibi præbent æthra salutem,
Quæ superat mundi commoda mille modis.

EPITHAPHIVM.
Reuerendi Patris Domini Adami Kòélerij Crosnensis.
Sanctæ Barbaræ Concionatoris Crac:
Obijt autem A. D. M. D. LXXIII. die 28. April: hora XVIII.

MOle sub hac lapidis tegitur Vir mitis Adamus,
Cui properam mortem Parca seuera dedit.
Qui pia Diuini spargebat semina verbi,
Demonstrans veræ Religionis iter.

Omnibus hinc charus, nulli pietate secundus,
Theutonibus studijs, profuit ille suis.
Sincerus dictis, factis, sincerus Amicis,
Ingenio solers, promptus in ore fuit.
Integer, & veri studiosus cultor honesti,
Contentus modico, non tamen ille tenax.
Tot simul egregias animi cum corpore dotes
Abstulit, en vna perfida Parca die
Teq; monet, quicunq; legis, iuuenisue, senexue
Viue memor lethi, fac benè, viue benè.

D E O.

Cui omnia, & per quem omnia viuunt,

S A C R V M.

Nec non pijs Manibus
Elisabethæ Dambrowianka,

Quæ

A cunis pietatem, summam modestiam, admirandam humilitatẽ amplexa,
Ætatem matureſcentem, prudentia singulari, maximoque sexus
honestamento, pudicitia decorauit.

In Connubio (heu breui)

Bonorum Mariti curam, ac suorum vsum, atque alienorum habere,
Nil & suo agere velle arbitrio, vxorijs adiecit virtutibus

Semper.

Candidatam beatæ æternitatis, speriosa contemptui, mansura
cordi bona sibi esse, factis, dictisque contestata.

In morbo diuturno

Stupenda patientia, præsentis contemptu, æternæ desiderio vitæ adornata; Sacrosanctis Ecclesiæ S. Sacramentis communita imperterrito animo, horam formidandam cunctis expectauit; (vt petijt) pio assistente Clero, deuotè orando, mori desijt, ætatis suæ anno 21. Anno Dñi, 1650. Ipso B. Mariæ Virg. Præsentationi sacro, in Templo gloriæ Clementissimo Iudici præsentanda, eoque miserante ibidem æternum mansura, quod nuper Consors, nunc tanto viduus bono ex corde precatur.

M. Paulus Mankiewicz Varsauien. Medicinæ Doctor.
1651. Iunij 16.

D. O. M.

CRacia Landmanos produxit sanguine priscos,
Quos aliter fecit publica fama Cyros.

Ex his

Ex his succreuit Spectabilis vrbe Senatus,
Tum pietate decens, tum grauitate potens.
Munificus, prudens, pius, & vetus Vrbe Cyrorum
Sanguis erat, rerum dexteritate nitens.
Vt pietate polus meritis Cracouia quorum
Ornatur Patriæ sic, stat amore decus.
Nobilium peperit Generosos Marte probatis
Moribus Heroas, consilioq; graues.
Admiranda satis, virtus Stirpemq; Domumq;
Extulit, hæc dotes, tres coluere diu,
Mars Curius Mecœnas, pertulit, indidit, egit.
Bella preces munus, pectore, mente, manu,
Corporis exuuias, tumulauit marmor in vrna,
Celsa pijs retegant Manibus astra domum.
Anno Domini, M. DC. LII.
Vixerat Anna Cyro seniori nupta Ioanni,
Inclyta Babiciæ Stirpis origo satis.
Hæc proprium coluit feruenter amore Maritum,
Funeris officio, quem venerata simul.
Insuper, in magni venerandum pignus amoris
Extruxit tabulam, mortis in orbe memor.

IACOBO GAIER,

Medico & Chirurgo per vniuersam Poloniam sua ætate clariss. qui per Europam peregrinando, Clariss: quoque Medicos sectando, multa legendo, videndo, experiendo, in tantum virum euaserat, vt alter Podalirius dici mereretur: tandem senectute, magisq; laboribus, quos in curandis Principibus atq; pauperibus æquè obibat, confectus. A.D. M. D. LXXI. die 3. Octobr: Cum magno omnium dolore obijt vir pius, prudens, grauis, & dignus, qui nunquam moreretur.

STANISLAVS SEMBEK.

S. R. M. Secretarius.

Vir prudentia & consilio grauis, cùm religione Deum, fidelitate Regem, Amicos officio, pauperes liberalitate, omnes comitate demereretur, Salinarum Wielicien: Administrator, non sibi, sed Regno, & Regiæ Maiestati, laborem, vigilantiam, vitam impendens, penesq; illum thesaurum fidem publicam potiorem, quàm priuatum censum existimans: mortalitatis suæ memor. Capellam istam B. M. V. Loretum sumptuosè exornari, & hic condi voluit, vt etiam humatus, Patronam suam suspiraret.

HOSPES.

Ad ſupremum Tribunal comparentem, æterna vt excipiat ſecuritas, apprecare.

Conſors ipſius Anna, de Domo Amendorum, hoc luctuoſum fidei coniugalis fieri fecit monumentum. Vixit Annis LIV. mortuus xxvj. Aprilis. Anno D. M. DC. XXXVIII.

Nobili viro Andreæ Mianczynski, Ciui Pharmacopeoque Cracouien: cum primis honeſto, & ob eius modeſtiam omnibus grato, nemini in vita moleſto, Anna Coniunx Marito deſideratiſsimo in ſignum obſeruantiæ, mortuo, quem viuum amabat, hoc pignus poſuit; Vixit Annis 76. mortuus Anno Dñi, 1584. die 4. Aprilis. Viuite memores lethi.

Generoſus Nicolaus de Zbylitowice Zbylitowski, in Koſtrzeſzyn & Koczanow Hæres, mortales, quas habuit exuuias, hic depoſuit, animam immortalem Deo reddidit, quem virtus omnis incoluit, quapropter non potuit, qui benè vixit, malè mori. Ad cultum Diuinum Capellam hanc dotauit. Memoriæ gratia lapidem hunc poſuit, ætatis ſuæ tranſactæ Anno Domini, die, præiuit nos ſecuturos.

CHRISTO DEO SALVATORI.

Cariſsimos cineres, Staniſlai Fogelder de Bobolicze, ex domeſtica Annæ Iagelloniæ Poloniæ Reginæ Familia, in primo ætatis flore ab vlnis vxoris mæſtiſsimæ abrepti, Eliſabeth Buzinska de Gneuienczin, Valentini Dembinski Caſtell: Crac: Neptis, ex filia Coniugis ſui deſideratiſs: ob fidei & amoris teſtimonium manantibus lachrymis, puſillo hoc marmore condidit. Anno Salutis, M. D. XC. IX.

Vladiſlao Fogelder, Staniſlaus Fogelder de Bobolicze, & Eliſabeth Buzinſka de Gneuienczin, mœſtiſs: Parentes filiolo dulciſs: delicijs ſuis, & magnæ ſpei, ach nimium properantibus fatis erepto munus amoris P. C. M. D. XC. IIX.

Perilluſtri ac Magnif: Dño. Martiano à Chelm Chelmski Scibor, Succamerario Generali Palatinatus Crac: Wielicen. Bochnen. Ryczywolen. Vſtien. Capitaneo, S. R. M. Aulico. Qui Familiæ ſuæ perantiquæ, lucem quam acceperat, cumulatiſsimè refuſurus, primam iuuentam inſtitutione Academica ſeriò exculta, exterarum nationum moribus perluſtrandis commodans, equeſtribus iſthic ante alios viſendus, in Italia belli

belli inter Hiſpanos & Gallos coorti ad Pedemontum ſpectator non fuit ocioſus. Redditus Patriæ ſubitò in Vngaria bello illo Othomanico formidoloſo, ſub Rudolpho Secundo contra Amuratem, deinceps contra Tertium Machometem, ad Agriam, ad Vanum & Iaurinum, proprijs ſtipendijs, cum ala equitum ſuorum grauioris armaturæ annis aliquot militans, fortiſsimi Poloni Equitis apud Cæſarem, ac Matthiam tum Supremum Ducem exercituum Elogium promeruit. Reliquam omnem ætatem Patriæ deuouens, Sigiſmundo III. annis ampliùs 30. animi robore publiciſque officijs probatus: eundem, cùm alibi tum in Pruſsia equo inter hoſtium ſtrages pro ſe trucidato, excelſæ virtutis teſtem oculatum habuit. At inter Togatos. Quantus in Comitijs Nuncium terreſtrem perenniter agens, libertatis auitæ reuerentia Principis ſemper integra defenſor? quantus in Iudicijs Tribunalicijs iuſtitiæ citra omnem reſpectum, & nunc officio Marſchalci propè immoriens propugnator? Quàm verè Martius in omni aduerſitate ac impauidus, quàm ſummis animo par, nec fortunam vllius, niſi virtutem reuerens? quàm ſui temporis Proceribus omnibus familiariter ac vnicè charus? Quam in Templa inque Academiam munificus ac liberalis, quàm in externos pro gentis honore ſplendidus ac hoſpitalis. Quàm verè Amicis amicus, nec tectus inimicis inimicus. Quàm ſuis commodus, quàm per omnia Patriæ vtilis. Poſteritas æquiùs recognoſcet, nos ſublatum ex oculis tardè ſuſpicimus iam digniorem, quo terris exceſsit. A. D. 1641. 30. Maij ætatis ſuæ 68.

VIATOR.

Morte ad vitam, vita ad mortem erudire, Gñoſi Ioannis à Wierzbica Remer. Viri præcipui candoris, religione in Deum, & raræ amicitiæ exemplo, qui dum ſemper vixit moriturus, vt mortuus viuat; omnibus indiſsolubilis nexum amicitiæ, Religioſis liberalitatem, egenis munificentiam comparauit.

E H E V.

Quaſi ex pacto morte Amicis emoritur, ætatis ſuæ Anno 36. die 17. Februarij, dum doles, imitare, ſi imitaris, dole. Generoſa Anna Konieczka, Coniunx mæſtiſſima FF. Anno Domini 1649. die 3. Martij.

Optimo viro Valentino Bertholt ex Hirsberk Sileſiæ, Ciui & negotiatori Crac: qui viuens ſine quærela, multas elocauit pauperes Virgines, plures iuuit inopes artifices, plurimos aluit Mendicos, quos & iam moriens (cura domeſticorum non neglecta) facultatum ſuarum Hæredes eſſe voluit. Et licet in Hæreſi natus, & educatus: poſt Catholiciſsimè vixit, phtyſi extinctus. M. D. XCV. die xv. Octob. Curatores Teſtamenti poſuerunt. Requieſcat in pace.

Cyrus

CYrus Ioannes Landgmani sanguine cretus,
In Patriam meritis Nobilis, atque fide:
Hic situs est, Annis decades iam quinque duobus
Coniunctis æui, vt vixerat ille sui.
Vxores habuit tres, Fogeluerdia quartum
Nomen habens Helenæ, tertia nata Deo est.
Quæ veris lachrymis Consortem fleuit ademptum,
Septembris decima & nona erat illa dies.
Post ter quingentos, quoque sexagesimo in anno
Virginis a Partu, hunc mors violenta rapit.
Posteritas Patri sacrata hac æde reposto.
Ista in perpetuum post monimenta locat.

Excellentissimo D. Gallo Alexandro Verginio, Philosophiæ & Medicinæ Doctori, Ciui Cracouiensi; viro integerrimo, pietate præstanti, omnibus charissimo: qui cùm annos egisset vitæ LV. migrauit ad Dominum, Anno Salutis Reparatæ, M. DC. die 24. Septemb. cui Spectabilis D. Antonius Franczkowic Leop. Vrbis huius inclytæ Consul, Testamenti Exequutor illius, monumentum hoc erexit.

Mors certa est, incerta dies, hora agnita nulli,
Extremam quare quamlibet esse puta.
Mors melior vita turpi.

OSSA

ANNÆ à RVSZCA LVBOMIRSCIÆ,

Comitissæ Wisniceń. Castellanæ Woyniceń.
Cum qua reliquum cœlo acceptum in terris hoc relictum est

Templum & Cœnobium.

Quod coëmptis ædificijs, ad portam S. Nicolai in Vrbe positum, omniq́ue cultu perfectum
Dominicanæ Familiæ Virginibus à fundamentis extruxit attribuitq́ue
Exemplum rarum Matris Auiæ Proauiæq́ue.

Quæ nuptum datis in Principes per Regnum Domos, Ducum in Ostrog, Zebrzydouiorum. Olesniciorum filiabus cum properatis fatis, has & Ioachimum filium Cælibem amisisset, numerosam ex illis traducem & propaginem Illustrium Affinitatum & Cognationum viuens excepit, viditq́ue, atque duobus sibi superstitibus

FILIO, GENEROQ.

STANISLAO LVBOMIRSCIO, PALATINO GENERALI CRAC.
STANISLAO KONIECPOLSCIO, CASTELLANO ET PRÆFECTO PER REGNVM BELLORVM SVPREMO.
EX FILIO

Tres Nepotes, duos sortita in Domo Radiuilforum & Czarnkouiorum Progeneros.

Regnum,

Regnum, Familiam, Remquepublicam.
Inclytis & Magnis
Manu meritis Dignitatibus. Honoribus Senatorijs repleuit.
Posteris, Progeneris, Nepotibus, Pronepotibusque,
IPSA
HOC BVSTVM SEPVLCHRVMQ.

IN TEMPLO S. BARBARÆ.

AD MAIOREM DEI GLORIAM,
Hoc
Monumentum
Amitæ suæ charissimæ,
Virgini Barbaræ Langæ,
DEO
Singulariter deuotæ,
Anno Christi, M. DC. XXI.
Ætatis suæ LIV.
Vita functæ.
Generosus Dominus Ioannes Wizemberg,
S. R. Maiestatis Secretarius.
In pignus æternæ memoriæ
P. P.
Anno Domini, M. DC. XXXV.

IN TEMPLO SS. TRINITATIS.

IESV Christo vero Deo, fidelium Saluatori.

D. Stanislaus Zawadzki, cognomento Picus, Physicus, Medicus Doctor, Consul, Professor Publicus Crac. sibi & fidissimæ Coniugi Dorotheæ Nigriciæ, cum posteritate mortalitatis, & ærumnarum memor, viuus in spem immortalis vitæ pio ex voto posuit. Anno Domini, M. D. LXXX. Aprilis xx.

Sepul-

Sepulchrum Matthæi Rawiecki, & Agnetis Hueberowna, vxoris eius, & posteritatis.

Galeacio Guiciardino Florentino,
Viro virtute & Nobilitate præstanti.
Cuius præclaras animi & ingenij dotes mors immatura surripuit.
Amico suauiss.
Hieronymus Cinus Patricius Florent.
Amicitiæ atque adeò religionis ergò,
Monumentum hoc erigi curauit.
Obijt vltima Iulij, Anno Salutis, M. D. LVII. ætatis suæ XXXV.

Franciscus Niconitius, Nobilis Nigrocorcyræus Dalmata, Referend. & Prothonot. Sedis Apostolicæ, effigiem hanc suam, impetratæ pristinæ valetudinis testimonium, supplex D. Crac. Anno Domini, M. D. XLVI.

Nobili Ioanni Zurkowic,
Omnis Christianæ pietatis cultori.
Propter ingenij & morum suauitatem, rerumque experientiam,
omnibus charo.
Illustriss. D. Stanislai Comitis à Tarnow, Castell. Sandom. alumno,
Familiæque ipsius adoptiuo,
Marito de se optimè merito.
Catharina Foxia, monumentum hoc lachrymis conspersum, mœsta posuit. Vixit annis XL. ex hac vita in cœlestem Patriam translatus, die vij. Mensis Ianuarij, Anno D. M. DC. I.

ELISABETHÆ,
Stanislai Comitis à Tarnow,
Palatini Sandomirienſis,
Siradienſisque Capitanei
FILIÆ.
Fæminæ pudiciſſimæ,
Vxori verò suæ.
Petrus Pieniazek de Kruszlowa, & in Cienietniki, &c. mœstus posuit. Anno D. M. D. LXXIX. die vij. Martij.

Famato

Famato Domino Ioanni Ostrowski,
Ciui & Bibliopolæ Crac.
Viro integerrimo, ac de omnibus merito,
Vita functo, Anno Salutis humanæ, M. LXX.
Die verò v. Augusti.
Agnes Ostrowska, vxor mœstissima,
Coniugi suo charis. hoc
Conspersum lachrymis pientiss. monum. posuit.
Vixit annis XLVIII.

Gabriel Morenda, I. V. Doct. Parochus Kanten. Causarum Consist. Crac. Assessor, Curiarum Illustriss. olim Georgij Zamoyski, Chelmen. Henrici Firley, Premislien. Episcopi, & Sereniss. Principis Alberti Cardin. Auditor, recti iustiqúe tenax, cultus diuini promouendi (cuius luculenta ad D. Annæ, & alibi reliquit testimonia) perquam studiosus; Hoc in propylæo humilis ad futuram anastasim excubare voluit, sperans se ab eo, qui humilia respicit, in cœlesti Curia sublimandum, quod ipsi pie Lector apprecatum velis. Decessit Anno Christi, M. DC. XLIV. 9. Maij, Ætatis LXIII. Executores vltimæ voluntatis Defuncti PP.

VMBRA LECTORI.

Quid non humanæ conantur acumine mentes,
Sæpius ingenio suppositisse suo.
Altius audebam perquirere multa, superstes,
Vrgens propositum certa tenaxq; meum.
Quæ per me poteras modo scire. sed obfuit ausis,
Præueniens subita mors inopina manu.
Fallimur, incerta tu dum licet, vtere mente,
Et ne desipias, plus sapiendo caue.
Non datur ex tumulo te plura monere, sed insta,
Vt possis placitis abstinuisse bonis.
Quid Deus, & nati doceant Oracula IESV,
Viuus habes, illis certus, habeto fidem.
Catera ne cures, & dum licet vtere mente,
Serò namque sapit, qui sapit in tumulo.

Andreas à Schadek, Gabrieli germano fratri suo posuit.
2. Nouemb. Anno Domini, 1563.

NICOLAVS KORYCINSKI,
S. R. M. Secretarius, & Zupparius Cracou.
Ioanni Stephano, filiolo ſuo chariſsimo, ſibi immatura morte ſurrepto.
Quando illi maiora præſtare non licuit, paruam hanc tabellam amoris Paterni monumentum ad poſteritatē omnem patrimonij loco extare voluit.
Qui mortuus eſt Anno Domini, M. D LXXXVII. vixit annos II. Septemb. xv. Dies viij. Requieſcat in Domino.

NICOLAVS KORYCINSKI DE KORYTNO,
Et in Vdorz Hæres.
Sibi,& Barbaræ de Oleſniki,Coniugi chariſſimæ,
Hoc monumentum viuens poſuit.
Calend. Maij, M. D. LX.
In quo cum ea in Domino moriens,placidè quieſceret.

Cineribus Venerabilis Gaſpari Clecenſis,
Plebani in Zembocin.
Capituli Eccleſiæ Cathed. & Conſiſtorij Crac. Actorum Notarij.
Executores Teſtamenti poſuerunt.
Vixit ſine querela, oretur pro eo. Obijt die xxvij Iunij.
Anno Domini, M. D. XCV.

M. D. LXXIV.

CHriſtophorus teneræ primo ſub flore iuuentæ,
Extinctus diro canſone Sidtouius.
Hic ſitus eſt. Martis licet aptus ad arma fuiſſet,
Vt Sandomiriæ Nobilitate ſatus.
Non minùs ingenuis tamen omnibus ille placebat
Moribus, humano præditus ingenio.
Auguſti hinc Regis interfuit ille clienteſq;,
Et poterat Patriæ commodus eſſe ſuæ.
Ni mors ante diem iuuenem rapuiſſet, vt annos
Sex æui & quatuor vixit Olympiadas.
Cracouiæ Iulij vicena luce ſub anno,
Quo impoſita Henrico ſacra Corona fuit
Sarmatiæ, tu quis ades, meliora precatus
Manibus extincti, chare Viator abi.
Hiacynthus Młodźiciowſki, frater mœſtus, poſuit.

Chariſſi-

Chariſſimo viro ſuo Auguſtino Kalinſki, Conciui Cracouienſi, Barbara Coniunx mœſtiſſima, amoris ergò monumentum hoc P. Obijt Anno Domini, M. D. LXVI. ipſo die S. Barthol.

HOC *quieſcunt tumulo Annæ natæ Celneris Oſſa,*
Aſt animam Chriſto reddidit illa ſuo.
Quæ fuit in viuis cunctis iuuamen egenis,
Et decor, & ſanctæ norma pudicitiæ.
Laurea virtutum, flos, morum, neſcia fraudis,
Conſortiſq; ſui fida comes operum.
Romanæ fidei ſemper cultrixq; tonantis.
Cum Chriſto ætherei regnat in Arce Poli.

Obijt Anno 1628. Ætatis ſuæ 30. Menſis 11. Iunij.
Hieronymus Pompei Della Porta erexit Coniunx mœſtiſsimus.

Splendore virtutis, ſimul & generis claro, Reuerendo Domino Hieronymo Golinski, Generoſi Domini Ioannis Golinski de Kolacino, in Diſtrictu Poſnanienſi, filio, Canonico Gneſnenſi, in quo ad latus Rñdiſs. Petri Tylicki, Procancellarij Regni, in Aula S. R. M. feliciter agente, dum inſtabilis fortuna, cùm ingenij eruditionis, morumque ac vitæ integritatis dotibus, ob quas Principibus, & alijs omnibus gratus extitit, duello confligeret fatales Parcas immittens, magnam eius expectationem, præmatura morte ſuſtulit, die viij. April. Anno Incarnationis Domini, 1603. Patruus cum Amicis ne moriam hinc PP.

Staniſlao Ocieſki, infanti filio, Ioannes Ocieſki, Regni Poloniæ Cancellarius, Cracouień. Oſwiecimeń. Zatorień. Sandeceń. Olſtineń. Capitaneus, Pater poſuit. Vixit Menſibus v. diebus xx. Obijt Anno M D.LVI.

IOANNES OCIESKI,

Caſtellanus Bieceń. Maieſtatis Reginalis Curiæ Magiſter, Capitaneus Sandeceń. Succamerarius & Burgrabius Cracou. Raphaeli Matthiæ infantulo filio ſuo mœſtus poſuit. Vixit dies xiv. mortuus x. April. Anno M. D. XLVII.

D. Benedictus Coſminen. Archidiaconus Sandomirien.
hic ſepultus.

PIO LECTORI.

COsmia me telus genuit, mox fonte renatum
Saluifico, voluit nomen habere boni,
Sic benedictus eram stricto, seu carmina plectro,
Seu laxo eloquio vox modulanda fuit.
Nunc mea Canna silet, crudeli falce perempta,
Qua mors triste fremens obuia quæque metit.
Ast animus superas dubio procul actus in oras,
Concordi cæptos fundit ab ore sonos.
Hic vbi regnanti celsaq; in Sede tonanti,
Ingeminat Sanctos sancta caterua modos.
Qui nunc Lector ades, gressu perducte secundo,
Dic mihi, quod debes, dic bona verba, precor.
Dic bona verba, tuis cupias si Manibus olim,
Vt bene dicatur, dic, Benedicte, Vale.

Mortuus Anno D. M. D. LIX. Die xxviij. Nouemb.

QVisquis es, quicunque legis, concede parumper?
Te rogat hæc Imago, & vmbra sepultorum.
Ores pro eis, vt requiescant in Christo,
Tuque pro eo munere hoc munus habe.
Sine tibi felices dies, dum vita manebit,
Sitque leue ad Superos, cùm moriaris iter.
Has Imagines, quas cernis, Famatus D. Stanislaus
Frænifex, Ciuis Cracouiensis, in vita sua.
In memoriam charissimæ Catharinæ Matris suæ,
Atque duabus Coniugibus simulque Liberis suis.
Vt vnà cum eis in hoc tumulo in Christo quiesceret,
Hoc Epitaphium statuere curauit. Anno D. 1570.

Hic iacet Stanislaus Malesʒowski, Nobili loco natus, &c.

MARGARETHÆ FOGELDERÆ.

Matronæ per omnem vitam pietatis, decoris, & honestatis tenacissimæ viuerent multæ tales, ô vtinam. Ioannes Kowalski Wieruſz, Coniugi desideratiss. ad sextum partum ex oculis eius non ex pectore sublatæ, amoris perpetui pignus supremum lugens semper mœrensque posuit. Anno à Christo Nato, M. D. LXXXVIII.

PIETA-

PIETATI SACRVM.

Ac Memoriæ Spectabilis Viri,

D. Andreæ Petricouij, S R.M. Typographi, qui prisca erga Deum religione, rara in omnes humanitate, in pauperes Christiana liberalitate, conspicuus; de Ecclesia, Repub. atque literis, multiplici selectorum librorum editione benemeritus, matura sibi quidem, at non posteris ætate, placidè excessit Anno M. DC. XX.

PIIS ITEM MANIBVS,

Spectabilis ac Honestissimæ Matronæ, D. Heduigis Pręzynowna Consortis: quæ Maritum virtutibus æquauit, fato præcessit. Parentibus pientissimis filius mœrens.

Andreas Petricouius, I. V. D. & Professor Publicus P. C.

Sed heu fatum!

Dum hoc Progenitoribus parat Cœnotaphium, Coniugem suauissimam, D. Annam Belzianka, Hieronymi F. omni virtute ac matronali decore, nulli secundam ex eaq; susceptum filiolum Stanislaum Petricouium, iij. hora (hac eius vita) infantem continuatis effert funeribus. Anno Christi, M. DC. XXIII. Idib. Febr.

Famato ac Nobili Iacobo Gumowski,
Aduocato & Ciui Crac.
Viro prudentia insigni.
Qui obijt Anno Domini, 1589. 24. Ianuarij.
Simulque Famato ac Nobili Martino Sarski,
Aurifabro, Ciui Cracouień.

Eiusdem Nobilis Iacobi Gumowski Genero.
Vitæ integritate, ac prudentia conspicuo,
Zophia ipsius Coniunx,
Et filia legitima Iacobi Gumowski,
Mœstiss. hoc monumentum amoris ergò posuit.
Obijt Anno D. 1580. 14. Nouemb.

Clarissimo & Doctissimo Domino Petro Slouacio Sdacouiensi,
Philosophiæ ac Medicinæ Doctori Celeberrimo,
Almæ Academiæ Cracouiensis Publico Mathematicæ Professori,
Canonico S. Floriani,
Ac viro bono atque desiderabili.

Collegæ honoris & virtutis causa, Anno D. 1588. die 11. Ianuarij posuerunt.

Astrolo-

Astrologus, Medicus, florentibus occidit annis,
Mitte, nec exprobres, puluis & vmbra sumus.
Vitæ terminum specta.

Nobilis Laurentius Romatowski,
In Romatowo & Superiori Rudno Hæres,
Scabinusque Iuris Supremi Castri Cracouiensis,
Hunc tumulum posuit Nobili Annæ Coniugi suæ charissimæ
cum lachrymis,
Ac vltima post fata hic volet etiam ipse quiescere.
Obdormiuit autem in Christo Iesu, die xxvij. Ianuarij, Anno
Domini, M.DC.LXVIII. Ætatis suæ XLVII.

Andreas Petricouius, I. V. Doctor.

In Principe vrbium Cracouia, parem ortui indolem & genium, ac primores literas hausit: cuius nobile deinde ingenium, Italia excoluit, expoliuit Gallia, peregrinatio, industria, experientia perfecit. Ac ne plura exteris deberet, domi Lauream Doctoratus meruit, meritamque Antecessoris dignitate & diligentia auxit; exornauit Consulatu; Consulatum vigilantia, prudentia, iustitia, & Legationibus ad Regni Comitia obitis; sic publicè vbique par titulis, munerique suo. Priuatim modestia, & comitate erga omnes certabat; Principibus viris, ob singulares virtutes, & consiliorum dexteritatem, felicitatemque gratus. Tandem ille amor & deliciæ omniũ, omnium cum desiderio & luctu die 8. Octob. Anno Salutis, M.DC.XLV. Sexagesimo proximus. Patriæ, Coniugi, Liberis, Amicis ereptus, deposito intra Tumbæ huius angustias corpore, spiritum Deo reddidit. Anna Teresia Pernusowna, Coniunx mœstiss. Marito desideratissimo posuit.

Ioanni Polak de Karnkow Karnkowski,
Castellano Gnesneń.
Capitaneo Głogouień. & Medirecень.

Viro strenuo, artis militaris peritissimo, nec minùs Ciuilibus actionibus claro, bellicis victorijs quamplurimis à fortuna Dei benignitate insignito, animi & corporis dotibus integris, quinque & septuaginta annis ætatis suæ expletis, non sine publico incommodo, & omnium mœrore, feliciter ac Christianissimè die 7. Mensis Iunij defuncto. Ioannes de Karnkow, Cracouiensis Canonicus, Diui olim Ioannis Alberti Poloniæ Regis Secret. Nepos officiosissimus, Patruo suo bene merenti, hic sepulchrum posuit, & Sacellum hoc restauratum exornatumque ad laudem Dei, & in eiusdem Defuncti memoriam dicauit. Anno Domini, Millesimo, quingentesimo tertio.

Genero-

Generosæ Sophiæ Czerska,
Filiæ Magnifici Nicolai Przedbor de Koniecpole, Castell. Rosperien.
Generosus Fœlix Czerski de Czerſi
Iudex Terrestris Generalis Cracouiensis, Secretariusque S. R. M. vxori
suæ charissimæ, Liberisque suauissimis, mœstissimus posuit, volens
quoque vltima post fata ipse cum posteritate sua hic
quiescere.

Apostrophe ad Defunctum.

PArca nimis iusto euoluit tua pensa labore,
Pignora sex inter facta sequestris atrox.
Ante obitum, ternam mors abstulit inuida prolem
Morte obita, supersunt terna relicta Patri.
Dimidias curas charo partita marito es,
Scilicet hæc æqui Iudicis vxor erat.
Viue igitur cœlo, Natos amplexa priores,
Mors est ad Superum ianua duxq; domos.

Vixit annos XXX. Obijt autem Anno D. M. D. LXXXIV.
Die xiij. Octob. Hora xxiij. huius diei.

Sebastiano Lombabardi Floreni, viro industrio, & animi, atque ingenij dotibus ita prædito, vt omnibus esset gratis. Coniugi charis. & de se optimè merito, Anna Miacinska, & pietatis, & summi erga illum amoris, monumentum hoc suis lachrymis conspersum, ad posteritatem extare voluit Obijt à Partu Virginis, M. D. LXXX. Die xxix. Mensis Octob.

Nobilis D. Albertus Krzucki,

Charissimæ Matri suæ D. Annæ,
Hoc Epitaphium in monimentum amoris constructe fecit.
Quæ vita functa, Anno Domini, M. D XC. VIII. sedecima die
Mensis Nouembris, & in hoc loco sepulta, requie-
scit in Domino.

Alberto Nouicampiano,

Doctrina & integritate conspicuo,
Professori Publico.
Ac Præceptori Illustrissimi Ioannis Sigismundi Regis
Vngariæ designati.
Familiares mœsti posuerunt, mortuus Anno M. D. LVIII.
Ætatis suæ L.

Liepho

Ioſepho Latoſzynſki de Latoſzyn,
Terræ Cracouien. Pocillatori.

Hic cùm iuuentam ſuam in negotijs Mauortijs exegiſſet, honoribus deinde Reipub. maximis perfunctus eſt, vt potè, qui Tribunaliorum Marſchalcus, & in Comitijs Regni Nuncius Terreſtris aliquoties fuerit: deinde Vice-Capitaneus Crac. per viij. annos pacis publicæ vindex acerrimus extiterit; vir Catholicæ fidei obſeruantiſsimus, Diuiniſque honoris zelator maximus. Moritur Latoſinij, Anno D. 1611. Decemb. 18. ſepeliturque hoc in Sacello, quod viuus ſibi elegit.

Alexander Niewiarowſki de Niewiarow,
Eximia ſpe Adoleſcens.

Qui in iuuenili ætate militiam profeſſus, cùm in Expeditione contra Tartaros, inſignia generoſi animi argumenta ſtrenuè pro Patria dimicando, declaraſſet; in grauioribuſque Patriæ negotijs verſari meditaretur, Anno ætatis ſuæ 29. immatura morte præuentus, hoc tumulo requieſcit; cui ſaxum hoc in pignus amoris fratres mœſti poſuerunt.

Honeſtus Vir
Petrus Wlodarius,
Ciuis & Sartor Cracouienſis.

Integerrimæ fœminæ Catharinæ, filiæ Ioannis Berk, Ciuis Cracou. vxori ſuæ lectiſsimæ, ad fatalem partum Maij 8. 1589. ætatis ſuæ 29. mortuæ, precatus vitam æternam: Hoc monumentum fidei & amoris ſui reliquit.

Pijs Manibus
Generoſi D. Staniſlai Niewiarowſki de Niewiarow,
Poſitum Anno D. 1629. Menſe Auguſto.

Staniſlaus de Niewiarow Niewiarowſki,
Vetuſta & Illuſtri Proſapia de Armis Ligęzarum.

D E O, & Patriæ, quod debuit & potuit exoluens, non ſibi ſed publico bono natus, primam ætatem durâ & difficili militiâ impenſis ſuis Ordines fæliciter ducens, traduxit. Maturiorem commodis Amicorum iuuandis impertit omnibus, opera, conſilio, ſtudio adfuit, & ſibi ad immortalitatem profuit, in Eccleſiam Niechouicen. liberalis, Ordinis S. Franciſci, cuiuſque Sodalitio dicto facto plurimum propenſus, Familiæ S. Dominici affe[illegible] ex domo ſua hæreditario.

HOSPES,

HOSPES,
Mortalitatis tuæ memor, bonum euentum precare.
Obijt die 29. Menſe Auguſto, Anno Dñi, 1629. ætatis 63.

Hoc ſitus in tumulo
Generoſus de Borek Ligęza,
Generoſi Hieronymi filius,
Hæres in Kiełkow,
Eximiæ ſpei Adoleſcens.
Qui cùm in tenera ſat ætate vberrimum ſtudiorum edidiſſet fructum, quatuordecimoque anno conſummato, Rhetorices attigiſſet, cum omnium admiratione limen, virtutum & pietatis copia plenus, Cracouiæ inopinato correptus morbo, præmaturis ſuccubuit fatis, omni ſpe meliori, & egregiæ indolis, & diuturnioris vitæ dempta; cui in pignus amoris mœſtus Patruus, tanquam vnico hæredi, non abſque maximo luctu, hoc Vexillum affigi curauit in Ædibus SS. Trinitatis Sacello gentis ſuæ communi. Anno Domini, 1646. die 21. Aug.

Nobilis Valerius Kula de Minori Xiąż,
Mortalitatis ſuæ memor.
Monumentum hoc cadaueri ſuo, tum poſteritati ſuæ, poni curauit, credens videre bona Domini in terra viuentium. Vixit annos LXV. Obijt anno M. D. LXXXIV. Menſis Maij 25.

REGINÆ CHRZANOWSKA,
Fœminæ incomparabili.
Olim Nobilis Thomæ Kaminski, S. R. M. Muſici Coniugi,
Nobilis Dominus Staniſlaus Chrzanowski, Maritus ſecundus,
Vxori bene merenti mœſtus poſuit.
Vixit annos 48. moritur Anno Domini, 1607. Die 27. Septemb. hora 12. ſummo mane. Requieſcat in pace.

Diuæ Trasfigurationi IESV Chriſti Saluatoris,
Sanctis, Staniſlao & Nicolao, Epiſcopis,
Dorotheæ Catharinæq; Martyribus.
Excellentiſs. Clariſs. & Nobiliſs. Staniſlaus Zawacki,
cognomento Picus.
Archiatro Phyſicus Doctor.

Firma religionis fide ac ſpe Metamorphoſeon, vitæ æternæ, futuræ, functis dignit. honoribus, ac ſpretis vulgi vanitatibus, hocce Oratorium Sacellum, iuſto ære ſuo ſumptuosè extructum, dicauit; & vt Sacra in eo celebrarentur, ditauit, dotauitque, ad laudem & gloriam vnius in Trinitate, Summi Dei Optimi Maximi, ſuæ quoque & poſterorum ſuorum memoriæ, Studioſiſque Contubernij Philoſophorum, ne vage ſepelirentur, amoris ergò fieri fecit. Vt quos honeſta ſtudia conſociarant viuos, idem ſepulchrum coniungeret mortuos, quod te ſcire voluit Lector. Tu Deum pie pro mortuis exorare, Vale. Extructum Anno Domini, M.D.XCVII.

Ex voto Chriſtiano.

Procul hinc eſte linguæ procaces, & pectora cæca.

Generoſa Anna de Sladkow Minorowa,
Caſtellani Roſprzenſis filia,
Mortales, quas habuit exuuias, hic depoſuit.
Animum immortalem Deo reddidit, quem virtus omnis incoluit.
Quapropter non potuit, quæ benè vixit, malè mori.
Generoſus Hieronymus Conſtantinus de Przybyslawice Minor,
Maximis virtutibus Coniugis memoriæ gratia mœſtus poſuit.
Anno Chriſtiano, M D.C XL.
Ætatis optimæ tranſactæ, XXVII.
Aprileo die xiij.
Præiuit nos ſecuturos.

Generoſo Ioanni Iclitowſki,
R. M. S. Sigiſmundi III. Cancellariæ Secretario.
A ſeruitore ſuo, globis aliquot ex inſidijs viij. die Ianuarij, Anno Domini, M. DC. VIII. crudeliter traiecto.
Ac exinde poſtridie, ætatis ſuæ anno XLII. nondum completo,
Mortuo Fratres mœſti poſ.
Expende, non refert qua, ſed quo.

EPITAPHIVM.

Ioannis Czermienski, viri pij, induſtrij, vtramque fortunam experti.

HVc ades exoptans alienis viuere catus,
Vltima Czermienſki perlege fata viri.
Dum licuit, magnis præſtabat rebus agendis,
Promptus & eloquio, iudicioq; grauis.
Quem Præſul magna Gamratus fouit in Aula,
Ingenij propter talia dona ſui.

Sed

Sed sors humanis gaudens illudere rebus,
Eripuit tanti lumen vtrumque viri.
Res miseranda oculis, & lumine viuere captum,
Attamen hanc sortem fortiter ille tulit.
Fælices quicunque Deo de pectore fidunt,
Non bona, non mala, sors talibus vlla nocet.

Moritur Anno Domini, 1586. Ætatis suæ 68.

Hoc ego Eua condor tumulo, Nobilis genere, meritis Parentum, Nobilis gratia superorum; quæ traxi meum genus à Nobili viro, D. Bernardo Gallarato Italo, cum lacte simul & nobile nomen Euæ suxi ab vberibus maternis. Tandem quamprimum ad senos accingebar annos, fatis adhuc tenerrima fueram oppressa iniquis, & in hac recondita Vrna, quam dulcissimi Parentes, mortem longè præuidentes, mihi, sibique parauerunt & exornauerunt; in qua tremendum Iudicij diem, exoptatosque Parentes, vnà cum fœtu, destituta huius sæculi luce expecto; quæ ex hac vita recessi, die 6. Martij. Anno Domini, 1588.

Pietate erga Deum insignis,
Candida humanitate in omnes celebris,
Baltasaris Balcerowic, Ciuis & Bibliopolæ Cracouien.
Hic spolia mortalitatis quiescunt.

Cuius probitatem ab omnibus adamatam, sicut memoria hominum seruabit ita, vt anima cœlo inferatur, deuotè apprecare Lector. Ego Catharina, vxor mœstissima, doloris testem hoc saxum esse volui, siquidem diutiùs amorem viro testari mors cheu vetuit. Anno Salutis, M. DC. XXVII. moritur vj. Iunij, Ætatis suæ anno LV.

STANISLAVS BOIANOWSKI,

In Maiori Polonia Patrijs bonis contentus esse nolens, Aulam & eius promissa secutus. Anno Domini, M. D. LV. xvij. Iunij. Crac. moritur, antequam viuere didicisset, ætatis suæ XXXXVIII.

D. O. M.

Illustris, & Generosæ spei proles, Ioachimus Comes de Wisnicz Lubomirski, Dobczycen: Lipnicen: Tymbarcen: &c. Capitaneus. Dum obsidioni Smolenscianæ excubat, occumbit; & qui manu hostis occidi non potuit, vi febris victus, occidit. O mors immatura, ni inuidisses, magnum decus Patria vidisset! Eheu spes mortalium inanes! quæ inter manus amplecten-

plectentium quasi vmbra disiliunt, nemo fuit, nemo erit felix, priusquam ex hoc terreno tugurio migrauerit; Valete Amici, & viuite morituri. En vix edoctus viuere morior, & plenus fortunis, hoc vnum, quod virtute paraui, securè teneo. Vixit annis 22. moritur 6. Iulij, 1610.

Generosi Gotardi Korabiewski de Przewodowice, filiæ Dorotheæ in Cielencz Hæredi, Coniugi Nobilis olim Fælicis Gostinski, Aduocati Hæreditarij Raueń. Matri charissimæ, ac desideratissimæ Coniugi Barbaræ, Staniflaus Gostinski, Aduocatus Crac. mœstus posuit. Anno Domini, M.D.I.X.IV.

Magistro Andreæ Crucinio Pilznenfi,
Philosophiæ & Med: Doctori.
Earumq; Scientiarum in Academia Crac. Publ. ac Ordinario Professori Clariss.
Viro frugi & quieto.
Scribendo ac medendo feliciter multis primarijs in Regno
Poloniæ viris accepto & grato.
De omnibusque benè merenti,
Vitæ integritate, morum elegantia, artis Medicæ dexteritate
& præstantia inclarescenti.
Ac in summa expectatione apud omnes posito,
Anno D. M. D. IC. Die xxix. Octob.
Ætatis suæ xxxvij. vita defuncto.
Excellens D. Gallus Alexander Vegrinius,
Philosophiæ & Med. Doctor, Ciuis Crac.
Amico & sympolitæ desideratiss. monumentum hoc FF.

Nec Medicina tibi Andrea, nec vita quieta
Hoc dedit, ante diem, ne morerere tuum:
At suprema etiam, vt maneas post fata superstes,
Hoc medicina tibi, & vita quieta dedit.

HOSPES.

Disce sortem tuam fato magnorum virorum,
Christophorus Dux in Zbaraż,
Supremus Regni Stabuli Præfectus,
Hic situs est.
Quem ad summas ciuiles ac bellicas virtutes natum,
Vitæ ac fortunarum omnium pro salute Reipublicæ prodigum.

Frater

Frater natu maior,
Heu infelix,
Ordine inuerſo ſuperſtes,
Vltimus Familiæ ſuæ,
Caſtell: Crac.
Coactus ipſe à Superis in mille ærumnas viuere,
Tota lugente Repub.
Quæ illius ope tum maximè indigebat,
Prior iuniorem mœſtiſsimus tumulauit.
Exceſsit in Konska Wola, Pridie Nonas Martij, Anno Salutis, 1627.
Ætatis ſuæ 47.

Matthias Stolarz hanc Imaginem ſtatuit.
Corpus inane meum gelidis iacet, vermibus eſca,
Humanæ & formæ gratia tota perit:
Optime dum buſti ſpectas monumenta viator,
Flecte Deum ſuperas, vt petat vmbra domos.

Generoſæ Catharinæ de Wierzchaczewo,
Generoſorum Thomæ Wierzchaczewski, & Feliciæ Kaſzlinska, Nobiliſſima antiquiſsimaque Familia ortorum, ex Palatinatu Poſnanien. filiæ piæ, prudentique Matronæ, quæ nupta primo Generoſo Iacobo Targowski, ſecundo Generoſo Chriſtophoro Roſſnowski, vtrique piè & ſanctè conuixit. Maritis deinde orba, viduum ſtatum, & ſi multis alijs virtutibus, hoc tamen maximè ſancto & pio actu illuſtrauit, quod erroribus Caluiniſticis palam abiectis, fidem ſanctam Catholicam feruenter complexa, in ea firmiter perſtitit. Tandem annum ætatis agens LX. Sacramentis omnibus Eccleſiæ Catholicæ munita, Crac. die viij. Menſis Febr. Anno D. M. DC. XVII. ſanctè obdormiuit, & in ſepulchro Epitaphio ſubiacen. Armis Gentilicijs illius inſignito, beatam expectat reſurrectionem. Samuel de Kaczlino Targowski, Sereniſsimi Sigiſmundi III. Poloniæ & Sueciæ Regis Secretarius, Matri deſideratiſs. & benefactrici cum lachrymis poſuit.

Generoſus D. Valentinus de Raczkowice Garniſz Raczkowski, clariſsimo Poraiorum Stemmate oriundus, Sigiſmundi III. & Vladiſlai IV. Secretarius digniſsimus, à natura ad præclara quæque tam artis quàm Martis ſtudia compoſitus, vt amantiſsimus Patriæ prodromus virilem ætatem militiæ deuouit, cui cùm in omnibus ætatis ſuæ Expeditionibus militaribus tam præcipuè cõtra Oſmanum Turcarum Imperatorem multam operam naua-

ram nauauit, quod verò reliquum ſuperfuit ætatis, vixit Amicis omnibus charus, nemini moleſtus, moritur. Anno 1639. 27. Martij. Quem exanimem mœſtiſsima Sophia de Mſtow hoc proſecuta eſt monumento.

Sebaſtianus Comes in Wiſnicz Lubomirſki,
Caſtell: Woyniceń.
Sendomirień. Capitaneus,
Antiqua fide & virtute Senator,
Religione in Deum ſumma.
Ideoque in Clerum & Religioſorum Ordines effusè propenſus.
Reipub. integritatis ſtudioſiſſimus,
Obſequio in Reges Maioribus ſuis par.
Bello & pace clarus,
Humanitate & officijs certare ſolitus,
Atque ideò omnibus amabilis.
Huic nihil defuit, præterquam quod mortalis fuit.
Vixit annos 76. Obijt 20. Iulij, Anno 1613.
Tu qui legis Viator,
Dic, precor, animæ, parce Deus.

Generoſus D. Ioannes Gumowſki,
Ingenij & animi ſingulari præſtantia, pietate in Deum & Amicos, candore Iuris non ſolùm externi, ſed & Patrij cognitione, rerumq; vſu clariſſimus, Sereniſſimorum Regum Poloniæ, Sigiſmundi III. & Vladiſlai IV. Secretarius, & Decretorum Notarius, moritur anno Chriſti Domini, M. DC. XXXIII. Die 2. Menſis Maij. Vixit annos LVIII.

Boguſlao Laurentij Krzecki de Krzety, ex Eliſabetha de Chlapowo, filio optime indolis, & ſupra ætatem præcocis ingenij, gratioſo nimium & amabili puero, qui ſeptimo ætatis ſuæ anno, ſummo ſui ardore & deſiderio relicto viuere deſijt. Crac Anno Domini, 1593 Die 5. Februarij, Ioanes Krzecki Nepoti, acſi filio ſuauiſſimo dolens poſuit. Vixit annis 6. Menſibus 3. diebus 9.

Nobilis olim Iacobi Eccl: Cath: Crac. Organiſtæ iuuenis iucundiſsimi
EPITHAPHIVM.

Organa

ORgana dum digitis pulsaret celsa Iacobus,
Arx vbi Sigmundi confabricata manu est.
Audijt hunc Rex, & Præsul, sic dulce canebat,
Non habuit similem terra Polona sibi.
Protinus Astrorum motus dulcedine Rector
Hunc vocat, & sedes fecit adire suas.
Paruit, & chari, dixit, valeatis Amici,
Præsertim Wolscj, semper amande vale.
Tu mihi fidus eras, fac vultum pingere, nam scis
Qualis eram, paruus contegat ossa lapis.
Nil famam teget: huc propera sero; omnia Diui
Læta ferant socios, qualis & ipse fui.

Thomas Wolski amicissimus, non sine mœrore posuit maximo, Anno Domini, M. D. LXXI. Martij xvij. ætatis XXXII.

Philippus Callimachus, natione Thuscus, vir doctissimus, vtriusque fortunæ exemplum imitandum, atque omnis virtutis cultor præcipuus, Diui olim Casimiri, & Ioannis Alberti, Poloniæ Regum, Secretarius acceptissimus, relictis ingenij ac rerum à se gestarum pluribus monumentis, cum summo omnium bonorum mœrore, & Regiæ Domus, atque huius Reipub. incommodo. Anno Salutis nostræ, M. CCCC. LXXXXVII. Calend: Nouemb. vita decedens, hic sepultus est.

OSSA

Iuonis de Konskie Odrowążij,
Diui Iacynthi Patrui,

Episcopi Crac.

Mutina, ad quam Anno D. M.CCXXIX. vita defunctus est, Cracouiam à Patribus Ord: Prædic. huius Conuentus Anno Domini, M. CC. XXXIX. translata.

Hic sub rudi saxo conclusa.

Cuius in Deum pietatis, Ecclesiam & Patriam charitatis, testes sunt & monumenta, Templa Deiparæ Virg. in foro Crac. Claræ Tumbæ S. Spiritus Crac. Mstouien. Dzierzaznen. Koscen. Monasteria SS. Trinit. Ord: Præd: Crac. Claræ Tumbæ Ord: Cister. Mstouien. Can: Reg. S. Augst. Hospitale S. Spiritus de Saxia Crac. omnia proprijs impensis Annis XII. quibus Ecclesiæ Cracouien. præfuit, extructa & dotata. Ioannes Węzyk, Abbas Commendatarius Claræ Tumbæ, Sepulchrum hoc Monasterij sui optimi Parentis marmore contexit. Anno Domini, M. DC. XVIII.

R. D. Ioan-

R. D. Ioanni Zaborowſki,

Epiſcopo Chełmenſi Electo.

Viro pietate, doctrina, integritate vitæ, & grauitate morum, vel apud exteros longè clariſsimo. Qui cùm in obeundis grauiſsimis Regni negotijs, promptam ſemper D. Sigiſm. & Auguſto Regibus exhibuiſſet operam, iudicio etiam Sapientiſsimi Regis Stephani I. ad Senatoriam Regni dignitatem euectus, moritur Crac. die xiij. Iunij, Anno M. D. LXXVII. Hyacinthus Mlodzieiowski, Curiæ Regni Theſaurarius, Capitaneus Krzeczouien. Auunculo ſuo chariſsimo, mœſtus poſuit.

D. O. M.

Petrus Myſzkowſki à Mirow,

Ex Regni Procancellario Plocenſis primum, deinde Crac. Epiſcopus,

Mortalitatis ſuæ memor,

Viuens ſibi hoc monumentum poſuit, Anno M. D. LXXXIII.

Viuite ſuperſtites mortis memores.

Nos quoque viximus, & quidem genere, gratia, honoribus, & id genus alijs rebus, quæ vulgus hominum, & imperita multitudo admiratur, diu multumque floruimus. Quin etiam in excolendo ingenio, in ſtudijs literarũ, & in cognitione earum rerũ, quæ natura abſtruſæ, ac penitus abditæ, plurimum operæ poſuimus. Quæ quidem nunc vnà cum corpore morte proſtrata iacent, omnia, nihilque noſtri ſupereſt, præter animum diuino munere datum, eumque ſolicitudine Parentum, ac liberali induſtria, à teneris annis ita pietate imbutum, & ingenuis artibus inſtructum ac ornatum, vt nullis poſtea vulgi opinionibus, aut turbulentis huius infelicis ſæculi erroribus inquinari potuerit, idque diuino beneficio, cui omnia noſtra accepta referimus, ipſique ſoli gloriam, laudem, & honorem, diuinum tribuimus. Vixit annis LXXX. Quietem poſteri precentur.

R. D. Andreæ Iankowſki,

Presbytero Eccleſiæ Zaſlauień in Volchinia.

xiij. annis Vicario.

Inſigni pietate ac doctrina viro, Diuini cultus amantiſs. in ſacros Cœtus, Roſarium verò SS. inprimis munifico laboribus ob animarum ſalutem indefeſſo: quem varijs in Eccleſia curis exhauſtum, Romamque illam ſuſpirantem, Deus immortalis mortalitatem hic deponere, atque ad æternitatis illius beatè præmium adſpirare iuſsit, Anno Salutis, M. DC. XV.

Chare Viator abi, Requiemque precare ſepulto.

Stephano

Stephano Dendorſki,
Viro Nobili,
Artium Magiſtro,
Iuris Baccalaureo,
Mortuus Anno Domini, M. D. LXI. Maij xij.

Hic iacet & virtus, iacet & doctrina, fideſq́,
Condita ſunt tumulo hoc tot monumenta viri.
Ante diem duri hunc rapuit vis effera fati,
Vnica qui fuerat ſpes Patris & Patriæ.
Huic Hoſpes ergò ad tumulum chariſsime dicas,
Vt cœlum hic videat vir bonus atque pius.

Stanislao Radoſicio,
Artium bonarum Magiſtro,
Iuris Licentiato,
Canonum in Alma Cracouien. Acad. Publico Profeſſori,
Anno Domini, 1588. Die 5 Feb. vita functo,
Executores mœſti Amico & Confratri poſuêre.

Nomen Radoſicij veſtram ſi venit ad aurem,
Qui legitis, iaceo hic: hic monumenta mea.
Soluite iuſta mihi, iuſtum eſt orare Tonantem,
An dubium eſt & vos, iam cito poſſe mori.

Legum Staniſlaus bonus Profeſſor repoſitus iacet hic, precem repoſcit à te Chriſticola, heu memento fratris, qui ſcis, quin hodie mori recuſes.

Quiſquis es,
Lapidem hunc ne moueto,
Iniuriam ſepultæ non facito,
Quæ viuens iniuriam fecerit nemini.
Hic Sophia Herbultowa ſepulta quieſco,
Cuius ſepulchrum alterius corporis capax non eſt.
Heus locum ſepultæ non inuideto, Anno Domini, 1630.

Venerabili Alberto Bronowſki, Cantori Viſliceń. Rñdiſs. olim

Franciſci Kraſinſki, Epiſcopi Crac. familiari viro, pietate & vitæ integritate conſpicuo. Anno D. M. D. LXXIX. die Iouis, xv. Octob. vita functo Executores Teſtamenti mœſti poſuerunt.

Hic iacet Staniſlaus Kokoſzka, S. Th. Baccalaureus, &c.
Anno Domini, 1132. xiij. Februarij.

Lucæ Aquilino, S.R.M. Poloniæ Concionatori digniſs. poſitum. 1553.

Honorabilis olim Petrus Sepni clauditur ſub hoc lapide. 1550.

Lapis mutus ſum, loqui tamen coactus.
Bonæ Iuuentuti narro.
Gñoſum Theodorum Cielecki, admodũ iuuenem, propter ſingulares & raras in hac ætate virtutes, Parentum, Præceptoris, totius Vniuerſitatis Cracouien. fuiſſe delicias. Sed heu delicias! dum Academiam, Rempublicam, Eccleſiam Dei in ſpem de ſe magnam excitat, repentino morbo ipſo die Pentecoſtes ex hac vita mortali ad illã immortalem tranſlatus eſt. Anno M. DC. XXVIII. Iunij xij. M. Gregorius Golinski, Eloquentiæ Profeſſor, Cuſtos Opatouien. diſcip. chariſs. amoris ergò.

IOANNI GROTH,
Conſuli Cracouień.
Viro probitate ac prudentia ſingulari.
Hoc excepto,
Quòd viuens extra gremium Cathol: Eccleſ. vanas Hæreticorum opiniones ſequebatur.
Nec non Ioanni filiolo nondum trimulo ex eodem ſuſcepto.
Catharina Mączyńſka,
Nunc Generoſi D. Podoſki vxor,
Coniugi Chariſſimo, & de ſe optimè merito,
Et Nato optatiſs.
Suæ erga illos pietatis & amoris monumentum hoc extare voluit. Præſertim autem, quòd virum iam moriturum, pijs precibus, & conſtante religionis affectu, id, quod antea ſæpiùs tentauerat, cooperante tunc in eo Spiritu ſancto, ad veram Eccleſiæ vnionem reuocauit. Obijt Anno Domini, 1577. Die 9. Septemb. Filius verò illius, Anno Domini, 1589. Die 22. Ianuarij.

MEMO-

MEMORIÆ.

Reuerendi D. Ioannis Alantſſe,
Philoſophiæ & Medicinæ Doctoris,
Canonici Płoceń.
Illuſtriſs. ac Reuerendiſsimorum Petri Myſzkouij Crac.
Alberti Baranouij Płoceń.
EPISCOPORVM,
Medici digniſs.
Probitate & morum elegantia commendatiſs.
Obijt Anno D. M. DC. XXVI. Die 14. Septemb. Vixit annis LXX.
Lector, vt illi melior LVX. luceat, precare.

IOANNI BILINSKI,
Nobili Famil: Maſouień.
Ingenio & virtute prædito,
Nominato, Electo, & Confirmato Epiſc: Plocen. &c. &c.

Benedictus Izbienski,
Epiſcopus Poſnanienſis,
Amantiſſimo fratri ſuo
Petro Izbienſki,
Canonico Vladiſlauień.
Secret: Regio.
Anno Domini, M. D. XXVIII. Die xvj. Aug. vita functo.
Hic ſepulto poſuit,
Anno M.D.XLVII.

Magnis Manibus
Pauli Petri Trizna.

Quem intimum primum Vladiſlai IV. Cubicularium, tum Dapiferorum M. D. Lith. Præfectum, & Staroduben. Capitaneum, vbique Magnis Maioribus parem fortuna, Patria, Cœlum ornauit, rebellis Moſcua in Arcis Smolenſcen. contra CC. M. ſuorum militum defenſione dignum Illuſtriſſimo Carolo Chodkiewicz, Supremo Exercituum M.D.L. Duce optimo, Inuictiſs. Feliciſs. Tribunum ſuſpexit.
Sed heu!

Post tot ingenio, animo Amicis, Regi Regnoque præstita obsequia,
Post Moschouiæ, Prussiæ, Lituaniæque Laureas,
Gentilitiam herbam porrexit fato Crac.
M. DC. XXXIX. Mense Maio, die xv.
Aui sui Andreæ Sapieha, Palatini Smolensc. monumento corpus, luctum fratri Gedeoni Michaëli Trizna, Supremo M. D. Lith. Thesaurario, Brestcn. Surasien. Perstunensi Capitaneo; Grodnensis, Mochilouiensis Oeconomiæ Administratori; Porstunen. Prælomen. Nowodworen. Syluarum Præfecto.

Exemplum Posteris,
Orbi famam reliquit.

Generosus D. Martinus Krzeczeski, Palatinatus Lancicien.

Instigator Regni.

Nobilissima & vetustissima Familia ortus.
Vir cùm alijs virtutibus, tum verò eloquentiæ gloria, peritiaque Iuris Patrij, & animi sinceritate clarus, magno sui apud omnes desiderio relicto, hanc vitam in meliorem commutauit. A. D. 1610. Die 8. Mensis April. Ætatis suæ 38.

Magnif: D. Andreæ Petro Stadnicki de Zmigrod,
Perantiqua & clarissima Stirpe oriundo.
Viro pietate & prudentia eximia,
Atque animi magnitudine morumque facilitate singulari,
De Rege, Repub. Amicis optimè merito.
Religionis auitæ, Ordinisque sacri propugnatori acerrimo, qui vix ex Moschouia reuersus manè, rebus diuinis Crac. peractis, subita vi morbi oppressus, ex hac mortali vita, ad illam æternam commigrauit. Vixit annis XLVIII. moritur Anno Domini, 1608. die xix. Octob. Sophia Seninska, hoc amoris & desiderij monumentum Coniugi charissimo, mœrens cum lachrymis P.

Generosi ac Nobilis viri Adami Gorski alienigenæ,
S. R. M. Secretarij.

HOspes, siste gradum, breuiter mea perlege fata,
Septem lustra anno plus vixi, & iam ecce resigno
Morte diem, iam eo à vobis, mea pectora fratres,
Quid linquam post me, nomen virtutis honestum.

Vixi,

Vixi, dum vixi rectè, non laudis egenus,
Et Regi, & Patriæ verè seruiui, ideò me
Lumine Rex semper grato dignatus, & aure est,
Nunc autem meliore mei super æthera parte.
Migro ardens Romanæ Religionis amator.
O dulces animæ fratrum, cariq; Propinqui,
Iam saluete diu memoresq; mei, vsque valete.

Stanislaus Gorski Ielienski, Notarius Terræ Sacrotimensis, & Sigismundus Capitaneus Ostrouien. Fratres germani, Fratri carissimo posuerunt.

PAVLVS SCZERBIC,

Præpositus Sandomirien. Canon: Varsauien. Secret: Regius.
In iuuenili ætate Iuris Saxonici,
Et postea Politicorum Iusti Lipsij translator.
Promptuarij Statutorum & Constitutionum Regni autor,
Legum Mag: D. Lith. Corrector.
Decretorum duorum Regum, Stephani & Sigisinundi Tertij,
Annis plùs xxv. Scriptor.
Iudicijque Regij Consiliarius vbique fidelissimus.
Persecutionum propter iustitiam contemptor patientissimus.
Sorte sua paupercula contentiss.
Ob idq; ab ambitione & auaritia alieniſſimus.
Reliquo, quod superfuerat, vitæ & otij, contemplationi & pœnitentiæ dat, tandem hic aduentum Redemptoris sui expectat.
Lector, si viuum amasti, ora pro amico,
Si viuum odisti, parce mortuo.
Vixit annis LVI. Mensibus vj. moritur die xxx. Martij. A. M. DC. IX.

Barbaræ Generosi D. Staniſlai Orlik, Terrarum Ruſsiæ Supparij &c. filiæ, Epithaphium.

Hic iacet Orlici soboles, cui Barbara nomen,
Vix annos misero, vidit in orbe duos.
Illius Orlici totum, qui circuit Orbem,
Hanc sibi fert dotem cum lachrymis tumulum.
Hanc Catharina Parens tribuit Comorouia dotem
Omnium, at hic felix quem citò fata trahunt.

Maiorum

Maiorum Memoriæ,
Cineribus Patrui & Benefactoris,
Æternæ Matris fratrum requiei,
Suæ denique & Coniugis.
Suorumque Succeſſorum ſepulturæ,
Sacellum hoc à fundamentis erexit,
Sigiſmundus Myſzkowſki,
Marchio Gonzagæ & Mirouiæ,
Supremus Regni Poloniæ Marſchalcus,
Petricouien. primumque Nouocorcin. Grodecen. Solecen.
Viſlicen. Goſcinen. Præfectus, &c.
Non inſcius ſortis humanæ,
Finem reſpiciens hanc metam omnium eſſe.
Opere hoc teſtatus eſt.
Et Rñdum in Chriſto Patrem D. Petrum, Epiſcopum Cracouien.
& Ducem Seuerien. humauit.
Ibidem Illuſtr. Beatam de Przerąb,
Ioan: Caſtell. Siradień. filiam.
Coniugem verò Sigiſmundi, Oſwiecimen. & Zatorien. Duc. Præfecti.
Matrem ſuam ſepeliri curauit,
Duos itidem Fratres,
Ioan : Caſtell : Zarnow.
Et Petrum Palatinum Rauen. Capit. Chęcineń.
Regni Senatores.
Ingenio feliciſſimos,
Doctrina & vſu rerum inſignes,
Prudentia incomparabiles,
Magnos in Repub.
Depoſuit.
Sibique eum
In quo mortuus quieſcens, vltimum operiretur diem.
Viuus elegit,
Anno Domini, 1614.
Quietem poſteri precentur.

Iuo de Domo Odrowąż,
Comes de Konſkie,
Canonicus Crac.
Et Leſtkonis Albi Ducis Poloniæ Cancell.

Vacante Sede Crac. per ſpont. ceſsionem Vincentij Kadlubkonis, in Epiſcopum per vnanimem Capituli Crac. Electionem aſſumitur. Qui cùm Anno Domini, 1216. Romam ad Honorium III. pro ſui Confirmatione ſeſe contuliſſet, ac inſolitam reſuſcitationem Neapoleonis Cardinalis Stephani Nepotis, ex equo deiecti ac mortui, ad preces S. Dominici conſpexiſſet, eiuſdem ſanctitatem feruentemque prædicationem exploraſſet, deſiderio Nouæ Religionis in Polonia plantandæ accenſus, rem B. Dominico exponit, & vt Fratres ſui Ord: Crac. mittantur, inſtanter petit. Verùm B. Patre abnuente, eò, quòd neminem linguam Polonicam callentem haberet, prædictus Antiſtes, quatuor ſuos familiares, nomina ſua Religioni dare volentes, B. Dominico obtulit; videlicet Hyacinthum de Domo Odrowaz, Can: Crac. Conſang. ſuum, in villa Kamien ortum; Ceſlaum Polonum, Henricum Morauum, Epiſcopalis Curiæ Marſchalcum, & Hermanum Theutonicum. Hos B. Dominicus ad Ord: ſuſcepit, & ſufficienter inſtructos, atque ſolennit. Profeſſos in Polon. miſit, Anno Dñi, 1217. Antiſtes verò tum conſenſu Capituli, tum munificentia Ducis Leſtkonis Albi, F. Hyacintho & Fratribus Ord: Præd. Eccleſiam Paroch: SS. Trinitatis in Ciuitate Regali Crac. tradidit, copioſaque ſupellectili ditauit, & locum ſpatioſum pro conſtruendo Monaſterio præfatis Fratribus aſsignauit. Hic idem Antiſtes hæc Monaſteria conſtruxit, videlicet Claræ Tumbæ, Dlubnen. Mſtouien. Eccleſias quoque Parochiales B. Virginis Mariæ in Circulo Crac. in quam Ius Parochiale, quod in Eccleſia SS. Trinitatis fuerat, tranſtulit; præterea in Wawrzynczyce, in Dzialoſzyce, in Dzierzazna, Sandomiriæ S. Pauli, ac Hoſpitale S. Spiritus Crac. Tandem prædictus Antiſtes dignitatem Metropolitanam per Lambertum Sulam Epiſcopum Crac. neglectam, cupiens ſuæ Eccleſiæ reſtitui, Gregorium X. Papam adijt, vbi ſuæ Eccleſiæ dignitatem recuperauit. Expeditis itaque negotijs, tam ſuæ Eccleſiæ, quàm priuatæ deuotionis, in Poloniam reuertitur, ſed in itinere febribus correptus Anno Domini, 1229. Die 21. Iulij. Mutinæ in Domino moritur, & in Eccleſia Cathedrali iuſto cum honore ſepelitur, cuius Oſſa inde Patris Martini Sandomir. & aliorum Fratrum Polonorum eiuſdem Ord: Crac. decenter ſunt tranſlata, atque in hac SS. Trinitatis Eccleſia in medio Chori recondita. Anno Domini, 1237.

R. P. Dominicus Małachowſki, Epiſcopus Laodiceń. Suffraganeus Crac. ex Ord: Præd. A. 1539.

Gene-

Generosi D. Staniſlai Wlodek, & Catharinæ Koniecpolska, Coniugum.

VRna virum tegit, vnà cum Conſorte ſepultum,
Quos etiam è viuis ſuſtulit vna dies.
Morbi cauſa grauis, ſi illo diſcrimine vicit,
Ambos, & vitæ lumen acerba tulit.
Non animus virilis, non lingua diſerta marito
Defuit, & mores conſiliúmq; decus.
Vxori pietas, verecunda modeſtia vitæ,
Ornandi oppreſſos, ſorte nocente fuit.
Viuite iam Chriſto, vitiiſq; metuq; ſoluti
Corporis, & nitidi ſcandite ad aſtra Poli.

D. O. M. S.

CHRISTOPHORVS DE ZBARAZ,
Supremus Regni Stabuli Præfectus,
In ornamentum ſæculi, priſca Ducum Stirpe editus,
Dum Maiorum decora, æmulis virtutibus æquat,
Vix medio ætatis, iam immenſo gloriæ ſpatio confecto, natali cœlo receptus,
Mortalitatis exuuias ſub hoc ſaxo depoſuit.

Qui
Tanquam tutelare Numen laboranti Patriæ adornatus,
Bonis omnibus lugendi neceſſitatem,
Maleuolis, non lugendi verecundiam,
Impoſuit,
Fratri verò ſuo,
Fraterni amoris exemplo vnico,
In Familia vltimo,
In Patria primo,
Vt illius gloriam cumulandam,
Ita huius ſalutem procurandam,
Memoriam autem ſui æterno luctu conſeruandam,
Reliquit.

D. O. M.

Si cupis cognoſcere, ô Hoſpes,
Quis hoc lapide, proh dolor, tegitur!
Siſte gradum.

Chriſto-

Christophorus Dux in Zbaraz, Supremus Regni Poloniæ Stabuli Præfectus, quem Frater natu maior, vltimus Familiæ infelix Superstes Castellanus Cracouiensis, vnicum suum desiderium, Patriæque salutem, lugente simul tota Republica, spem, votaque omnium mœsta manu contegit, coactus ipse à Superis in mille cruciatus doloris viuere.

Abi Viator,
Et dole vicem Magnorum virorum incertam.

ΙΣ Ω ΧΣ

Subter te qui legis,
Simeon Zimorowic Leopolienſis,
Omnium Muſarum & Gratiarum
Floridus Adoleſcens.
Particulam Terræ Roxolanæ
Cum calculo abiecit.
Ipſe Indole, literis, moribus,
Annos xxv. ſupergreſſus,
Redijt vnde venerat.
Anno 1629. Die 21. Iunij.
Cui
FR. MR. lachrymas & longum
VALE.
Tu Supremum Haue, da, & I.

Alexandro Myſzkowſki à Przeczyczow,
Optima ſpe ac præclara indole Iuueni.
In ipſo ætatis flore, & omnium hominum gratia, dum in communi Regiæ Familiæ, expeditione in Barbaros profectionem parat, acerba morte extincto, Petrus Myſzkowſki C. C. Fratri deſideratiſs. poſ. Anno M. D. XLVIII. vixit annis XXVII.

Generoſus D. Staniſlaus à Kuczkow Kuczkowſki.
Vir ob ſingularem in Deum pietatem, amorem in Patriam, eximiam in ſuos obſeruantiam, omnibus charus. Et ideò Sigiſmundo III. Sereniſsimo

Regi Poloniæ, apprimè commendatus, ab eodem Theloneorum Regni, postea verò perspecta fide ipsius Zupparum Salinarium Crac. Præfectus. Ibidemque boni Ciuis officio functus, maximam ab omnibus laudem, summo totius R. P. emolumento meritus. Successu tandem temporis senio confectus, vnico filio, & tribus filiabus relictis mœstissimis, obdormijt in Domino, xxvj. Martij, Anno Salutis, M. DC. VIII.

Ætatis suæ LXV.

Tu qui legis,

Defuncti iuua pijs animam precibus,

Nicolaus Kuczkowski de Kuczkow,

Aulicus S. R. Maiestatis, Capitaneus Woyniceń.

Patri suo charis.

Hoc monumentum posuit.

Generoso D. Georgio Sobiesinski, de Sobiesie Villa.

Ex Palatinatu Calisiensi.

Antiqua Nobilitate oriundo, &c. Anno M. DC. I. die April. x.

Famato ac Honesto Viro,

Iacobo Szwayczer,

Aurifabro ac Ponderatori,

Ciui Cracouień.

Pietate, prudentia, ac integritate vitæ claro.

Anna Coniunx mœstis.

Hoc monumentum amoris ergò posuit.

Anno Domini, M. D. III. &c.

Ioanni Odrowąsio Chlewicki,

Familiæ vetustate, generis nobilitate haud postremo; aduersæ valetudinis diuturnæ tolerantia, raro ac magno animo; Catharina Gente Carnicia, de Magna Poremba, Marito desideratis. de se benè merito gemebunda posuit.

Generosus D. Augustinus de Raczkowice Garnisz Raczkowski,

Ex Stemmate Poraiorum.

Ingenij præstantia, prima ætate ad præclara quæque excitatus, virilem ætatem transegit in militia, cùm aliàs, tum præcipuè ad Chocimum contra Osmanum

Osmanum Turcarum Imperatorem, cum Illustrissimo Sieniawski, sub auspicijs Illustriss. DD. Stanislai Lubomirski, Comitis in Wisnicz, Generalis Exercituum Regni Ductoris; quod verò reliquum superfuit ætatis, vixit Amicis omnibus charus, nemini molestus, moritur die 2. Maij, Anno Domini, 1637. Ætatis 37.

Martini Zaloga Clarissimi ac Generosi Viri tristes ad tumulum inferiæ.

PRæstantem ingenio, & senio, nulliq; secundum,
Nomine, fortuna, Nobilitate virum.
Eripuit præceps duri violentia fati,
Viuere qui longo tempore dignus erat.
Sed viuit, numerumq; auget, pius ipse piorum,
Quod fouet æterno Regio celsa sinu.

Mortuus Anno D. M. LXXVI. die xiij. Octob. Vixit annis LXIX.
Executores poni curarunt.

STANISLAO GVTOWSKI,
Ex Nobili Familia oriundo, &c. &c.

Anna Wierzbowska de Wierzbow, deuotissima Virgo, Nobili genere, nobilior virtutibus, è quibus profunda humilitate inuicta, patientia admirabili, abstinentia, liberalitate, in pauperes munificentia, eximiè coruscans, cum opinione sanctitatis obdormiuit in Christo, die 26. Martij, Anno Domini, 1609. Cuius ossa hoc lapide consignata.

Hic iacet Generosus D. Valentinus Raczkowski de Raczkowice.
Obijt Anno Domini, 1515. Die 6. Octobris.
Oretur pro eo.

Nobili Andreæ Zarski,
Fide Orthodoxa in Deum,
Pietate singulari in Patriam,
Fidelitate sincerâ in Serenissimum Regem Stephanum,
Marte fortunato in Moschum Tyrannum,
Affectu & effectu in pauperes,
Parenti felicissimo,
Flebilis Coniunx posuit monumentum.
Relicto vtrinque in Partibus loci huius immobilium bonorum suorum,
Immortali Hærede Christo.

Obijt Anno Domini, 1614. Die 13. Nouemb.
Ætatis suæ 50.

Generosa D. Catharina de Komorow,
Coniugi suo fidiss.
Generoso Domino Staniſlao Orlik de Łaziſka,
Terrarum Ruſsiæ Zuppario, honorificentiſsimè
Primum hic ſepulto,
Lapidem hunc illi ſuperponi.
Deinde Sacellum hoc iam penitus neglectum reſtaurari,
Illudque liberaliter dotari
Curauit.
In quo etiam corpus ſuum humari voluit,
Vt quos fides coniugalis viuentes teneret,
Eos idem locus quoque mortuos haberet,
Vixit annis, Mortua die

Generoso Domino Staniſlao de Łaziſka,
Militi Hieroſolymitano,
Zupparum Ruſſiæ Præfecto.
Qui mortuus eſt Anno Domini, M. D. LIX. Die vj Iunij.
Anno verò ætatis ſuæ 50.
Catharina de Komorow, Coniunx mœſtiſſima,
Coniugi deſideratiſs. ac de ſe optimè merito,
Poſuit.

Proſper Prouana,
Apud ſuos Maiorum Nobilitate clarus,
Apud exteros virtutis ſplendore clarior,
Cum tribus Summis Polonorum Regibus,
Sigiſmundo Auguſto, Henrico Valeſio, Stephano Bathoreo.
Vni Vngarorum, Ioanni ſecundo,
Sua fide atque induſtria probata,
Ampliſsima munera adminiſtraſſet.
In his Salinarum Cracouienſium Præfecturam.
Quam ingenti prouentu auxit,

Deſiderato

Desiderato in hac mortali vita honestissimorum laborum præmio.
Ad immortalem, vnde verum præmium rectæ vitæ munere
defunctos manet, auolauit.
Die xx. Mensis Septemb. Anno Domini, M.D. LXXXIV.
Generosus Nicolaus Korycinski, & Ioannes Bapt.
Curatores Testamenti PP.

Nobili Ioanni Grodzicki, ex Maiori Polonia oriundo, Anno D. M D. XC. Ætatis suæ XXIII. præmaturè febri malegna extincto. Nobilis Barbara Grodzicka, Stanislai Vngeri, optimè de Vrbe Posnanensi meriti vxor, votorum persoluendorum causa Cracouiam excurrens, fratri dilectiss poni curauit A.D.M.DC. X. Mense Iun.

Præclaræ Gentis Sulimorum,
Generoso Domino Petro Pęgowski,
De Terra Siradien. Tenutario, &c.

Quidquid de terra habuit, deposuit. Illustriss & Adm̃. Reuerend. D.D. Christophorus Morski de Morsko, Abbas Monasterij Norbert. Sandecen. S. R. M. Secret. quem è viuis 38 annorum mors abstulit, Crac: 23. Feb. Anno Domini, 1633. Oretur pro eo.

Generosæ Agnetis Dłuszewska de Dłuszew, Coniugi olim, &c.

Famato Viro Thomæ Fezolano, Ciui Crac. pietate, integritate, & morum probitate, in Ecclesia Catholica conspicuo, Anno Domini, 1570. Die 17. Martij fatali vita defuncto: honesta Anna Coniunx fidelis. Marito suo integerrimo, hoc amoris monumentum mœsta posuit, & orationibus Christi fidelium commendauit.

NICOLAO BOGVSZ,
Tribuno Lublineń.
Capitaneo Cranostauiensi,
Viro summa prudentia atque fide,
Singulariqúe suauitate orationis prædito,
Ac simul etiam scientia rei militaris cæteriśque præclaris
ornamentis cumulato.

Cura-

Curatores Teſtamenti,
Amico de ſe optimè merito poſuerunt.
Obijt vj. Septemb. Anni Domini, M. D. LX.
Ætatis verò ſuæ Anno LXVIII.

Generoſo D. Martino Iarochowſki de Waigawa, in Nagorzany hæredi, qui mortuus eſt die xij. Octob. Anno D. M. D.XCVIII. agens annum XCI. Generoſa D. Barbara Ozarowſka, Parenti ſuo chariſſimo mœſtiſs. ac cum lachrymis poſuit.

ALBERTVS GIEBVLTOWSKI,
Veteris Gloriæ Comitum de Koźiegłowy,
Hæres & Propagator fideliſſimus.
Henrico inprimis IV. Galliarum Regi
Ob ſtrenuam militiam,
Et prudenter apud Anglos geſtum Internuncium
Egregiè charus.
Deinde
SIGISMVNDO III.
Domi, & in Sueciam contra Carolum Sudermaniæ Principem eunti,
Fide, conſtantia, grauitate probatus,
Ad Rudolphum II. Romanorum Imperatorem
Summa cum laude munus Legationis obijt.
Inde Regis Secret.
Mox ſummorum in Repub. honorum candidatiſsimus vocatur.
Sed animus viri maior humanis omnibus omnem deſpicit altitudinem, contentus ſtudiorum & meritorum ciuis boni conſcientia, quam ſingularibus magnarum virtutum exemplis decoratam, poſteris relinquens, ad immortalitatem euolat, è terreno diuerſorio, die xxviij Decemb.
Anno Domini, 1623. Natus annos 63.
Dic bene Lector optime, animæ.

Illuſtriſs. Catharina Białuſzyna de Melſztyn, ſingularis Benefactrix huius Conuentus.

PAVLVS DEMBSKI,
Epiſcopus Laodiceń. Suffra-

Suffraganeus, Can. Vicarius in Spiritualibus, & Officialis Crac.
De Terra Płocenſi,
Armorum Prawdzicz,
Matri ſuæ
Catharinæ Dembſka de Schidłowo,
Terræ Płocenſis, de Armis Lubiczowie,
Quæ mortua habens annos LXXXII.
Hoc monumentum mœſtus poſuit.
Anno Salutis, 1601.

In Urna.

HOSPES.
Hoc tumulo depoſita ſunt Oſſa
Andreæ de Precłauia Koniecpolſki,
Exercituum Regni Poloniæ Notarij,
Iniquo Fato ante tempus perempti.
Qui
In omni vitæ gradu,
Eodem tenore probitatis,
Prudentiæ & Humanitatis,
Nec non conſtantis & moderati animi fama
Præclarus.
Obijt Anno Virginei Partus, 1649. Die 23. Martij.
Ætatis ſuæ 28.
S. S.

In Vexillo appenſo.

D. O. M.
Andreas de Precłauia Koniecpolſcius,
Heîc ſitus eſt,
Qui
Ad ſumma quæque natus,
Per gradus militares in Patria honores aſſequi voluit.

Primum-

Primumque Germanicæ cohortis Præfectus,
Dein exercituum Regni Graphiarius,
Tandem Legionis Tribunus,
Dum in re Caſtrenſi Magnum bellorum Ducem
Patruum imitari conatur.
Ad coronam & triumphos fato præmaturo
Ad Superos euocatur.
Vos lugete Poloni.
Familia ornamentum amiſit, Reſpublica virum,
x. Kalend: April. M. DC. XLIX.
Cùm vixiſſet Annis 28.
S. S.

In tabula ærea Vrnæ impoſita.

Chriſto reſurgenti, Sacrum.
Claudit hæc Vrna Illuſtris Viri,
Andreæ de Prectauia Koniecpolſcij
Copiarum Regni Graphiarij vigilantiſſimi,
O S S A.
Qui
Moribus & literis politioribus in exteris excultus,
Vltra duo luſtra, ſub Magno exercituum Duce,
Staniſlao Koniecpolſcio, Patruo ſuo, Chiliarcha,
Caſtrenſi diſciplina grauiter imbutus,
Dum Tribuni Titulo
A Sereniſſimo Rege Ioanne Caſimiro decoratur,
Et Germani militis Legionem ſcribit,
Ipſe, heu! Fato immaturo
In cœleſtis militiæ choros adſcribitur.
Præclarum ſuis honeſti exemplum linquens,
Æræ Chriſtianæ, 1649. Ætatis 28.
Die 23. Martij.
Tu qui hæc legis,
Bonis Manibus bene precare.
S. S.

IN TEM-

IN TEMPLO S. ADALBERTI.

Valentino Fontano,
Medico, Mathematico incomparabili,
Græcè ac Latinè doctissimo,
Iuueni solerti, viro graui, in Cathedra Seni,
In facienda Medicina punctum omne merenti.
In Academia Cracouiensi Professori,
Multotiesque pio Rectori.
Omnibus æquo,
In vita plusquam Socrati,
Pietatis, virtutum, scientiarum pleno.
Seni propè vxori honestiss consociato,
Quæ bina prole relicta,
Illum præcesit Anno Domini, M. DC. XVIII. Ætatis LXXXII.
È vita migranti,
Sophia filia,
Vxor Iugouicij,
Pio Parenti,
Fratrique Floriano I. V. D. Anno M. DC. XXXVI. demortuo.
Hoc summum sepulchri fieri dum curat,
Ipsa Anno M. DC. XXXIX. 13. Maij, piè sanctèque vitam finiuit.
Executores Testamenti posuerunt.
Qui legis,
Fati extremi memor, ora pro Defunctis.

IN TEMPLO S. BERNARDINI.

MEMORIÆ.
Generosi & Magnifici D. Adami de Zakliczyn Iordan.
Qui Maiorum suorum exemplo bellicæ gloriæ sitientissimus, ex illo Valachico tumultuoso conflictu, sub Potocio captiuitatem Turcicam expertus tantò animosiùs, postea ad Bussam & Originum, inde ad Czeczoram cum Zolkieuio, deinceps ad Chocimum Duce Lubomirscio, demum contra Abassium Bassam ad Camenecium, sub Generali Exercituum Ductore Koniecpolscio, Otthomanicas procellas auertens, immò ætate sua nulla

non expeditione insigni præstantem Patriæ operam approbauit, ac exinde inter afflictam valetudinem cicatrices præmiorum loco reportans meruisse de Patria contentus, pius in Deum, officiosus in Amicos, omnibus acceptus. Decessit Anno D. 1644. Ætatis suæ 52. Hermolaus Stanislaus de Zakliczyn Iordan, Fratri suo desideratissimo P. C.

Hic ego Thomas Sabinus ex Familia Glaubiciorum, apud Patres Bernardinos ante Diui Simonis tumulum, sub hoc saxo quiesco: at Simon Frater apud eosdem Patres Wilnæ ad Diuam Annam cubat: alter verò Valentinus Academiæ Cracouien. egregius Orator, Patauij apud eosdem in Diui Francisci æde; Bartholomæus verò in Cathedrali Crac. Ecclesia sub organo, Archidiaconus enim Lublinen. ac Augusti Regis Doctor Medicus erat, filij honestissimæ Matronæ Sabinæ, à qua & cognomen nacti, nam Pater Kamienski vocatus (fuimus tanquã non essemus, licet ad prouectam senectutem viximus) hæc annis LXXXIV. Diua in sanctimonia vitæ erga pauperes mendicantes ac Religiosos munificentissima erat, miraculosè sumptu accrescentẽ, hic vna quiescit, quiescit & mea Coniunx Dorothea Latoszynska, ex Griphorum Familia. Hæc vestigia Matris meæ secuta, qua cùm ad senectam viuens, vnicum hunc filium Serenissimi Stephani Regis Poloniæ Secretarium, Doctorem, Stanislaum Sabinum hæredem in Stracza, Prætorem Wilnen. ac Magni Ducatus Lithuaniæ Officinæ Monetariæ Superintendentem procreauimus. Qui hoc vitæ instabilitatis exẽplum Parentibus mœstus posuit, vnà cum honesta Coniuge Regina Kopowiczowna, ac Liberis, Stanislao, Iustina, Helena, ac Seuerino, hi Lithuanam inhabitant Oram, Anno Domini, M. D. LXXXV. Deus sit illis clemens ac propitius, Amen.

Adamo Przevrzałowicio IV. Doctori, Petri Tylicki Episcopi Warmiensis, & Reipub. Vicecancellarij familiari, qui cùm Romæ diuinis humanisque legibus excultus esset, in Patriam reuersus, legem mortis ineuitabilem piè & fortiter subijt, Anno D. M. DC. III. Die xix. Nouemb. Consanguinei & Amici M. PP.

HANNIBAL ROSELLIVS,
Natione Calaber.
Ordinis Minorum de Obseruantia.

Vir religione & omni doctrinæ genere conspicuus, totam ferè ætatem, diuinæ simul & humanæ sapientiæ impendit, cuius postmodum quasi viuos Liberos in orbem diffundens, scripta diuina, Mercurij Trismegisti, Tuderti, primum in Cœnobio Montis sancti, deinde à Stephano I. Rege Polonæ ad Publicam Theologiæ Professionem euocatus, hic Cracouiæ v-

berrimè

berrimè explicauit. Libris XII. mira & varia eruditione refertiſsimis, ſimul etiam ſermonibus ſacris, quam de tempore, tam de Sanctis. Horum voluminum maxima iam parte euulgata, cùm reliquas eruditiones typis exponit, ſenectute & aſsiduis laboribus fractus, docens in Cathedra, Paralyſi correptus, paulò poſt piè moritur, Anno Domini, 1592. die 1. Ianuarij, & hoc loco non ſine multorum lachrymis ſepelitur. Rñdus D. Hieronymus Powodouius, huius Vrbis Archipresbiter & Canonicus, Patri à Confeſsionibus, & ſtudiorum ſuorum fautori deſideratiſsimo, hoc monumentum poſuit.

Generoſo Domino Ioanni Kmita de Wola,
Terræ Cracouień. Notario.

Viro morum grauitate, conſilij dexteritate, prudentia, animi magnitudine præſtanti; fidelis, ac chara Coniunx, Generoſa D. Barbara à Mſtow, hoc monumentum mœſta poſuit; qui obijt Anno Domini, 1588. die 30. Iulij, ætatis ſuæ 71.

SOPHIÆ ŁVGOWSKA,
Antiquæ Goſuchouiorum Nobilitatis Matronæ,
Singularis pietatis & maximarum virtutum laude florenti.
A crudeli morte nulla ratione ducente,
Iuuentutis in ipſo ætatis flore extinctæ,
STANISLAVS ŁVGOWSKI,
Luctuoſiſſimus Coniunx,
Optimæ Coniugi faciendum curauit.
Deceſſit annos nata XXX. die xxiij. Ianuarij.
Anno Domini, 1595.

Georgij Cielecki de Wielawieś,
Secretarij Sigiſmundi Secundi Regis,
Antiqua Nobilitate, & morum comitate præſtantiſs. viri.

HAc ſub mole Georgius ecce Cielecki quieſcit,
Inſignis Patriæ Nobilitate Domus.
Hic etiam generis memor & virtutis auitæ,
Hic geſſit fortem, quæ decuére virum.
Vnde illum meritò Rex inſigniuit honore,
Et Secretarij munera magna dedit.
Quod ſi ambiuiſſet plura his, potuiſſet habere,
Ducere ſed placidos, maluit ille dies.

Erexit Coniunx, hoc illi mœsta sepulchrum,
Vicissim è claroq́ progenerata domo.
Humanæ, ô fragilis vitæ, atque caduca voluptas,
Siccine bullarum fluminis instar abis.
At tu quisquis ades, mortalia cuncta videto,
Quærenda æthereis sunt meliora Polis.
Vi mortem oppetijt xv. Calend: April. Anno D. CIↃ. IↃ. XCIIX.

Generosus Stanislaus Ługowski,
De Ługiew, Gorzkiew Hæres.
Vir auitæ religionis & probitatis. Hostibus quidē in tuendis fæliciter Regni finibus grauis, suis autem ob eximias virtutes, etiam & Principibus viris apprimè charus, per Generosum D. Alexandrum Ługowski, filium mœstum, in hoc monumento tumulatus quiescit, iustam iusti Iudicis sententiam expectando, mortuus Anno Domini, 1612. Die 16. Iulij.
Ætatis suæ Anno LXVII.
Qui transis hac,
Bona verba precare Manibus Defuncti,
Et abi memor lethi.

Dorothea de Preszowice,

Ioan: Fredro Castellani Premisliēń. Filia,
Andreæ Iastrzębiec de Baranow ad Goplo Baranowski,
Castellani Ciechouiensis Coniunx,
Alberti Primatis Regni
Matthiæ Castellani Biechouiensis Nurus.
Integritate animi,
Diuturnitate vitæ,
Morum auitorum grauitate.
Tribus filijs, duabus filiabus, duobus Nepotibus, vna Nepte,
Superstitibus beata,
Phtysi consumpta.
Obijt 7. Martij, Anno Domini, M. DC. XXVII. ætatis LXIII. anno.
Ioannes Czorstinen. Przosnen. Capitaneus,
Filius posuit.

Perennitati & Pijs Manibus.
Nobilis ac Generosi D. Maximiliani Francisci de Włochy Rakowski,
Territorij Warschouiensis.

Generosi

Generosi Andreæ Rakowski, Vicecapitanei olim Varschouiensis filio.
Qui in Moschouia, & ad Castrum Chocimense, cum Chodkieuicio; in Liuonia & Prussia cum Principe Radiuilio, Supremis Lithuanorum Ductoribus, strenuè Patrios tuebatur fines; & adiuncta sibi de antiqua Kielpinsciorum Stirpe lectissima Anna vxore, in Aulis Senatorum, & fideli Reipub. obsequio, ei placuit morari, tandem moriturus hic corpus suum à Ioanne Casimiro filio suo vnicè dilecto sepeliri mandauit. Anno Domini, M. DC. XLIX. Die vltima Martij, Ætatis suæ LIII.
Defuncto, Lector, da bona verba, precor.

CATHARINA à WITOW,
Stanislai à Witow, Vexilliferi Lancicien sis, Magni Procuratoris Arcis Cracouien. Niepolomicensisque Cap. & Alexandri à Łukowa Łukowski, Generalis Terrarum Crac. Notarij, Coniunx Coniugi charis.
mœrens lugensque Posuit.
Obijt Anno Salutis humanæ, M. DC. XXXIV. Idibus Nouemb. Vixit annis XXIII. Diutiùs famam viuere volebat, quotquot cognouerat vota mortalium, in vita, qui ex animo fauentes, egregiæ virtutis testimonium lectiss. Matronæ dederunt.

Generosa Agnes,
Ioannis & Annæ de Cdonow Kulikowski filia,
Coniunx verò Martini Broniowski de Bijesdziedza,
Sacri Sepulchri Christi Militis,
Castri Cracouiensis Generalis Burgrabij,
Capitanei Lubaczouien. ac Elisabethæ Reginæ Casimiri Regis Coniugis,
Curiæ Magistri.
Quæ extremum diem obijt in Arce Crac.
Ac feria tertia post Festum Diui Ioannis Baptistæ, Anno M. D. XVIII.
sepulta, hic in altitudinem vlnarum sex, cui misereatur Dominus.
Stanislaus Broniowski, filius natu maior, Dominor. Sigismundor.
Regum Aulicus,
Matri suæ posuit, ætatis suæ LXVIII. Anno D. M. D. LXXVI.

Ad Opt: & Max: DEI Laudem & Gloriam.
Mausoleum istud dedicatum est
B. Simoni de Lipnica.
Viro vtique ante omnia in Ordine Minorum Religiosissimo Sanctissimoque,
Deinde Viro augustissimi Nominis Iesv Prædicatori feruentissimo.
Tum vitæ sanctimonia, ac præcipuè virginali castimonia, integerrimo,
Admirandorum denique, ac pænè innumerabilium prodigiorum,
singulari prærogatiua longè latèque clarissimo.
Migrauit è vita Anno Domini, M. CCCC. LXXXII.

Morituris

Morituris Monimento.

Generosus ac Magnificus D. Georgius Trzcinski.

Cuius originem ingenita magnanimitate, & auita generositate Sulimorum Stirpis dum exornat Aquila.

Simul magni progeniem generis, matureſcere exoptatam iuuentutem. Pallas in ſua caſtra vocat, & inclareſcente Muſarum ornamento, creſcenti ætate, debita honorum dignitatumque pollicetur augmenta: animum prudentia ornatum, Bellona præſidio exponit Patriæ, promptitudinemq; in Scytharum, Turcarum, Suecorumque exhibet acie merita, pietate immortali, munificentia liberali, affabilitate & benignitate connaturali cumulata, Magnatum deuincunt fauores, ſuorum excitant amores, omniumque prouocant pro matura ætate vota, ſed inexorabili fato irritata mors, immaturam ætatem diuturnis quaſſatam extinguit doloribus. Anno ætatis 38. Salutis humanæ, 1648. Cuius cineribus mœſtiſsimus frater, Alexander Trzcinski, hic præfixit quietem.

Morituras apprecare immortalitatem.

Alexander à Ługowa Ługowſki,
Generalis Terræ Cracouienſis Notarius.
Ob præclaras animi virtutes,
Atque ſingularem Iuris Patrij cognitionem,
Ab omnibus in magno honore & amore habitus.
Cùm aliquoties Nuncium Terreſtrem in Comitijs geſsiſſet,
Biſque Iudicijs Tribunalitijs ſumma cum laude præfuiſſet.
Vir longiori vita dignus hic recumbit.
Vixit annos 34 Menſes 2. dies 9.
Mortuus Anno Domini, 1628. die 12. Aprilis.

D. O. M.

Generoſi & Nobilis Alberti Slakowſki,
Matthiæ Slakowſki filius,
Domo Rogalorum,
Ipſe ſibi viuens monumentum dedit.

Sic ego vitalis veſcebar luminis aura,
Eſſet vt ante oculos mors tenebras meos.
Non me Stirpis honos proprie, non munera ſortis,
Nec res à veris abſtulit vlla bonis.
Hoc meus ætherea ſentit nunc ſpiritus arce,
Hoc licet in tumulo lurida membra cubent.

Anno Domini, 1568.

D. O. M.

D O M.

Conditur hoc tumulo Zbigniewski nomine Gaſpar,
Nobilis Inſpector, qui nuper Arcis erat.
Quem pietas, quem priſca fides, quem rexit honeſtas,
Qui tenuit, quicquid pagina ſacra docet.
Gratia, laus, meritum, virtus in illo ſuperſtes,
Viuit fama, decus, gloria, nomen, honos.
Spiritus alta petit, viſurus certa piorum
Gaudia, quæ nobis da quoque Chriſte, precor.

Coniunx mœſtiſsima, Catharina Cwiklinska, Marito dilecto, peſtilentia ſublato, tum & filiola Suſanna decennalis, Anno D. 1622. Die 21. Decemb. ætatis ſuæ 46. orbata fecit & comparauit. Oretur pro anima illorum.

IN TEMPLO S. FLORIANI.

M. Martino Płocenſi,
Archidiacono Curzelouienſi,
Canonico S. Floriani.
Celebri in Academia & in Eccleſia Theologo,
Paribus, imis, ſummis,
Ob beneuolentiam, humanitatem, dignitatem,
Omnibus ob nexum integritatis & eruditionis,
Cum grauitate morum
Clariſſimo,
Executores poſuerunt.
Obijt Anno Domini, 1618. Die 3. Aprilis.
Suo ſupra Quinquageſimum quintum magnis & continuis laboribus fractus.
Tu Lector bone,
Bono bene apprecare,
Vt & ipſe exeas bene.

ANDREÆ TROPERO,
S. Theol: Sententiario,
Canonico Sancti Floriani Clepardiæ,
Doctrina & morum ſuauitate præſtanti viro,
EPITAPHIVM.

Hæc tibi

HÆc tibi Wielicius posui monumenta Ioannes,
Pars desiderij, chare Tropere, mei.
Non in te sacri memoranda peritia Verbi,
Non pietas vitæ defuit vlla tuæ.
Tu tres ter gemino scieras discrimine linguas,
Iussa, quibus pandit pagina sacra Dei.
Post exantlatos magno sudore labores,
Doctrinæ poteras præmia ferre tuæ.
Sed Doctoralem tentas dum sumere Mitram,
Obstitit, ah titulo, perfida Parca tuo!
Quid iuuat ex titulis mentitam quærere laudem,
Artibus ex ipsis certior illa venit.
Dum migras alio, subita pleuritide raptus,
Migrasti, superam non rediture domum.
Este citæ memores, mortalia pectora mortis,
Cùm minimè vemur funeris hora venit.
Anno Domini, 1582. die 8. Aprilis, Defuncto PP.

D. O. M.

Adm̃. Reuerendo Domino Alberto Borouio,
S. Th. Doct. Præpositο S. Floriani,
Sanctorum Omnium, & Scarbimirien. Canonico,
Viro verè Academico.
Et ad literas humanitatis, Philosophiæ, ac Theol: profitentem nato,
Et ideò discipulorum celebritate florenti.
Pietate in Deum summa,
Grauitate morum verè Christiana.
In Pœnitentiarij, & pariter Concionatoris munere implendo
In Arce Cracouiensi.
Diuinum timorem & amorem spiranti,
Et pijs operibus in ornandis Ecclesijs,
Et in Xenodochijs erigendis & restaurandis largitate effusa,
Ac totum peculium pauperibus largienti.
Mortuus Anno D. 1646. die 13. Iulij.
Ætatis suæ LXXIV.
Executores Testamenti PP.

EPITAPHIVM.
Eximij Viri Domini Petri à Proboscz owicze,
Sacræ Theologiæ Doctoris,
Canonici

Canonici S. Floriani,
Anno Domini, 1565. die 25. Mensis Iulij. Ætatis suæ 56.
vita functi.

Hic situs est Petrus Ptolomæi nobilis arte,
Quo vix alter erat legibus atque Dei.
Quem Rex Augustus coluit, sanctusq; Senatus,
Ob decus ingenij consilijq; fidem.
Namque is luciferis quicquid subnascitur Astris,
Acri perspicue nouerat ingenio.
Nunc Regem Astrorum cœli terræq; Parentem,
Vt videat precibus, pisce Viator opem.

Gregorius Piersouius Gostinen. Artium liberal: Bacc. Cieskouien.
Molpinensisque Plebanus, Præceptori suo fidelis. posuit.

EPITAPHIVM.

Eximij Viri,

Magistri Bernardi de Biskupie,

Sacræ Theologiæ Doctoris,
In Æde Sancti Floriani Decani,
Hic tumulatus quiescit in pace.

Hac recubat dura contectus mole sepulchri
Bernardus Sophiæ cultor, & ingenij.
Qui Cracæ quondam natus sub mœnibus altis,
Hac tandem serie duxit in orbe dies.
Nam primum iuuenis did cit vigilante labore,
Quidquid Aristoteles Platoue doctus habet.
Postea diuino Sacrarum captus amore
Doctorum, merito candida signa tulit.
Hic vigili cura spectabat cuncta profecto,
Quod rerum ratio monstrat, & acta probant.
Namq; huius sumptu paries decoratus in orbem,
Præsentis templi perstat & ara sacra.
Atque alarota suo consistunt munere structa.
Eius amor, siquidem, condere templa fuit.
Tandem mortali seiunctus, quod manet omnes,
Corpore conscendit sydera pulchra Poli.
Hoc, siquidem precium, iusto stat crede labori,
Vt liber curus sydera cœlsa petat.

Anno D. M. D. XXXV.

D. O. M.

M. Franciſcus Bogucki,

Sacræ Theologiæ Profeſſor Acad: Cracouień.

Huius Eccleſiæ Canonicus.

Hic Clepardiæ claris Parentibus natus,

Poſt labores Philoſophiæ,

In Theologia cæcitatem contractam,

Annis quadraginta patientiſſimè tolerauit,

Vir pius, omnibus charus.

Anno vitæ ſuæ circiter octuageſimo, ab hac vita ad illam immortalem commigrans, Anno Domini, 1645. die 21. Maij. In iſta Capella corpus ſuum deponi voluit.

EPITAPHIVM.

M. Stanislai Marennij,

Collegij Maioris Collegæ,

Et Sacræ Theologiæ Sententiarij,

S. Floriani Canonici.

Diuinæ & humanæ Philoſophiæ

Trium Linguarum amantiſsimi.

Qui Anno Domini, 1580. Die verò 13. Septemb. ætatis ſuæ 48. obijt.

Non tibi tres linguæ, non cura, laborq́ Marenni
Profuit, ante diem canitiemq́ fugis.
Sic viſum Chriſto, qui te ſua ducat ad aſtra,
Cœlicolumq́ choris iungat in arce Poli.

Executores & Amici poſuerunt.

D. O. M.

Et Memoriæ memorandæ,

Incomparabilis Viri,

PAVLI HERCII CVRELOVIEN.

Sacræ Theologiæ Doctoris,

Canonici Cracouień.

Almæ Academiæ Generalis Rectoris.

CVI

Præter inſignem Mathematicarum diſciplinarum ſcientiam,

Comitas

Comitas cum grauitate & morum ſanctitate,
Et amorem, & reuerentiam omnium conciliauerat.
QVIQ.
Luſtratis exteris nationibus.
Cùm maiora mente conciperet, & polliceretur,
In medio curſu inuida morte præreptus,
Mortalis obijt, immortalis abijt.
Anno 1651.
S S.

Sacroſanctæ ac Indiuiduæ Trinitati,
Et poſthumæ memoriæ Clariſſimi & Excellentiſſimi Viri,
Staniſlai Iacobei Curzelouienſis,
Philoſophiæ & Medicinæ Doctoris,
Publici in Academia Cracouien. Annis XLVI. Profeſſoris.
Ob eximias virtutes, & ſummum Matheſeos ſtudium, ac rei Medicæ cognitionem & experientiam præſtantem, apud Reges, Principes, Nobilitatemq; primariam, domi & foris ſemper celebri habito.
Morum ſuauitate, atque animi candore omnibus mirè caro.
Qui Anno ætatis ſuæ LVIII. Die vltima Iunij, à Partu Virginis, M.DC.XII. extremum vitæ diem clauſit, & ad cineres Reuerendi D. Ioannis Muſcenij, S. Theologiæ Doctoris, olim Præpoſiti huius Eccleſiæ, Canonici Cracouienſis, Archidiaconi Curzelouienſis, nec non Procancellarij Acad : Crac. fratris ſui Conſobrini appoſitus, in Domino quieſcit.

Vrna duos Curelouios tenet vnica magnos,
Moribus & ſtudijs viuit vterque ſuis:
Hanc molem triſtem triſtes poſuêre Magiſtri,
Quos iuſſit viuens vltima verba ſequi.
Anno D. M. DC. XIII.

Bartholomæus Wola I. Stephani Regis Poloniæ Clericus, toto vitæ tempore cælebs. Moritur Anno Domini, 1600.

Ad finem hora trahit vitæ, hortaturq; cadauer,
Quod mihi nunc, tibi cras, hei mihi vita breuis:
Nam quid ſunt humani anni? lux vnica virtus
Sola dat immenſos, & ſine fine dies.

Reuerendo Domino Patri Ioanni Wielicio,
Sacræ Theologiæ Doctori,
Canonico Cracouiensi.

Viro in religione sincero, in moribus probo, in professione laborioso, erga discipulos beneuolo, in præstandis beneficijs facili, honestatis, tranquillitatis concordiæque, necnon disciplinæ publicæ & domesticæ amatori: bonorum ingeniorum promotori, omnibus, tam domesticis, quàm extraneis charissimo, qui sedens & loquens de futura vita, ex diuersorio huius sæculi summa cum alacritate animi migrauit. Executores Testamenti, testatori desideratissimo, discipuli Præceptori obseruandissimo, æternæ pietatis monumentum posuerunt. Vixit annis LXXIII. obijt Anno D. 1509. die 15. Feb.
Oretur pro eo.

Generoso ac Nobili Domino Alberto Baranowski, vitæ integritate ac prudentia insigni, Barbara ipsius Coniunx legitima, mœstissimum hoc monumentum amoris ergò posuit. Vixit annis XLV. Obijt Anno Domini, 1583. die 26. Martij.

Epitaphium Catharinæ Sczęsna, Ciuis Clepardiensis defunctæ.
Anno Domini, 1505.

Hic propè baptismi fontem, Catharina quieſcit,
Sczęsna, Dei puro pectore sacra colens.
Casta thoro mansit, chari viduata mariti,
Nil curans præter religionis iter.
Quod pede felici carpsit, dum spiritus ipsam
Exit, & humanis rebus adesse dedit.
Claris templa Dei donis ornauit & aras,
Non tulit obscura sorde situq; tegi.

Mulier timens Deum, ipsa laudabitur.

D. O. M.
Honorato Ioanni Kuntz,
Ciui Clepardiensi,
Serenissimorum, Augusti Henrici, Stephani, & Sigism. III. Regum Pol.
Architecto dexterrimo,
Anno Domini, 1588. Martij 15. vita functo.
Et hic cum sua charissima Coniuge Barbara quiescenti.
FILIVS

FILIVS
Honoratus Balthasar Kuntz Consul Clepardien.
Hoc monumentum pietatis ergò, poni curauit,
Anno Domini, 1634.

D. O. M. A.

Stanislo Puczek viro Proconsulari,
Et Catharinæ Coniugi illius,
Piè in Domino demortuis.
Illi Anno Domini, 1616. die 21. Maij, ætatis suæ 59.
Huic Anno Domini, 1628. die 14. Iunij, ætatis verò suæ Anno 64.
Gregorius Puczek, paterni materniq́ue studiosissimus nominis monumentum hoc posuit. Anno Domini, 1632. die 30. Iunij.

En gnatus cineres texit, patriq́, matriq́,
Quod potuit mœstus, præstitit officium.
Claræ virtutis cultores ambo fuêre,
Moribus innocuis, & pietate graues.
Isthuc qui spectas tumulum, sancteq́, pieq́,
Morte peremptorum dic miserere Deus.

M. MICHAELI VISLICENSI,
Sacræ Theologiæ Doctori,
Huius Templi ante Annos XXXV. Canonico, Custodi, Decano succesiuè,
Postea Eccleſiæ Cathed. Cracouien. Canonico,
Viro moribus, scientia singulari, & admirabili,
Omnibus semper ad omnia beneplacita paratissimo.
Anno Domini, M. LXXVI. defuncto.
Et in Chori aditu sepulto PP.
Requiescat in Sancta pace, Amen.

Reuerendo Ioanni Muscenio Curelouiensi,
Sacræ Theol. Doctori, Vniuersi Crac. VI. Rectori,
Procancellario, ac Seniori Patri,
Archidiacono Curelouiensi.
Huius quondam Templi per 30. Annos Canonico, Custodi, & Præposito,
Postea Canonico Cracouiensi.
Viro in Mathematicis & Theologicis studijs egregiè erudito,
In labo-

In laboribus assiduo atque indefesso,
In Conuictu consuetudine facili atque iucundo,
In vita denique & moribus graui & constanti.
De Ecclesia hac & Curelouiensi Collegio Maiori, ægenis, studiosis,
insignibus pietatis & munificentiæ perpetuis donationibus
præclarè merito.
Monumentum Executores cœptum perfecerunt. Qui vixit Annos 70.
Vita functus Anno D. 1602. die 21. Iulij, hora 21.

Reuerendo Martino Neruitio Clodauień.
Sacræ Theologiæ Doct. Canonico S. Floriani.
In præcipuis huius vrbis Templis,
Et Sereniſsimi quondam Sigiſmundi Augusti Regis Poloniæ
CONCIONATORI.
Viro mirè facundo atque eloquenti,
Incredibili labore atque induſtria ſummo,
Ingenio & doctrina legum atque consuetudinum Academiæ obseruantisimo.
Morum grauitate, vitæ integritate incredibili,
Summæ denique apud omnes gratiæ atque authoritatis,
Executores mœsti posuerunt.
Obijt Anno 1582. 30. Nouemb. hora 16.

D. O. M. S.
M. ADAMO FALECKI,
Rectori Studij Generalis Academiæ Cracouiensis,
Protonotario Sedis Apostolicæ,
S. Theologiæ Doctori,
Præposito Ecclesiæ Collegiatæ Sanctorum Omnium,
Et huius Ecclesiæ Decano,
Viro docto, omnibus virtutibus ornato,
Iurium Academicorum acerrimo defensori.
Qui die vltima Augusti obijt Anno Domini, 1611.
Frater Executorque Fratri charissimo,
Vnà cum Exequutoribus Amicis illius amantissimis,
Dolens PP.
Quisquis ades Lector, fatis subiectus & ipse,
Eheu Defunctis, dic, miserere Deus.

M. Marti-

M. Martinus Campius Vadouius,
Sacræ Theologiæ Doctor ac Professor,
Istius Ecclesiæ Præpositus.
In Ecclesia Cathedrali Cracouien. D. N. B. V. M. Festiuitatum
Concionator,
Academiæ Cracouiensis Procancellarius,
Parochus Opatouecensis,
Philosophus & Theologus insignis,
Candore amabilis,
Magnorum in Ecclesia & Academia virorum Præceptor.
Bonorum ingeniorum promotor,
Professionibus, Philosophica & Theologica, vltra annos 50. gloriosè functus. Fundationibus pro Ministris istius Ecclesiæ, & pauperibus studiosis ex suo demenso relictis, ab hac mortalitate cum magna præparatione emigrauit. Anno Domini, 1641. Die Ianuarij 28.
suæ ætatis circiter octuagesimo.
Hic in Domino quiescit.

EPITAPHIVM
Eximij iuxta ac Doctissim Viri Stanislai Lubarthi Cracouiensis, S. Theol. Professoris, Custodis Ecclesiæ Diui Floriani in Kleparz, Anno Domini, 1541. mortui.

IMpia cur pergis Parcarum maxima Clotho,
Esse viros passim quæ rapis eximios.
Ecce Stanislaus prisco cognomine Lubarth,
Lustra decem numerans, occidit arte tua,
Dignus erat longos vir tantus viuere in annos,
Aut etiam viuus scandere celsa Poli.
Nam fuerat Patriæ totiq; perutilis orbi,
Vt pote resplendens artibus omnigenis.
Hoc felix nato nimium tu Croca fuisti,
At nunc prærepto squallida sæpè gemis.
Nec mirum, raros, quia tales gignis alumnos,
Qui tantum possint viribus ingenij.
Eloquij tantum superauit viribus omnes,
Anseribus quantum carmine præstat olor.
Condidit hunc sale Mercurius moliq; lepore,
Atque dedit linguæ munera rara vagæ.
Intima qui Sophiæ penetralia mente subibat,
Et causas rerum reddebat omnigenum.
Astrorumq; etiam leges hic calluit altas,
Veridici Vatis munera sæpè fruens. Hic

Hic ſacri nouit diuina volumina verbi,
Et clarum varia nomen ab arte tulit.
Egregius Doctor fuerat, Verſuſq́ Magiſter,
Quos titulos geſſit nomine conſpicuo.
Vtque ſimul breuibus coniungam plurima verbis,
Maximus ingenio, maximus arte fuit.
Hæc ſuo didicit Goſtinin cuncta Magiſtro,
Quem fatis iunctum terra propinqua tegit.

Spectabili viro, D. Fælici Iſtuan, Ciui Clepardienſi, ſimplici, recto, candido, de hoſpitibus, egenis, & maximè de Clero bene merito: nulli vnquam moleſto. Heduigis Koſtorkowna à Bieńczyce, cum filijs, Marito ſuo chariſſimo, ac ſibi, mœſtiſsima poſuit. Vixit annos ferre L. Mortuus Anno Domini, M. D. X C I X. Septembris xxiij. die.

M. Iacobus Papencouius Vſtienſis,
Sacræ Theologiæ, & Iuris Vtriuſq́ue Doctor ac Profeſſor.
Iſtius Eccleſiæ, S. Floriani, & Sanctorum omnium Crac. Præpoſitus,
Ordinarius Librorum Cenſor in Cracou. Diœceſi.
Romæ Iuris publicè docendi, ſoli Academiæ Crac. conceſsi defenſor,
Academicæ diſciplinæ & bonorum ingeniorum fautor.
Sui in Eccleſia & Academia laboris eodem termino, quo vitæ conſtituto,
Sub Patrocinio B. Virg. Mariæ, Sanctorum Omnium,
Et peculiariter SS. Iacobi Apoſtoli vtriuſq́ue,
Et Sancti Floriani.
Animam Deo, corpus terræ,
Hic reddidit.
Anno Domini, 1649. Ætatis ſuæ 67. 25. Ianuarij,

Quæ pro te fieri cupis, hæc fac vota Viator,
Pro me flectitur hac nam pietate Deus.

DEO MAXIMO IMMORTALIQ.
Nomini Magno,
M. Andreæ Schonei Głogouienſis,
Sacræ Theologiæ Profeſſoris, I. V. Doct.
Procancellarij Vniuerſitatis,
Atque huius Eccleſiæ Decani,
Duraturoq́ue.

Dum

Dum ſtabit inclyta Academia,
Eius tum dicendi, tum ſcribendi laude illuſtrata.
Eius copiolis, qua in profeſsionē Græcæ Linguæ,
Qua in alumnos ſtudioſos collatis,
Aucta & adiuta.
Deus Optime Beneficentiſſimeque,
Quem vir innocens caſtè ſanctèque coluit,
Iubeas eſſe beatum.
Obijt Anno Domini, M DC. XXX. IX Maij.
Martinus Gilewski, S. Theol. Doctor, Decanus S. Floriani, P.

Epitaphium Doctoris Andreæ de Cracouia, Collegæ Maioris Collegij, Canonici Sancti Floriani.

VMBRA LOQVITVR.

SI te non pigeat noſtrum audire dolorem,
Quiſquis ades, celerem fac, age, ſiſte gradum.
Ipſe ego, quem genuit teneroq; eduxit ab vngue
Inclyta Sarmatico condita Croca ſolo.
Cui ſimul ac ætas primis adoleuit ab annis,
Excolui ſtudijs pectora nata bonis.
Vnde tuli primas ſumma cum laude coronas,
Quas dedit ex merito docta Minerua meo.
Mox vbi diuina caluerunt pectora flamma,
Factus ſum verbi buccina clara Dei.
Nam grauis Eliſias docui, quos diuus adoraſ,
Et quos ad ſtigias orbita ducit aquas.
Nec latuit nitidos reddatq; cura Penates,
Impleat & ſpicis horrea læta ſuis.
Poſt mihi dat ſummos ſtudiorum Pallas honores,
Sed rapuit titulos mors properata datos.
O ſpes incertas! ô fallax gloria mundi!
Neſcia conſtanti rebus adeſſe fide.
Sis felix, valeaſq; diu, iam chare Viator
Omnibus, & nobis dic bona verba, precor.

Traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram.

Cum ſtygijs rediit diuinus victor ab vndis,
Chriſtus vbi fuero ſitq; miniſter ait:

Ipſe ſed æthereas iuit reduiuus ad oras,
Ergo Valentinus ſurget, eritq́ comes.

ÆTERNÆ MEMORIÆ.
Rñdi Patris Baſilij Golinij, S. Th. Doct. & Profeſſoris,
DICATVM.

Qui cùm ad trium ſacrarum linguarum cognitionem, rotundè dicendi peritiam adieciſſet, charus Principibus ex Aula viris: eoſdem habuit fauores, ſi modo Aulæ aſſecla eſſe voluiſſet. Verùm ei præferens Academiam, certauit cum alijs in ea ornanda, quam dicendo, quam ſcribendo, à qua primum Præpoſitura S. huius ædis, deinde Canonicatu Crac. ornatus, non deſtitit laude & fauore, præclara ingenia excitare ad ſtudium retinendum dignitatis Academicæ, vt in antiquo ſtatu eam relinqueret. Deceſsit ſuper Octogenario moderatioris vitæ, longa ætate comite Nonis Iunij, Anno Domini, M. DC. XXV. Martinus Gilewski, Sacræ Theologiæ Doct. Decanus S. Floriani P.

Clariſſimo Domino Staniſlao Puczek,
Viro Proconſulari,
Et Catharinæ, Parentibus piè in Domino vita defunctis,
Andreas Puczek,
Parentum memoriæ ſtudioſiſſimus,
Hoc poſuit monumentum.

En chariſſimus filius cineres texit Genitorum,
Quod potuit præſtus præſtitit officium.
Claræ virtutis cultores ambo fuêre,
Et cari cunctis, & pietate graues.
Hæredes cæli dicendi tale Supremo,
Jus cæli Domino dandi cuique pio.

Mortui Anno Domini, ille 1616. die 12. Maij, ætatis ſuæ 59. hæc Anno Domini, 1628. die 14. Iunij, ætatis 50.

Valentinus Rożycki, Ciuis & Conſul Clepardienſis, ſummæ pietatis & probitatis vir, cùm adhuc ſanus eſſet in corpore ſuo, hoc ſepulchrum fabricari curauit in perpetuam memoriam cum vxore ſua Zophia.

Splendida

SPlendida quem tulerat vrbs Vratislauia paruum,
Occulit hunc tandem Regia Croca senem.
Ingenio multum præcelluit ille Decani,
Æde hac in sacra functus & officio.
Humanus dignas animus quot concipit artes,
Hic tot callebat numine propitio.
Illius ex studijs florens Academia gaudet,
Multos quod fructus commoda namque capit.
Artis condebat namq; sed vertit in vsum,
Sors fieret Domino maior vt ipsa suo.
Scripsit de varijs & Commentaria rebus,
Hunc Manibus versat, quæ studiosa cohors.
Illius vtque scias nomen chariſſime Lector,
En Deus hoc dederat, quod Michaëlis erat.
Obijt Anno Domini, M. D. XXXIV. die viij. Nouemb.

Hic iacet pudica Matrona Catharina, Coniunx Staniſlai Harlapicide, qui in memoriam chariſſimæ Conſortis ſuæ, hanc imaginem ſtatuit, cuius animæ Deus miſereatur. Obijt Anno ætatis ſuæ XXVII. Anno Chriſti, M. D. XLIII.

Anno Domini, 1599.

HOc ego cum lachrymis Stanislaus Szl..ſſ.r, amico
Poſt mortem poſui, viuat in orbe Poli,
Qui potuit ligno varius inducere formas,
Cultor honeſtatis nobilis arte ſua.
Hac Stephanus parua Stawowicz includitur Vrna,
Cum gemitu multis occidit ille viris.
Hic recubat corpus, ſed fulgida ſydera Lector,
Vt liber ſubeat, ſpiritus ore faue.
Obijt die 6. Ianuarij.

IN TEMPLO S. NICOLAI.

D. O. M.
STANISLAO PVDLOWSKI,
Iuris V. Doctori ac Profeſſori, Eccleſiæ huius Præpoſito,
Et reditus vindici acerrimo,

Latinis & Græcis literis, & disciplinis Mathematicis egregiè exculto.
Probitate, prudentia, & solertia ingenij magno,
Constantia ac labore maximo.
Magnis Principibus agendi & consulendi dexteritate
Valde quam grato & caro,
Immatura morte,
Magna literarum iactura,
Et literatorum luctu ac desiderio
Erepto,
Executores mœsti posuerunt.
Vixit Annis 40. desijt viuere Anno Domini, 1645. die 22. Maij.

D. O. M.
M. IOANNES WOLBRAMVS,
Philosophiæ & Iuris vtriusque Doctor,
Ex Collega Minore Professor Iurium egregius.
Capellæ Szafrancorum in Ecclesia Cathedrali Crac. pro Collegio
DD. Iure-Consultorum impetrator.
Ac ibidem sub Cardinali Radiuilo & Maciciouio
Ordinarius Pœnitentiarius & Prædicator,
Consistorij Assessor,
Diœcesani Cleri Examinator.
Solcensis, Wolbramień. Lentkouicień. Dzierząznień. successiuè Plebanus.
Ex Præbendario S. Magdalenæ Ecclesiæ, S. Nicolai Cracou.
tandem Præpositus factus.
Piè viuens obdormiuit in Domino, Anno M. DC. IX. die 26. Iunij.
Ætatis suæ Annorum XLVII.
Oretur pro eo.

Quid iuuat Italiam Francos durosq; Britannos,
Teutones, Belgas, transilijsse feros.
Quum morior victus curis fractusq; labore,
Judicium hic altisoni Iudicis operiens.

D. O. M.
SERAPHIN RIBKOWICZ,
Sandomirień.

Artium

Artium & Philoſophiæ Baccalaureus,
Mathematum, & Medicæ cultor eximius.
Vir antiqua fide, probitate, moribus, candore animi, qui veritatis cauſam vbiq́ue tueri, pro illaq́; multum pati glorioſum duxit, poſt vitæ huius mortalis ærumnas, hic mortalitatem depoſuit, vnaq́ue cum filiabus, Agnetæ & Catharina ſuis, diem ſupremum ad Magni Dei, & Saluatoris noſtri Domini Ieſu Chriſti aduentum ſecundum expectat.
Obijt Anno D. M. D. XCI. die xxij. Octob.
M. Ioannes Rybkouius, S. Theol. Profeſſor, ad S. Nicolai Concionator olim, Parenti optimo honorem, ſororibuſq́ue dulciſsimis amorem, non exiguo marmore, ſed ingenti animo perennem teſtatur. PP.

Nobilis Staniſlaus Ialbrzykowſki,
Ciuis Cracouień.
Venerabili Franciſco Bieſtrzykowſki,
Radomſcenſi Præpoſito,
Primo Hoſpitalis, & iſtius Eccleſiæ Concionatori,
Viro omni genere virtutis conſpicuo.
Epitaphium hoc obſeruantiæ ergò erigere curauit
Albertus Kącicki, Anno 1513.

METra breui complexa ſono perpendito Lector,
Hic ſita Franciſci, quæ Patris vmbra refert.
Nil iuuit magni Romam vidiſſe Quirini,
Et ſtudio fandi poſſe placere viris.
Quando me intercus vita ſpoliauit aquoſa,
Nil iuuit Medici ſedula cura boni.
Viuere ſed ſanctè, Summoq́; placere Tonanti,
Iuuit in æternos viuere poſſe dies.
Quiſquis es ergo, piè cura traducere vitam,
Nam duplex æuum, qui bene viuit, habet.
Obijt Anno D. 1599. die xx. Ianuarij, ætatis ſuæ anno ferè 40.

D. O. M.
M. IOANNES PRÆCLAIDES,
In Academia Vrbis primum Philoſophiæ, deinde S. Th. Profeſſor,
Ac huius Sacræ ædis Præpoſitus,
Spolium mortis de ſe tractum hic poni voluit.
Te Lector obſecrat,

Vt eius

Vt eius animæ requiem precereris,
Et ipſe mortalia videns, annos æternos in mente habeas,
Æternitatiqúe ſeruias.
Vixi tanquam moriturus,
Morior tanquam victurus,
Spes mea Chriſtus.
Obijt Anno D. 1635. die 21. April. ætatis ſuæ LX. Perpetuæ memoriæ Executores Teſtamenti hoc monumentum FF.

D. O. M.

Epitaphium Nobiliſſimo ac Generoſo Iuueni
Iacobo Gnatowſki.

VMBRA LECTORI.

Siſte gradum, quiſquis properas tranſire meorum,
Et nomen ſortem diſce precor cinerum.
Conditus hic iaceo antiqua de Stirpe Iacobus,
Inclyta, quem genuit Gnatouiana Domus.
Nondum ter ſenas Cereris mirabar ariſtas,
Docti nec licuit voluere ſcripta Sophi.
Immitis Lacheſis ſecundam ſuſtulit auram,
Diſrupit vitæ ſtamina Parca meæ.
Deſerui Fratres, vnà caroſq́ Parentes,
His opto, lucis tempora longa trahant.
Mæonij miſſum Craci libare Camænis,
Mox me inſontem mors ferrea falce petit.
O qui florenti vobis ætate placetis,
Diſcite, quàm ſubitò puluis & vmbra ſumus.
Vos, ô ſocij, ſi qua eſt pia corde voluntas,
Ergò Deo pro me reddite vota, precor.

Amico dilectiſsimo Caſpar Sięmek, Condiſcipulo ſuo lachrymas haſce fudit, Anno Domini, 1614.

S E P V L C H R V M
Magiſtri Thomæ Paulini de Cracouia,
Huius Templi Præpoſiti.
Qui obijt Anno Domini, 1573.
Oretur pro eo.

Parua

Parua Vrbecula Sanok me genuit,
Fælix at diues Cracouia aluit,
Mater ſtudioſorum Vniuerſitas illuſtrauit,
Sacra Diui Nicolai ædes tumulauit.
Ne Commiſſarios expectes, quod tu facere poſſis.
Ægrè præſtant mortuis, quod viuis ſanctè promittunt amicis,
Tumba ne ſit curæ, viuens Exequutores hoc ſeuo onere.

Non eſt quid in morte metuas, ſi nihil timendum vita tua commiſit, diſce benè mori. O quàm beatus ille, qui horam mortis ſuæ ſemper ante oculos habet.

Reuerendo ac eximio Domino, Clementi Crupio Viſlicio, S. Th Sententiario, Eccleſiæ huius Præpoſito, viro in cura Paſtorali obeunda vigilanti, in Procuratorio munere, tum Academiæ Cracouienſis, tum Eccleſiæ ſancti Floriani diligenti, in familiaribus negotijs peragendis prudenti, in contemnendis huius ſæculi vanis promiſsis magnanimo, in diſpenſandis ſuis fortunis prouido, attamen liberali. Qui huius vitæ temporalis curſum ſic peregit, vt non ſibi, ſed Deo, eiuſque Eccleſiæ Miniſtris, pauperibuſque vixiſſe videatur. Exequutores & Diſcipuli monumentum æternæ pietatis & amoris mœſti poſuerunt. Vixit annos LVIII. Obijt Anno Domini, M. DC. IV. die xxiij. Auguſti.

Famatus ac Nobilis Martinus Chrzaſtowſki,
Vir fide Catholica,
Cæteriſque virtutibus clarus,
Hic ſepultus iacet, vnà cum Liberis chariſſimis,
Quibus & mortuum ſe adiungi mandauit.
Mortuus Anno D. 1571.

Bartholomæus eram, cuius nunc Oſſa ſepulchro,
Et cineres terræ contumulata iacent.
Flamen eram ſacro, pia Numina munere placans,
Gruſcinſki Patrio nomine dictus eram.
Barbara cum Matthia me genuere Parentes.
Incola quos nouit maxime Crace Tuus,
Peſte laborarat ſæua cum Patria tellus,
Me ſubitum rapuit Parcæ inimica manus.
Longa meæ letæ ſperabam tempora vitæ,
Quæ rapuit Clotho mortis amica mihi.

Diſcite

Discite Lectores, mors quàm sit noxia cunctis,
Hæc validum cunctis me triduana tulit.
Sed quoniam superis visum est sic, mittite fletus,
Lectores illis cuncta obedire decet.
Illorum potiùs placentur Numina purè,
Manenti ex humili corde perora prece.
Nobis vt functis ac insuper omnibus illum
Astripotens tribuat, quem colit ipse Polum.
Optatam vobis metam, vt properetis ad illam
Mecum, vbi sunt Sancti gaudia plena Dei.
Acta dolore soror grauibusq; exercita curis,
Hæc fratri iussit pingere signa suo.
Anno Salutis Redemptæ, 1573. 8. Septembris.

Generoso Ioanni Glewicz, viro singulari, si fidem Catholicam spectes, constantissimo; si nomen, genus virtutis, admirabile: & Familiam, Nobilissimo; si vitam ciuilem, prudentissimo & humanissimo; si fructum vitæ, gratiosissimo. Nec non Consorti eius Margarethæ, ex Halerea & Gutteterea Familijs fœminæ Nobilissimæ, Petrus Glewicz, germanus mœstus posuit.
Obierunt peste in Suburbano suo.
Anno Domini, 1591. Augusti 28. ætatis 30. hic 45.
Magno sui desiderio relicto, dum Coniugem peste infectam curat, dum mortuam luget.

IN TEMPLO S. ANNÆ.

EPITAPHIVM IESV CHRISTI DEI MAXIMI, Regis Regum inclyti.

ME genuit Mater sine Patre, Pater sine Matre,
Mater erat nulli cognita Virgo, viro.
Principium nullum, nullus mihi finis habetur,
Principium noui, nunc quoque finis adest.
Mortuus hic iaceo, tenet hoc mea membra sepulchrum,
Non tamen inclusum me tenet iste lapis.
Nam viuo, quamuis durâ sim morte peremptus,
Mors mea, mors mortis, mortua vita valet.

Die Paraſceues exhibitum in Eccleſia Colleg. S. Annæ, à Petro Mucharſki, Medicinæ Doct. & Profeſſore Academiæ Crac.

D. O. M.

D. O. M.

V. D. Sebastiano Gawlowicki Lelouien. Artium Baccalaureo, Nepoti ex Sorore Reuerendi Domini Danielis Sigonij, Custodis S. Floriani, S. Th. Profess. Licentiati, Adolescenti bonæ spei, optimis naturæ dotibus & moribus ornato, Auunculus & frater Albertus fratri desideratiss. perpetui amoris monumentum posuit, ex humanis 3. Decembris erepto, Anno D. M. DC. XVII. ætatis 20. anno. Requiescat in S. Pace.

Ioanni de Bobrzankow, viro honesto, modesto, officioso, Dispensatori Collegij Maioris XLVI. Annis benè merito, ideoque Præbendario Sacelli Sanctorum Petri & Pauli Apostolorum in Cerdonia. Anno Domini, M. D. LXXVIII. die x. Ianuarij, ætatis verò ipsius Anno LXX. ex phtisi febri, Paralysi ex continuis solicitudinibus contractis defuncto.
Executores Testamenti fieri F.
Requiescat in pace, Amen.

M. Stanislao Ostrowski, Collegij Minoris Collegæ, publico in Academia Crac. Eloquentiæ Professori Clarissimo, pietate, modestiâ, cæterisq; virtutibus ornatissimo, ex lucubrationibus assiduis ad promouenda publicè & priuatim liberalia studia febri acutissima, Anno D. M. D. LXXVII. die IX. April. Ætatis autem ipsius XXVI. extincto Patroni Clienti desideratissimo, Amici Socio charissimo, Studiosi Præceptori fidelissimo, mœrentes posuerunt.

D. O. M.

Sta Viator, & imaginem veri Peripatetici contemplare.
M. Ioannes Broscius, S. Theol. & Med. Doctor ac Professor, Crac: Can. Stasouien. Miedzirecen. Præpositus, vniuers. Studij Generalis Rector tc vocat.

Huic

Academia Cracouien. post Laureas, primum Ordinariam Astrolog. & Tilician. Eloquent. Profess. detulit, & in Colleg. Maius adscito, Canonicatum Ecclesiæ huius, & S. Floriani contulit, at gratus beneficiorum ille, vt Europæ
Mathemat. Princeps, non scriptis tantùm suis ornauit, vel defendit Matrem; sed quidquid extra collegit (Patriæ & B. Ioannis Cantij memor Canonizationis) totum in sinu eiusdem vnà cum exuuijs suis deposuit.
Obijt præsentandus Supremo Tribunali, ipso Præsentationis B. M. Virg. die xxj. Nouemb. Anno Domini,
M. DC. LII. ætatis LXXI.

Eidem.

Siſte Viator,
Excubant hic lugentes Muſæ,
Graiæ, Latomæ, Sarmaticæ.
Breui hoc Sarcophago conduntur,
Matheſis, Poëſis, Philoſophia,
Medicina, Probitas, Fides, & Theologia.
IOANNES BROSCIVS CVRELOVIENSIS,
Canonicus Cracouienſis,
Et in Vniuerſitate Sacræ paginæ interpres,
Pater omnium Antiquitatum,
Inuida morte interceptus,
Polonis monumentum.
Academicis ſui deſiderium reliquit.
Anno Chriſti, 1652.
Ætatis ſuæ 70.
S. S.

D. O. M.

Admodum Reuerendo M. Iacobo Piotrowicki, S. Theologiæ Doctori & Profeſſori, Canonico S. Floriani, Decano Omnium Sanctorum, Præpoſito Biecenſi; morum grauitate, eruditionis & eloquentiæ, præſertim ſacræ gloria celeberrimo, iuuentutis, ac Magnatum filiorum Præceptori felici, magno omnium deſiderio erepto, & hic tumulato,
Amici mœſti poſuerunt.
Vixit Annos LI.
Mortuus Anno Domini, M. DC. XL.
Die xxj. Martij.

IESVM Chriſtum futuræ vitæ
Authorem expectans.

M. Martinus Gilewski, S. Theologiæ Doctor, S. Sedis Apoſtolicæ Prothonotarius, Eccleſiæ huius x. Annis Decanus, & poſt Concionator, tandem Eccleſiæ S. Floriani Decanus, Sepulchrum in Sacello hoc dote facta ſibi viuens poſuit, parauit, conſtruxit. Moritur Anno D. M. DC. XXX. Ætatis LXVI. *Viui-*

Viuite, qui legitis, cœlestia quærite, nostra hæc
In cineres tandem gloria tota redit.

Honestæ Elizabethæ Faurbachownæ, Vxori legittimæ, Honestus Franciscus Klys, mœstus posuit. Migrauit 1583. Aprilis 28. Vixit annos circiter 40. Filios 8. filias 6. reliquit.

Ad Vxorem.

Coniuge, te viua quis me fælicior, & me
Quis magis orbatus, te moriente, dolet.
Sanctè pudor, saxoq; labrum taciturnius omni,
Occidis illa domus longa ruina tuæ.
Ergo mea ob lachrymas nunquam siccabitur Vrna,
Sed semper flectet sydera summa tibi.

D. O. M.

Ioannes Octauianus Waczlawowicz, I. V. D. & Professor in Academia Crac. Canon. Sendomirien. Ecclesiarum S. Annæ, & Stobnicen. Præpositus, exterarum Academiarum notitia celebris. Domesticæ vitæ probitate, & Professionis in Academia fælicitate, fama ingenij, etiam Principibus commendatus: apud Sigismundum III. Poloniæ & Sueciæ Regem Decretorum Notarius, Serenissimoque Vladislao IV. carus; à cuius electione dum meritorum suorum præmium præstolatur, supremi arbitrio Imperatoris perpetuum pro temporali habiturus, hinc euocatur, magno suorum & Academiæ desiderio: qui ita vixit, vt nunquam mori dignus esset, ita mortuus, vt nunquam viuere in ore hominum, in existimatione eruditorum, desinat.

Quisquis es,

Ei, qui præclarè factis æternam sibi apud homines quæsiuit memoriam,
Vitam immortalem apud Deum apprecare.

Vixit Annos LIX. Mortuus Anno D. M. DC. XXX. Die xvj. Octob.

D. O. M.

Alberto Miley Rokitnensi,

Artium Magistro, & Philosophiæ Doctori,
In Academia Cracouiensi Collegæ Maiori,
Astrologo Ordinario celeberrimo,
Viro vita & moribus Philosopho.

 In pau-

In pauperes pietate insigni,
Laboribus in erudienda iuuentute infracto,
Omnibus prodesse, nemini nocere cupienti,
Executores & Amici, Confratri & Amico posuerunt.
Obijt Anno Domini, 1616. Die verò 10. Feb. ætatis suæ 45.
Amici orent pro mortuo,
Inimici parcant sepulto.

M. Anselmo Bozencinio,

Collegij Maioris Collegæ,
Regio in Academia Cracouień. Philosophiæ Professori,
Canonico huius Ecclesiæ dignissimo.

Viro pietate insigni,

Morum comitate claro,
Nemini molesto, de omnibus benè merito,
Cæterisque virtutibus atque eruditione optimè ornato.
Ex laboribus assiduis tabe contracta, Anno D. 1581. Iunij 8.
Ætatis verò suæ 40. mortuo.
Executores atque Confratres sui mœrentes posuerunt.
Mortuus mundo, viuit Deo.

Paulo Radosseuio filio,

G. D. Georgius Radoszewski Boxa,
Succamerarius Terræ Vielunensis,
Mœstus posuit.

PAule deliciæ breues tuorum,
Et fessi Patris optimum leuamen.
Heu citò superos adis Quirites,
Vix trinis trieteribus peractis.
Quid fles talia, nil fleas Viator,
Passim mors violenta cuncta tollit.
Longa nec Priami putanda vita,
Nam non viuere, sed bonum esse vita est.
Vixit Annos IX. Menses 4. Obijt Anno D. M.D. LXXX.

D. O. M.
M. Georgius Golinski,

Custos Ecclesiæ Opatouien.

In Acade-

In Academia Cracouień. professione Ordinarius Orator.
Vita integer Philosophus vbique probatus,
Hic quiescit.
Homo officio Professorio inuictus,
Pauperum supra fortunam nutritor.
Fælix Nobilitatis in Academia Crac. & Posnanien. educator.
Etiam Illustr. D. Dominici Ducis in Zasław fidelis Præceptor,
Sed dum Philosophicam vmbram: inueto Aulæ splendori inuitus permutat,
Et se multum atterit,
Vt Principi & Aulæ,
Fide, officio, exemplo, prosit plurimum.
Ante ætatem, omnium dolore, qui de omnibus meruit, occumbit.
Anno Domini, 1631. die 23. Octobris.
Ætatis suæ XXXVIII.

DEPOSITVM
IOANNIS CANTII,
Theologiæ Doctoris,
Quem in Beatorum numerum relatum,
Et vita sanctissimè acta,
Et tot post mortem edita miracula
Testantur.
Satis colueris, si fueris imitatus.

D. O. M.

Fidei & concordiæ coniugalis, Consorti suæ defunctæ Catharinæ, cum qua 18. Annos sine querela exegit. Sebastianus Zielogorski, Ducillorum Pallatin. Cracouień. Exactor, quod in animo perpetuo tuetur, etiam hoc loco, vbi depositа quiescit, insculpi fecit monumentum. Vixit annos 53. mortua 31. Aug. Anno Dñi, 1634.

Hic quoque Matthias Coritouius ille quiescit,
Quem Craco: peperit Płocia clara pium.
Hac Collega fuit maior facundus in vrbe,
Interpres sensus Philosophia tui.
Canonicus Sacra venerandus in hac erat æde,
Quam cum prole sua Diua triformis habet.
Extra Diuini Præco pomœria Verbi,
In Confessoris sedibus auriferi.

Inte-

Integram duxit Paphio sine crimine vitam,
Famæ gloriolæ laudis honoris amans.
Obijt Anno Domini, M. D. LXVII. Die xviij. Maij, ætatis suæ XL.

D O M.

Valete mundi mella felle pluentia,
Valete spes, metus, tvranni coniuges.
O illa vita melle sine felle inebrians,
O vita vitæ Oceanus, ô Deus meus!
Venite pro hac vita ferendæ omnes cruces,
Aue alma mors, vitæ obstetrix ac lana.
LAVRENTIVS SMIESZKOWIC M. D. & P.
Ipse sibi viuens fecit.
Abijt Anno Domini, M. DC. XLVI.
Die xx. Mensis Septembris, ætatis suæ L V I.
Morituræ ora pro mortuo.

D. O. M.

M. Simoni Halicio Pilzneń.
Ecclesiæ S. Floriani Canonico,
Eloquentiæ Tiliciano Professori primo.

Viro cum in omni vita probo, modestoq; , tum in Sacerdotio spectatæ pietatis, vt non ampliùs cum hominibus, sed cum Deo viueret, quem castè ac sanctè coluit quotidiano altaris Sacrificio, vsu orationis, iugi meditatione rerum cœlestium, cum mancipatione corporis seruitio Diuino, vigilijs, Concionibus, quinque dierum Hebdomadis ieiunio, perpetua vini abstinentia, alijsque asperitatibus secretioribus qui ita in se austerus nihilominus in alios suauitatem humanitatis retinuit, benignè faciens, aut opera indigentibus, aut pecunia plùs quotannis de censu professionis, quo vnico erat contentus, in pauperum vsus quàm in suos conferens, mirus opum, & quidquid in pretio habet vulgus contemptor, moriens ætatis XLIX. Anno. Corpus hic humatum tutelæ commendauit Patroni Academiæ, quem in vita imitatus est, & coluit, Anno Domini, M. DC. XXV. Idibus Iunij.

H*Ac iacet ille Valentinus Lazouius Vrna,*
Ingenij & morum dotibus egregius.
Hic omnes veri numeros implebat amici,
Non hominum, non hic temporis huius erat.

Tnum

Vnum peccauit ſubitò, & quod peſte receſſit,
Funeris hunc illi fata dedere modum.
Hoſtis & humanæ dum vult exiſtere mortis,
Mors metuens hominem ſuſtulit ecce prior.
Vitam igitur viues expetendam funeris, ad quam
I nobis bonus, i Cœlitibus melior.

Ætatis 50. Anno Domini, 1602.

M. NICOLAO à SZADEK,
Theologiæ in Academia Crac. Doctori digniſs.
Et Profeſſori fideliſſimo.
Eccleſiæ Cathedralis Cracouien. Canonico,
Sinceritate in omnes, ſtudio benè merendi in ſingulos clariſs.
Pacis & concordiæ inter fratres ſolicitatori diligentiſs.
Viro, qui etiam poſt aurum non abijt, nec ſperauit in theſauris pecuniæ,
Omnibus egenis & pupillis deſideratiſsimo.
Anno Ætatis ſuæ 76. ab Incarnatione autem Domini, 1564. Decemb. 24.
ſub picto hoc Sarcophago tumulato, pro ornatu Templi & exemplo
poſterorum, Executores poſuerunt.

Hoc Monumento clauditur
Vrbi, doctis, & bonis omnibus deſideratiſſimus,
FRANCISCVS CÆSARIVS,
Typographus Regius, & Ciuis Cracouienſis.
Ob ſuas animi dotes, ſingularemque humanitatem, prudentiam,
Atque ſcientiam linguarum exoticarum,
Amicis, Proceribuſque viris carus.
Omnibus in muneribus magna ſemper cum integritate
Et induſtriæ laude verſatus,
Qui
Memor ſupremi illius diei,
Quo reuiuiſcens humanum genus,
Æternas, ſeu præmiorum, ſeu pœnarum ſedes,
Vt cuiuſque meritum fuerit,
Iudicio Dei eſt accepturum,
Hoc in loco condi, & lapide tegi iuſſit.
Anno ab Ortu Chriſti, 1651.
S. S.

D. O. M.

Eidem.

D. O. M.

Exoptatum bonis Iusti Iudicis aduentum

Expectans.

FRANCISCVS CÆSARIVS,

S. R. M. & Almæ Acad: Crac. Typographus.

Qui

Eâ fuit in Deum pietate, vt auitæ religionis Christianæ viuum exprimeret exemplar.

Eo animi candore, vt nullum cordis & linguæ, oris & pectoris cerneres dissidium. Eâ in rebus gerendis dexteritate, vt Summis quibusque & prudentissimis in Regno Senatoribus ac Episcopis, Andreæ Lipski, Iacobo Zadzik Crac: & Paulo Piasecki Præmisl. carus esset ac familiaris.

Eâ linguarum exterarumque nationum notitiâ, vt comes peregrinationis, primo Feliciani Woianowski, Equitis Aurati Meliten. Commendatoris Posnan. Secundo Illustriss. Dominici, Ducis in Zaslaw. Tertio, Andreæ Lipski, Episcopi Cracouien. in Italiam Germaniamque accerseretur.

Cùm

Longioris vitæ spe vxorem, filios, nec non Amicos solatur.

Virtutum præmium accepturus ab eo, qui est retributio Iustorũ, vocatur.

Anno Iubilei Magni, M. DC. LI. Die Sacro S. Aug. Ætatis suæ LXVII.

Vt qui viuens totam locasset Doctis ac Doctoribus operam, mortuus à Doctore Ecclesiæ lauream prensaturus cœlestem præsentaretur.

Coniunx mœsta, cum filijs, & vnica filia, hoc vltimum amoris sui posuit autoramentum.

D. O. M.

Martinus Gilewski Decanus, Adamus Opatouius Canonicus, Ecclesiæ huius memores, mortalitatis suæ posuerunt. Anno Domini, M. DC. VIII.

D. O. M.

A. R. D. ADAMVS OPATOVIVS,

Sacræ Theologiæ Doctor & Professor,

Canonicus Cracouiensis.

Vir san-

Vir sanctimonia vitæ & eruditione insignis, pauperum alendorum & vestiendorum ad exemplum memorandus, de omnibus meritissimus. Academiam per 30. Annos suis laboribus ita iuuit, vt etiam scriptis varijs, & in S. Thomam Commentarijs editis illustraret. Non modicis in Ecclesia & Academia laboribus fractus, iusta ætate languens, magno Academiæ dolore excessit. Anno Domini, 1647. Nouemb. 4. ætatis verò suæ 73. & hic subtus Ambonam, quem sibi viuens locum delegit,

Quiescit.

D. O. M.

Adm̃. Reuerendus D. Iacobus Vitellius,
Sacræ Theol. Doctor & Professor,
Canonicus Cracouiensis.
Vir probitate, mansuetudine, candore præclarus,
Sacerdos vitæ sanctimonia ac pietate probatus.
Professor Scientiarum, eloquentiæ, eruditionis, linguarum peritia insignis.
Ciuis fide & opera,
Rector æquitate ac iustitia bono communi fouendo natus,
Præceptor formandæ Magnatum prolis in Regno celeberrimus,
Pauperum studiosorumque Oratorij pietatis, & Scholarum priuatarum Prouisor vigilantiss.
Procancellarius.
Dum Laureas conferre parat, ad coronam immortalitatis euocatus,
Hic quiescit.
Anno Domini, M. DC. XLIIX. Die xxvj. April. ætatis suæ LXII.

D. O. M.
M. MELCHIORI POREMBIO.
S. Theol. Baccalaureo, & Profess. Ecclesiæ S. Annæ inprimis Canonico, Concionatori, postea Decano, tandem Ecclesiæ S. Floriani Canonico, in florenti sua ætate Professione Philosophiæ celeberrimo in Collegio Culmensi, & Lubransciano, tandem in Academia Zamoscensi & Cracouiensi; viro in omni vita probo, modesto, mirè candido, & nemini vnquam molesto.
Qui
Annum ætatis agens LIII. Mortuus II. Decembris.
Anno Domini, M. DC. XXXIX.
Hic post tenebras lucem expectat.

D. O. M.

Adm. Rñdus P. Matthias Blosius,
Sacræ Theologiæ Doctor & Professor,
Ad S. Florianum Decanus.

Vir ætate grandæuus, moribus grauis, pietate singularis, consuetudinum Academicarum vti Pater suo tempore Senior obseruantissimus, laboris in Academica statione, cultor tam tenax, vt mors eum non alibi quàm in Cathedra inque media lectione comprehenderit, solitudinis suo æuo cæteris amantior, ad eum, qui ab æterno minimè solus est, lætus & promptus migrauit, Anno Domini, M. DC. XLVI. ætatis 78.

Magister Albertus Sierpscius,
Sacræ Theologiæ Sententiarius,
Romæ autem Doctor,
Collega Minor.
Vir pacis cupidus,
Professor laboriosus,
Sacerdos pius.
Cum viribus labore exactis,
Labores animi exaggerans,
Ad mortem se comparat.

Ad extremam senectam appulit, ac liberalitatem in Ecclesiam, in Monasteria, in Academiam, in suos testatus, excessit anno Domini, 1620. Die 5. Iulij, ætatis 72.

D. O. M.

Hieronymo Gorecki, I. V. D. & Professori,
Ecclesiæ Collegiatæ S. Annæ Præposito.

HIc ille tumulatus iacet Gorecius,
Qui Pastor auxit hanc bonis Ecclesiam.
Professor exornauit Almam Academiam,
Nec nomen huic frustra datum est Hierony:
Quem docta stupuit Iurisperitum Italia,
Nunc deflet oraculum suum Magna Lechia.
Lugent Patronum omnes Propinqui & pauperes,
Heu non suorum, sed sua magis die.
Ad latus Sepulchri Beati Cantij
Expectat aduentum Domini.
Oretur pro illo.

Reueren-

Reuerendo Venceslao Basenio de Maloniezicze, Collegæ Maiori, S. Th. Baccalaureo, S. Floriani Canonico, Parocho Rudauiæ, viro pio, erudito, pacificoque, laboribus multis in Academia hac Celeberrima summo cum fructu docendo, publicè legendo, disputando, prædicando susceptis, præmia à Domino percepturus æterna, migrauit ex hac vita 3. Kalend. Iulij. Anno Domini, 1598. ætatis suæ 52.

IN TEMPLO S. MARIÆ VIRGINIS IN ARENIS.

D. O. M.

Memoriæ nunquam morituræ.

G. DD. Martini de Czaryſz Czaryski,
Terræ Lelouiensis in Woyslawice quondam Hæredis.

MArtini locus hic capax
Czaryski, tamen integer
Hic non est, Polus (vt reor)
Menti peruius, actaque
Seruant, pignora Lechiæ.
Clara stirpe satum, dolent
Extinctum: vir erat Togæ,
Dicunt, atque sago vtilis.
Defuncto requiem bone
Spectator pete cœlicam.

Obijt Anno Domini, M. DC. XXII. ætatis LXXXV.

D. O. M.

Generosus Martinus Skoroszewski, de Minori Skoroszewo Terræ Zakrocimensis, Camerar. Generalis Lelouiensis, natus Anno Dñi, 1576. annis & laboribus consumptus. Mortuus Anno Domini, 1640. die 27. Augusti, hic requiescit sepultus. Oretur pro eo Deus. Hospes, tua non aliena cures.

R. D. IOANNES STEFANSKI,
Canonicus Sendomirienſis,
Stęzycensis, Piekoszouiensis Parochus.

Veras has effigies B. Caroli Borrhomæi, & Staniſlai Hoſij Poloni,

pro ornamento Capellæ Beatæ Mariæ Virginis in Arena PP. Carmel. DD. Q. Anno Christi, M. DC. XXVI. Menſe Iunio.

D. O. M.

Generoſus Ioannes Zbylitowſki de Zbylitowice,
De Armis & antiqua Familia Stręparum.
Patre Nicolao Zbylitowſki,
Matre Dorothea Włotkowna de Koſcielec, de Armis
Zabawa progenitus.
In rebus bellicis ſtrenuus miles.
Tempore Sereniſſimi Diuæ memoriæ Sigiſmundi Auguſti Regis Poloniæ
Rotmagiſter equitum contra Moſchos & Tartaros fuit.
Poſt egregia ſua opera morte occubuit,
Et in hac ſacra æde, à filijs mœſtis ſepultus eſt,
Cum quo in vno eodemque monumento, tres filij eius,
Ioannes vir doctus, Chriſtophorus & Staniſlaus,
Et filiæ duæ, Zofia Rzuchowska, Anna Morſtynowa.
Vixit Annos 27.
Mortuus Anno 1607.

D. O. M.

Matthias Borek de Szydłow,
Artium Magiſter & Philoſophiæ Doctor,
Scholæ Omnium SS. moderator,
Pietate & moderatione inſignis,
Moribus pacatus & quietus.
Summa in iuuentute informanda diligentia,
Ex aſſiduis laboribus, & irrequieto ſtudio morbo correptus.
Anno Domini, 1611. die 10. Decembris.
Ætatis ſuæ anno 26. mortuus.
Hoc loco ſepultus quieſcit.
Lector, dic animæ parce benigne Deus.

D. O. M.

Eccleſiam hanc tempore obſidionis Ciuit. Crac. Anno D. 1587 poſtridie S. Catharinæ Virg. & Mart. conflagratam. M. Rochus Poſnanien. in Academia

demia Cracouiensi S. Theol. Professor, Maioris Collegij Collega, Canonicus S. Floriani, Ecclesiæ Cathedralis Crac. Pœnitentiarius, Monialium S. Andreæ Crac. vbi sepultus quiescit, Confessarius, &c. tecto lateritio sumptu suo in id destinato exornauit, & vt Patres Ecclesiæ huius pro anima sua Deum precarentur, censu annuo prouidit, &c. M. Martinus Gilewski, S. Theol. in Academia Crac. Professor, Decanus S. Annæ, ob memoriam Præceptoris sui desideratissimi posuit. Anno D. M. DC. IX.

D. O. M.

R. D. Andreas Zedzianowski, Philosophiæ Doctor, Canonicus Premisl. fato ineuitabili præuentus, pietate in Deum, amore in Academiam, obseruantia in omnes, quidquid mortalitatis habuit, in hac Vrna humili, amicis desiderio ereptus perenni, Anno Domini, M. DC. XXV. xv. Kalend. Octobris deposuit.

Tu vt feliciter quiescas,
Apprecare, si amicus, pro amico,
Si inimicus, parce mortuo.

In Columna Marmorea.

D. O. M.

Famatus Dominus Szablowski, nomine dictus Matthias, Vrbis Pharmacopola Crac. Anno Domini, 1634. die 21. Nouemb. de sumptu proprio, hanc fecit consurgere molem, huic, alijsque simul Summe faueto Deus.

IN TEMPLO S. STANISLAI IN RVPELLA.

Ad Sepulchrum D. Stanislai.

Ad Diui Sepulchrum dum facilis diuina patet confugientibus gratia, variorum multitudine miraculorum eius elucet sanctitas. Lambertus eius in Episcopatu successor, cum Principe Vladislao, Ossa tumulo sublata, hinc ad Ecclesiam S. Venceslai in Arcem Cracou. honorificè transferunt, Anno Domini, 1080.

Ioannes

R. D. D.
Ioannes Dlugoſz de Niedzielſko, Illuſtrium Filiorum Regiorum informator, Canonicus Cracouienſis, huius Monaſterij primarius inſtitutor,
Hic ſepultus requieſcit,
Anno Domini, 1480. Die 10. Menſis Maij.
Oretur pro eo.

Magnifico ac Generoſo Domino, D. Adamo à Rudze Strzalka. Qui in eximiæ Nobilitatis honore, ſui quaſi immemor animi ſubmiſsione eximia, exterioris negligens faſtus, affectu in Deum & religionem pijſsimus, domi foriſque clariſsimus, mira in egenos liberalitate, in omnes comitate, doctrina, prudentia, humanitate illuſtris, omni denique virtutum genere conſpicuus, terris emeritus, cœlis digniſsimus, hoc loculo parte vna mortali reconditus, altera meliore immortalis, Anno Domini, 1634. die 10. Ianuarij, hanc nunquam morituram virtutem eius, & amoris ſui, teſtem Coniunx mœſtiſsima. Tu Lector viuo ſi vitam optabas longiorem, mortuo æternam apprecare requiem.

VIATOR,
Meæ animæ requiem precare.
Anno D. M. DC. III. die 2. Iulij.
Mortuæ Nobili Zuzannæ Lipska Gente, Nobilis Andreas Gezek Doliuius, Coniunx mœſtiſs. Coniugi deſideratiſs. cum qua tot annis ſine querela vixit, FF.

Generoſum ac Magnificum de Klobukowice Rzecki, Cracouien. Burgrabiũ intuere. Quem cùm natura mortalẽ feciſſet, vrtus immortalitate donauit; huius adoleſcentis Sereniſsimus Rex Stephanus in periculoſo contra Moſchos conflictu dextram dexteritatem vidit & probauit maturum, fælix ſemper victor, Ioannes Zamoyſcius, exercitus vniuerſi Ductor, pro aris & focis cum Turcis ac Scythis dimicantem ſpectauit, & admiratus; Inuictiſsimus ac Sereniſsimus Rex Vladiſlaus IV. benè meriti de Repub. venerandam canitiem Cracouiæ in Comitijs complexus, & veneratus Regali prædicauit elogio: Polonia vtinam talibus abundet viris, ita dum plenus dierum maturè, & Patriæ ſatis vixiſſet, vnà cum Conſorte ſua chariſsima Zuzanna de Druſzkow, quem heu fatum mirare, poſtero die ſequitur Sacramentorum antidoto munitus. Immortalem animam Deo obtulit, mortalis corporis hoc in loco exuuias reliquit. Anno Domini, 1636. Die 13. Decembris, ætatis ſuæ 76.

Æternos

Æternos illi apprecare dies,
Quisquis ad eandem tendis deuius æternitatem.

IN TEMPLO S. HEDVIGIS.

Reuerendissimo in Christo Patri, Domino D. Simoni Ługowski, ob singularem fidem,& excellens studium,in transigendis negotijs Thesauri Regij primum Notario, deinde eruditionis scientiæ & nobilitatis ergò, authoritate Episcoporum Ecclesiarum Crac. & Posnanien. Canonico, tandem Diui Sigismundi Augusti Regis Poloniæ fauore, & Fratrum consensu Præposito Generali Miechouien. postremò Serenissimi Stephani integri & acerrimi inclyti Regis Poloniæ Episcopo Nominato, & Electo Premislien. ætatis suæ Anno 52. Anno autem Domini, 1583. die 25. Mensis Ianuarij viam vniuersæ carnis ingresso, cura ac pietatis studio mœstissimorum Curatorum positum.

Expecto, donec veniat immutatio mea,
Et in carne mea videbo Deum Saluatorem meum.

D. O. M.

Inuida mors rapuit te nobis Clare Ługoui,
Dum tibi Roma parat Pontificale Pedum.
Quid tum? si summo præsens operare Tonanti,
Atque tuum cingit vera Thiara caput.
Parte tui meliore colis cœlestia templa,
Et terras temnis, temnis & inuidiam.

Venerabilis ac Religiosus D. Stanislaus à Batułow, Præpositus S. Heduigis, hoc lapide tegitur. Qui 26. Februarij obijt, Anno Domini, M. D. XXIX. Oretur pro eo Omnipotens Deus.

IN TEMPLO SS. CORPORIS CHRISTI.

D. O. M.

Beatæ memoriæ D. Stanislai Casimiritani, ad hanc Can: Reg. S. Augustini Ecclesiam Canonici Professi Presbyteri, pietate, dum in humanis ageret, in-

ret ſingulari, ac poſt mortem, quàm Anno Dñi, M. CCCC. LXXXIX. Die iij. Maij obijt, votis fidelium, ſua merita magna deuotione atque ſolatio implorantium continuis, in præſentem vſque diem conſpicui. Martinus Kloczynski, I. V. D. Præpoſitus cum ſuo Conuentu, erexit, cuius corporis integras reliquias, ad ſiniſtrum Chori anterioris angulum, iuxta ferream cratem, ſub ſaxo in ligneo loculo olim depoſitas, in thecam ſtanneã collegit, & concauo petreæ huius tumbæ concluſit. Anno Domini, M. DC. XXXII. Menſ. Aug. die IX.

D. O. M.

Lincia me genuit, fouit, Caſimiria, vixi,
Extendens æui tempora iuſta mei.
Ciuibus his gratus populo gratiſſimus omni,
Principibus carus per bona facta viris.
Cætera non refero, Coniunx chariſſima teſtis,
Virtutum octogena prole ſuperſtes erit.
Molliter hic igitur qui pius dic Oſſa quieſcant,
Quorum ſyderea ſpiritus arce manet.

Anno Domini, M. D. LXXXVII. die I. Auguſti, Nobilis Staniſlaus Czieniowski obijt, eius monumentum Nobilis Magdalena Czieniowska, vxor mœſtiſſima poſuit.

D. O. M.

Catharinæ Foxiæ connubio, & viduitate claræ,
Matronali grauitate, & prudentia conſpicuæ.
Quæ in florenti ætate memor ſui,
In morbo triennali memor Dei.
Fortis animi & patientiæ exemplum præbuit,
Matri dulciſſimæ Ioannes Foxius, Canonicus Cracouien.
Monumentum pietatis mœrens poſuit.
Vixit An: LX'. Obijt die xiij. Septemb. M. DC. II.

Hoc poſui opus pietatis, ego Sebaſtianus Walkier, Honeſtæ Dorotheæ F. Conſorti ſuæ chariſsimæ, quæ obijt in Chriſto, Anno Domini, 1551. die 9. April.

Specta-

Spectabili atque Clariſsimo Domino Ioanni Iendrzeiowic, Conſuli Caſimirienſi: viro pietate religioneque in Deum Catholica præcellenti, fide atque ſinceritate præclaro, in ſuos pietate, in omnes benè merendi ſtudio, in ſe autem fide & amore coniugali integerrimo. Dorothea, qua viuum fide, eadē proſecuta & mortuum, vxor mæſtiſsima, Coniugi ſuo chariſsimo, conſperſum hoc lachrymis monumentum ſibique fieri curauit. Obijt Anno Domini, M. DC. VII. 18. Martij.

D. O. M.

LVrida mors cunctis, & inexorabile fatum,
Vt quatit horrendis omnia fulminibus.
Nobilibus Martinus erat Natalibus ortus
Gizewſki licet, at conditur hoc tumulo.
Conditur & Catharina ſimul fidiſſima Coniunx,
Nec falcem virtus effugit vlla feram.
Vir fuit ille pius, conſtanti pectore Ciuis,
Hæc cuſtos almæ firma pudicitiæ.
Ille quidem Conſul dein ſeruantiſſimus æqui,
Hæc Matrona grauis religione, fide.
Tu quicunque leges, vtrique precare voto,
Fac Pater, vt tecum ſemper vterque fiat.

EPITAPHIVM

Famati Domini Staniſlai Haberkoſt, Ciuis ac Conſulis Caſimirienſis, qui obijt 22. Menſis Martij, Anno Domini, 1579. Ætatis ſuæ 56.

Qui triſti cecidit fato, qui morte peremptus,
Nunc vitam lætus tranſijt æteream.
Huic modo poſt lachrymas, & poſt funebria iuſta,
Cum merito tantus ſurgit honore rogus.
Vnde iacens viuet, cuius quoque gloria Regum
A ſummo poſt hac funere maior erit.

Honeſta D. Barbara Odrzykoniowna, Coniunx chariſsima, hoc monumentum lachrymis conſperſum amoris ergò poſuit. Anno Domini, M. D. LXXIX.

D. O. M.

Sepulchrum hic vides
Spectabilis Georgij Woleff à Smidbarg,

Senioris Consulis Ciuitatis huius.

Qui

Vt in vita sic in morte esset

Tranquillus magna constantia,

Ac labore maximo

Effecit.

Andreas Wolffowicz, Philosophiæ & Medicinæ Doctor, Parenti charissimo, posteritatis gratia FF. Obijt Anno Domini, 1620. 21. Decembris, hora 10.

Quisquis es, benè apprecare, ita posteri tibi,
Vita crescendo decrescit, Mors lilia sentibus æquat.

Monumentum viuens posuit, Anno Domini, 1578. in quo placidè in Domino quiesceret, Iacobus Sartor, Ciuis Casimirienſis, sibi, & Zophiæ vxori.

Anno Domini, 1640. die Veneris 9. Februarij, Ioannes Lisicki ex hac vita decessit, & in hoc tumulo ossa sua reponi iussit.

Suo Coniugisque cineri, Famatus Andreas Senior Pugal, Ciuis & Scabinus Casimirienſis, viuens monumentum hoc mortalitatis memor P. Anno Domini, 1688.

IN TEMPLO S. CATHARINÆ V.

In Tabula Argentea.

D. O. M.

Et Memoriæ mansuræ,

Generosi olim D. Nicolai de Zakliczyn Iordan, Aul: Cubicul. S. R. M. Qui ad Stirpem, non vetustam minùs, quàm omnis fortunæ dignitatumq; in hoc Regno capacem referens ortum, haustam ab Illustri Parente, Staniſlao de Zakliczyn, Succamer: Crac. & Matre pientissima, Christina Borkowna, nominis claritatem, vt auctam cumulatamque posteris redderet,

veræ

veræ laudis & gloriæ initium non tardiùs quàm vitæ fecit. Primo ætatis flore Palladi Iuuenta Bellonæ ritè consecrata, sub cuius Aquilis, Sueco, Prussico, Russico, Turcicoque contra Abassium Bassam, bellis, animi acris præsentisque, hoc est, inuicti specimen nobile dedit; ibi vt adhuc Tyro, hic vt veteranus imò Ductor Prouincialis cohortis. Soluto porrò cingulo militari, & assumpta rebus in Patria vndique compositis toga, cùm pulchras animi dotes, post tanta virtutum semina, culturamque ad messem perducere per pietatis seriæ, fidei incorruptæ, raræ humanitatis, munificentiæ eximiæ, continua experimenta satageret: præcocis fati inclementia, omnes præclaras cogitationes simul cum vita abrumpere compulsus est, die xxiij. Ianuarij, Anno Salutis, M. DC. XLVI.

Vale Viator,

Et innocuis Manibus benè precare.

Generosa D. Barbara de Ługi Iordanowa, Marito desideratiss.
Generosus D. Michaël de Zakliczyn Iordan, & Magnifica Domina Zophia de Zakliczyn Ługowska, Capitanea Lelouien. Fratri optimo collachrymantes posuerunt.

D. O. M.

Generoso Alberto Wylezynski de Wylezyno, Burgrabio & Vicesgerenti Castri Cracouien. ab Illustrissimo olim & Magnifico Domino, D. Nicolao Zebrzydowski de Zebrzydowice, Palatino, Generalique Cracouien. viro prudenti, & ob sua merita, & dexteritatem ingenij, in Iudicem Castrensem euecto. Obijt Anno Domini, 1621. ætatis suæ 50. Sarcophagum hoc Martinus Wybranowski de Wybranow, fidissimus Achates amoris ergò posuit.

D. O. M.

Suo Coniugisque cineri, Nobilis ac Famatus Ioannes Mrowinski Plocywlos, Ciuis & Consul Casimirienſis; vir iudicio singulari, integritateque morum ac vitæ innocentia præditus, viuens monumentum hoc mortalitatis memor posuit. Anno Domini, M. D. LXXVII. ætatis suæ anno LXIII. Vixit postea An: iij.

Vitæ quàm breuis hora fiet, perpende Viator,
Quod sum, vos eritis, ipse quod estis eram:
Spe vacuus, vacuusque metu, mole cubo sub ista,
Et verè iam viuo, mortua vita vale.

Famato viro Domino Iacobo Sartori, Conciui Ciuitatis Casimirienſis, viro summa virtute, & singulari humanitate præstanti, nec non Matri suæ

chariſsimæ, liberiſque ſuis, honeſta D. Zophia Koniczonka, Coniunx prædicti D. Iacobi, qui in Domino obdormiuit, Anno Domini, 1583. hoc Epitaphium amoris ergò mœſtiſsima poſuit.

D. O. M.

Laurentius Spytek Iordan de Zakliczyn, in Melſztyn,

Caſtellanus Cracouień.

Capitaneus Premiſlien. Camioncenſis & Cichouienſis.

Sibi, Vxori ſuauiſsimæ, Parentibus, Maioribus, & Liberis ſuis dulciſs. poſuit. Vixit annos L. ferè. Obijt in Mogielany xj. Martij, Anno Domini, M. D. LVIII. Vir pius, benignus, & optimarum partium, Senator prudens, diſertus, & amans Patriæ, Doctorum virorum, & bonarum literarum fautor, priſcæ & Catholicæ Religionis cultor & propugnator eximius.

D. O. M.

Generoſus antiquæ Familiæ Petrus de Zakliczyn Iordan.

Natus,	Vixit,	Obijt.
Inclytè,	Præclarè,	Beatè.
Patriæ,	Regum,	Religionis.
Ciuis,	Miles,	Filius.

Hunc

Coniunx,	Poſteri,	Liberi
Flent,	Dolent,	Exoptant,
Virum,	Patrem,	Similem.

O Mors inuida!

Nec Heroi,	Nec militi,	Nec Pio
Parcis,	Das inducias,	Blandiris.

Eheu!

Dole quiſquis leges,
Non facilè mortuo,
Virum parem videbis.

Ætatis ſuæ 65. peracto moritur, Anno Dñi, 1619. die 26. Feb.

Magnificus Dominus Iordan de Zakliczyn, Caſtellanus Bieczeń. Capitaneus Scepuſień. Oſwiecimeń. nec non Zupparius & Procurator Generalis Cracouień. Obijt xix. Nouemb. Anno Domini, 1507. Oretur pro eo.

D. O. M.

D. O. M.

Piis Manibus,

Generosi Adami de Ogonow Ogonowski, cuius illibatum ætatis florem, pietas Parentum & optima institutio ad fructum Patriæ & Ecclesiæ commodiorem vtilitatem susceptum deduxit: in Prussiam graui bello æstuantem aduersum fidefragum Annibalem Suecicum, tuendæ & vindicandæ libertatis ornamentum, amor Patriæ exciuit, creberrimis incursionibus, stratagemmaticis conflictibus, cruentis prælijs, benè merendi studium aluit & exercuit, generosum pectus laborum & periculorum tolerantiam omnibus commendauit. Tandem, vt omnia fatali periodo subiacent, & ille laboribus & incommoditatibus fractus, & maligna febre confectus, die 20. Septemb. Anno Domini, 1640.

Fatis concessit.

Gloriam quidem & ornamentum Fratribus & Amicis, sed longeuum dolorem reliquit. Quem ob virtutem, præclara facinora, quisquis vt debes, amas, imitari contende, & æternã, quam ipse exoptas, salutem deprecare.

Hic iacet Bernardinus Ruszocki, cum vxore sua Elisabetha decora. Oretur pro eis. Anno Domini, M. D. XXXVIII.

Anno D. M.CCCC.LX. v. Aug.

OBijt Frater Petrus, Prior huius Conuentus,
Hic vixit clarus virtutibus, vir Deo supplex.
Vas morum, nostræ religionis honor
Deplanctus lachrymis, sunt data memora solo.
Cuius busta manent hic ossibus ipsa reperta,
Cui cœlum Patria, sit laus ipse Deus.
Orate pro eo Dominum Deum Fratres charissimi.

Epitaphium B. Isaiæ Bonar Poloni, Ordinis Eremit. Sancti Augustini.

LEchiadum claro prognatus sanguine Doctor
Esaias, isto Sarcophago tegitur.
Nil Lector mirere, manet sors omnibus vna,
Doctos, indoctos falx metit, Vrna capit.
Hoc opus & labor Elisijs vt sistere campis,
Detur & ad summos scandere cœlicolas.
Viuis ibi semper lætus, Pater optime viuis,
Esaia nostræ religionis honor.

Viue

Viue memor noſtri vitæ diſcrimina multa
Inter, ad æternos duc Pater alme lares.
Anno Domini, M. CCCC. LXXI.

Anno Dñi, M. CCCC. XXXIV. obijt Venerabilis Pater Ioannes Abbas de Caluo Monte, Prior huius Conuentus.

Frater Staniſlaus Starczowſki, Prior Conuentus, Anno Domini, 1642. 26. Maij.

Integer vir Albertus Suſcius, Ciuis & Proconſul Poſnanienſis, Valentino filio ſuo, Acad: Crac. ſtudioſo, eleganter in Philoſophia erudito, Anno D. 1588. ætatis ſuæ xxj. Maij vltima defuncto, effuſis lachrymis poſuit. Requieſcat in ſancta pace, Amen.

Ferro me rapuit fera mors, ſed vos quoque cunctis
Mortales horis, credite, ſæua rapit.

Honorato viro Koſzycki, Ciui Caſimirien. Honeſta D. Barbara Coniunx mœſtiſſima, Marito ſuo chariſſimo, qui obijt Anno Domini, 1600. die 19. Aug. Atque Tiburtio Koſzycki, filio ſuo, cum prædicto olim Nicolao Koſzycki progenito, Anno præſenti, 1602. die 6. Iulij ex hac vita ſublato, hoc monumentum poſuit.

Inuida mors hominum generi inuidioſa caduco,
Vllius non te fas pietaſq; mouet.
Ad rigidum per te rapimur trahimurq; Tribunal,
Duraq; tot ſcelerum plectimur arbitria.
O Deus, effuſo placatus ſanguine nati,
Quæ cubat hic famulæ mitior eſto tuæ.

ÆTernum qui cuncta regis ô maximè Princeps,
Cœlicolumq; lares terrigenumq; domos.
Hanc tibi Swiętkowicz Samuel, & Barbara Coniunx,
Illius hanc aram dedicat eximiam.
Hic tibi cœleſtes ſacrabunt ſemper honores,
Poplite curuato thura Sabea dabunt.

Hic quod-

Hic quoque post actos soles, post stamina rupta,
Propria Sarcophago condere busta volunt.
Tu Deus & viuis fœlicia tempora mittas,
Et post fata Poli splendida templa dabis.

IN TEMPLO S. STEPHANI.

Nobili genere orto, & insigni Armorum Stemmate clarissimo, remque militarem curantibus viris amabili
FELICI.
Viro pio, honesto, ac sine querela omnibus desideratissimo, Cæsaria Coniunx Marito suo charissimo, sibi, suisque posteris monumentum hoc posuit. Vixit annos LXXIV. Obijt in Festo Diuisionis SS. Apostolorum, Anno D. 1577.

D. O. M.

Diuo Ignatio Societatis IESV Parenti,
Auitæ Religionis vindici,
Christianæ fidei Propagatori,
Scientiarum Patrono,
Sacrarium hoc
Optimorum Parentum suisque cineribus post fata domum
Christophorus Castell: Woyniceń. Capit. Gniewen.
Andreas Castellanus Visliceń.
Nicolaus Castell: Sądeceń. Oycouień. Capit.
A Pilca Korycinscij,
De Armis bipennium vulgò Toporij, Fratres germani FF.
Et nouum genti suæ in vita præsidem.
Et in morte præsidium adsciuere.
In Superos religiosè, in Maiores posteroque piè,
Anno fundatæ Salutis, M. DC. XXXVII.

Heus tu malesane Hospes, priusquam abeas, lege & perpende, si vir impius & sacrilegus audire nolis vetustissimæ Topororũ Gentis hæredes Koricinios, ne euigilato mortuos, quieti sibi iacent, & iudicio, tuo ne dormiẽtes excites, caueto, neué suo positos loco moueto, ni te tædeat non pœnituisse.

Supreme

Supreme rerum Arbiter Magne in minimis Deus, dum veneris iudicare, noli eos condemnare.

M. Nicolaus de Pilca Korycienski, filius Nicolai, Nepos germanus Alberti Palatini Łancicien. Przedecenſis, Clodauienſis, Solecenſis, Capitaneus. Vir religionis amore, meritis in Patriam, nemini ſecundus, omnibus acceptus, nemini moleſtus; Regibus, Sigiſmundo Auguſto, Stephano, & Sigiſmundo III. à conſilijs acceptiſsimus, qui officio Theſaurariatus Regni Senatorijſq; dignitatibus vltrò ſibi oblatis, dignus potiùs videri quàm illis potiri maluit, conſilio, vita, moribus grauiſsimus. Reliquit filios tres, Chriſtophorum, Caſtellanum Woynicen. Gneuen. Capit. Andream Caſtellanum Viſlicen. Nicolaum Caſtellanum Sandecen. Capit: Oycouien. raræ concordiæ Fratres, in quibus ſuam Maiorumque vitam illuſtrauit, exceſsit Anno Domni, 1615. Ætatis ſuæ 73. Hic in hac Capella ſepultus requieſcit.

IN TEMPLO S. SPIRITVS.

Iuſtinæ Wolenſka, Gente Płomeniæ, Profeſſione Moniali S. Spiritus, eximiæ pietatis & pudicitiæ Puellæ, dictis & factis Matronalis conſtantiæ, Matthias à Brzezie Wolenſki, in Minoga hæres, Secretarius Regius, Sorori deſideratiſſimæ mœſtus Frater PP. Obijt die 22. April. Anno Domini, 1629. Sacramentis munita omnibus pijſſimè.

R. Domino Adamo Slęski, Præpoſito Viſnicien. Decano Kielcen. I. V. D. viro pio, erudito, & conſtantiſsimo, qui Italia, cæteriſque Orbis Chriſtiani partibus emenſis, hic tandem Cracouiæ in domo paterna Sacramentis Eccleſiæ munitus, moritur Anno Domini, M. DC. VI. die 2. Septembris. Staniſlaus Slęzak Pater, Agnes Gielowska Soror, Ioannes Łowicki Samuel Targowski, S. R. M. Secretarius, Teſtamenti Executores P.

HOSPES.

Tres Fratres Smolenſcij, R. Simon, Decanus Curelouien. Laurentius & Adam, vt modeſtia fideque per diuerſas Cancellarias laboribus pares, ita pariter omnes fatali ſorte abſumpti, ſuis fortunis iugi ſudore partis ad ſtudioſos egentes alendos, vnanimiter erogatis, bonorum immobilium hæreditate ſuo ſanguini reſignata, hic aduentum Supremi Iudicis præſtolantur. O mortalis precare mortuis, ad quam aſpiras ipſe cœleſtem Patriam. Executores Teſtamenti curauerunt. Anno D. 1635.

Generoſo

Generoſo Domino Matthæo Staniſlao Wierzbicki, Parenti optimo, Gregorius Wierzbicki, Præpoſitus Conuentus, & Eccleſiæ huius, gratus filius, monumentum poſuit. Sexagenarius moritur Anno Domini, 1613. Cuius anima requieſcat in Domino.

Andreæ Friczowſki, moribus ingenuo, ætate immaturo, phtyſis inimica vitæ nobis in illo ſpes omnes præcidit, moritur Anno Domini, 1615. vitæ ſuæ 28. atque in hoc monumento à Michaële & Gaſparo Fratribus poſito, diem ſupremum expectat.

Mortalis ora pro mortuo.

IN TEMPLO S. ROCHI.

S. P. D.

Antonius Franczkowicz, I. V. D. Prouiſor huius Xenodochij Cracouien. hoc D. Rocho Patrono tutelari Scholarum pauperum infirmorum, ob honorem & ſpem maioris præſidij ac tutelæ, memor infirmitatis humanæ monum. P. Anno D. M. DC. Iunij.

Roche, decus cœli, morbi curator acerbi,
Diffulgens artis candor Apollineæ.
Hæc quicunque colunt infirmi tecta ſcholares,
His patrocinio Diue faueto tuo.

IN TEMPLO S. VRSVLÆ.

D. O. M.

Clariſsimo & Excellentiſsimo viro, Domino Chriſtophoro Niklaſzowski, Philoſopho ac Medico. Qui Philoſophiam Chriſtianis virtutibus, Medicinam conſilijs grauibus, ſemota vbique vanitate, exercens; iudicio ſolidus, ſinceritate conſpicuus, conſuetudine amœnus, rebus & factis, non ſpecie aut verbis, vitæ officia colens, mentem tranquillam, fronte læta præferens, fortunam ſemper infra ſe collocans, docuit ſuo memorabili exemplo, cum ſortis tenuitate ſummam animi liberalitatem habitare poſſe, ſubſcribentibus ipſi hanc laudem viris etiam Principibus, exceſsit propè quinquagenarius, atque aliorum vitæ opem ferens, itinere fractus, ſuam inſperato fato reſignauit, Anno Domini, 1641. die 1. Iulij.

IN TEMPLO S. MARCI.

D. O. M.

FElix Vrna viri sancti, venerabile corpus
Complexa es: Michaël hic iacet ille pius.
Qui Christi pura vestigia mente secutus,
Impiger æternæ legis obiuit iter.
Illius precibus cœlis data lumina claudis,
Gressus infirmis, vita, & amica salus.
Fecerat, vt viuus miracula plurima, sic post
Funera diuino munere plura facit.
Vide Pater Michaël, de alto nos respice cœlo,
Affer opem miseris, prælia cuncta fuga.

D. O. M.

Deo, Superis, Honori.

Nobili ac Famato Christophoro Łasicki, Ciui Crac. auitæ religionis amanti, expeditionem Gedanensem & Moschouiticam, pro Patria sub auspicijs Sereniss. Regis Stephani olim strenuè obeunti, de sempiterna requie solicito anxia cura P.

IN TEMPLO CONCEPTIONIS B.V.M.

D. O. M.

Fatalem expectat tubam Generosus Fælix May de Silniczka, vir in omni vita auitæ religioni, rectæ conscientiæ, honestis actionibus, integræ æstimationi intentus; ab omni ambitione & æmulatione alienus, nobilitatem vetustam generis, pijs virtutibus illustrauit, Patriæ quod debuit, Decennale continuis bellis impendit obsequium; ab Amicis operosum illud consequi nullum inuenisses inimicum, quod mortale habuit, hic reliquit, die 18. Mensis Februarij, Anno Domini, 1634. Generosus Stanislaus May, primum pensili vexillo testatum, deinde cum renouata hac æde sacra, Parenti desideratissimo renouatum marmori huic inscripsit amorem.

Chare Lector, quam optas immortalitatem,
mortuo apprecare.

IN TEM-

IN TEMPLO S. CASIMIRI.

D. O. M.

Nobilis Catharina Balicka vidua, morte mariti sui relicta, orbitatem moderatè tolerans, mundana omnia, vt fluxa & caduca reputans, vni Deo, vnde vitam, Nobilitatem generis, ætatis florem sumpserat, accepta referens, religiosè & Christiano cultu vacabat, dumque supremum vitæ diem ob oculos semper haberet, etiam proximum morbo inualescente adesse sentiret, pijs lachrymis Deo pro anima sua supplicans, hic ad sepulchra Parentum suorum condi voluit, vt quos mortalis domus coniunxerat, non separaret æterna.

Hospes

Defunctæ Beatam apprecare vitam.

Vixit annos XXXV. mortua Anno D. 1647. Septemb. 24.

Epitaphium mœroris plenum.

D. O. M.

HOspes, quisquis ades, tumulo requiescit in isto
Lucas Porenbius, Zeuxis Apellis amor.
Musarum cultor, cunctis virtute probatus,
Nam pia pauperibus munera distribuit.
Auxit templo huic arte sua ornamenta decusq́,
Splendorem altaris, sacraq́, fama Dei.
Religiosorum Patrum venerandus amator,
Quod testari etiam funera post voluit.
Namque Habitu (mundum spernens) vestitus eorum,
In tumulum redijt, viuat in arce Dei.

Obijt Anno Domini, 1637. ipso die SS. Omnium, ætatis suæ 43.
Zophia Porenbiusowa, Coniunx mœsta, Marito posuit.

IN MONTE ARGENTINEO
propè Cracouiam.

D. O. M.

Humani generis Redemptori in Cultum,
In incrementum Pietati.

A prima Polonorum conuersione ad Christum obseruatæ:
Ne laudatissimum morem
A veteribus Catholicæ Religionis Cultoribus sanctè receptum,
& constanter hactenus à sequutis, vsq; ad modernos, retentum,
Vel Maiorum zelus requireret,
Vel Posterum memoria desideraret,
Templum hoc
Nomini Beatissimæ Virginis Mariæ Assumptæ fundatum,
(Bernardo Macieiowski, tunc quidem Episcopo Cracouiense, postea S. R. E. Cardinale, & Archiepiscopo Gnesnense, locum, lociq́ue situm Religiosæ solitudinis conuenientem deligente, eodemq́ue primùm lapidem in habitaculorum structuram iaciente:)
SEBASTIANO LVBOMIRSKI, Castellano Woynicense Dotatore,
NICOLAVS WOLSKI de Podhayce, Reg: Pol. Cur. Marschalcus,
Patribus instituti D. Romualdi,
Eremitarum Ord: Camaldul. Montis Coronæ primi Auctoris.
Ex Italia in Poloniam à se euocatis,
Vbi Diuina commodè exercerent.
Anno à Saluatore ex Deipara Virgine nato, M. DC. IX. 4 Maij.
(Paulo V. Diui Petri Apostolorum Principis sede potito:
SIGISMVNDO III. & CONSTANTIA Austriaca Pol. Sueciæq; Regib.
VLADISLAO SIGISMVNDO, & IOANNE CASIMIRO Principib.)
Fundum consecrante Francisco SIMONETA Pontificis Max:
ad Regem Regnumq́ue Poloniæ Nuntio.
Tempore Petri Tylicki Episcopi Cracouien.
Exstrui curauit.
Quod sacra Tabula
Sacro ritu, cùm primo saxo, Fundatoris manu huc iniecta,
Muta licet, & mole contecta,
Superis pariter & Inferis testabor,
Nec aliud nunc ago?

DEO Optimo Maximo,
Memoriæq́ue.

Illustriss. Domini Nicolai Wolski de Podhayce, Supremi Regni Poloniæ Marschalci, Religione in Deum, Pietate in Diuos, obseruantia in Ecclesiam, fide in Regem & Regnum, beneficijs immortalibus in Sacrum Camaldulum Ordinem, Herois præstantiss: cuius liberalitatem Heroicam, erga domicilium hoc Romualdinum, & hæc splendida templa, & ipsa cœli volumina, æternum vsque loquentur. Gratitudinis verò suæ, id quale-

cunque

cunque monumentum animis potiùs, quàm marmoribus exarandum Fundatori suo munificentissimo, posteaquam animo cœlis reddito, exuuias terrenas corporis moribundi hic deposuit. Camaldulenses Argentei Montis Eremicolæ, non sine votis & lachrymis calentibus PP. Obijt Anno Domini, 1630. die 9. Martij, ætatis verò suæ 75.

In Capella S. Sebastiani.

Eremum, quam Monte hoc nemoribus proximis, atq; Rupe, Sebastiani Comitis in Wisnicz Lubomirski, Castellani Woynicensis, Sendomirien. Scepusien. &c. Capitanei liberalitas auxit, Stanislai Lubomirski, filij Palatini & Generalis Cracouien. Zatorien Scepusien. Niepolomicen. Capitanei, hoc D. Sebastiani Sacrario pietas ornauit. Anno Christi, M. DC. XLII.

In Capella S. Romualdi.

Hoc Sacellum Spectabilis Dominus Raphael Delpaci, Consul Cracouiensis, ex amore erga S. Ord: Camaldul. suis sumptibus exornauit, Anno Domini, 1643.

VILNENSIA.

IN TEMPLO CATHEDRALI S. STANISLAI.

DEO SANCTO,
Forti & Immortali,
Georgius Radziwil de Olyka & Nieswiesz Dux,
Sacri Romani Imperij Princeps.
Nicolai & Elisabethæ de Szydlowiec Filius,
Ioannis Nepos,
Nicolai Primi Pronepos.

A Valeriano Episcopo Vilnensi, in Coadiutorem huius Præsulatus assumptus, ab Henrico Valesio, Galliarum ac Poloniæ Rege, approbatus; à Gregorio Pontifice Max: confirmatus, Peregrinationem Compostellanam

nam ſuſcepit, quâ peractâ ab eodẽ Pontifice, Anno Salutis M.D.LXXXIII. Presbyter Cardinalis creatur, in hacque Eccleſia per Stephanum Primum Regem, Biretum rubeum vnà cum Alberto Cardinali Bologneto, tum Nuncio Apoſtolico (qui illum hic in Epiſcopum conſecrauit) dum vterque de ſua promotione Cardinalitia ignoraret, accepit. Ab eodem Adminiſtrator Liuoniæ conſtitutus, feliciter eam Prouinciam per triennium rexit. Poſt mortem verò Gregorij Pontificis, à Sixto V. Cardinalitio Galero cum titulo S. Sixti decoratus. Adminiſtrauit Præſulatũ hũc annis fermè XII. Seminarium Lithuanorum ædificauit, & dotauit: duobus Conclauibus Innocentij IX. & Clementis VIII. interfuit, à Sigiſm. III. Pol. & Sueciæ Rege Epiſcopatu Cracouienſi cohoneſtatus. Bis ad Rudolphum II. Romanorum Imperatorem Legatione functus, ad Sponſalia Regis, cum Anna Auſtriaca, Legatus de Latere, à Clemente VIII. Pont: Max: mittitur. Imminente anno ſancto DC. Romam ſe confert, vbi morbo correptus, ab ipſo prædicto anno ſancto, Ianuarij die xxj. ætatis ſuæ XXXXIII. Menſe viij. ſepelitur ibidem in Eccleſia SS. Nominis Ieſu, apud Patres Societatis IESV.

Nicolaus Chriſtophorus Radziwil, Olycæ & Nieſwieſz Dux, Miles Hieroſolymitanus, amoris & obſeruantiæ ergò, Fratri chariſsimo poſuit.

CHRISTO SVMMO, ET ÆTERNO PONTIFICI.

Alberto Radiuilo,

Nicolai primi Palatini Vilnen. & Cancell. M. D. L. ex Anna Monuida filio ſecundo genito, decimo à ſuſcepta fide Chriſtiana Epiſcopo Vilnenſi, cognomento *Eleemoſynario*, ob incredibilem in egenos benignitatem, quam totâ vitâ adeò conſtanter etiam Præſul retinebat, vt opes ſuas in Pauperum (quos plurimos ſemper alebat) ſubſidium; demùm in eorundem hoſpitium, manus in miniſterium verteret, quotidie ipſis cibos ipſemet priùs quàm menſæ ſuæ ſemper frugali accubuiſſet, apponendo: eadem officia, in Chriſti, vt aiebat, hoſpites officijs, in alios quantumuis Illuſtres, veniâ huic ſuo mori ab illis poſtulatâ, præmittendo. Qui cùm zelo in Religionem, idola manu ſua per bona paterna confringendo, alijſque ampliſsimis virtutibus inclareſceret, ex vrbe, quam Iulio II. Pont: Max. adierat, redeunti, à Sigiſmundo I. Poloniæ Rege, Magnoque Lithuaniæ Duce Præſulatus eius loci vltrò oblatus eſt, eiuſque Adminiſtrationem effecit, *Felicem*, Sacramentorum pœnitentiæ, Euchariſtiæ, Extremæ Vnctionis Patri ſuo vndecentenario in ſupremis impenſio. *Memorabilem* ad poſteros, prærogatiuæ, immunitateſque, cùm multæ nouæ ab ipſo, veteribus, huius Eccleſiæ additæ, tum vtque in vnum volumen redactæ, à Summoque Pontifice eius opera confirmatæ: *Illuſtrem*, varia prætioſa ſupellex eidem Eccleſiæ relicta, *Admirandum* vita inculpatè ſanctèque in pijs operibus

operibus ad vltimum vſque ſpiritum traducta: quam in Epiſcopali Prædio Werki feliciter concluſit, v. Iulij, Anno XIX. ſuprà Milleſimum, Quingenteſimum. Nicolaus Chriſtophorus Radziwil, Olycæ & Nieſwieſz Dux, & Miles Hieroſolymitanus, Nepos ex Fratre Ioanne, pietatis memoriæque ergò, officiosè poſuit.

Chriſto, qui nos redemit.

Duobus Radiuilis, vtriq; Ioanni, Principibus Olycæ & Nieſwiez, alteri Patruo, alteri fratri: illi, ob egregias virtutes & mores, Imperatori Carolo V. Regibus Poloniæ & magnis Lith: Ducibus, Sigiſmundo I. & Sigiſmundo Auguſto, à quo officio Inciſoris M. D. Lith: inſignitus fuit, accepto: Principibus Italiæ, quorum cum vno Duce Ferdinando Gonzaga Principe Malphetæ affinitatem iam iam, initurus erat, amabili. Huic, Regi Angelorum Domino Imperatorum & Regum, omniumq; Principum charo; ob peccati originalis maculam elutam, innocentiæq; candorem ſeruatum. Illi quidem XXVII. Septemb: Anno Verbi Incarnati M. D. L. I. dum annum ætatis XXXV. in Catholica Religione ageret vita functo; huic verò XXX. Ianuarij Anno M. D. VII. tertio verò vitæ, à baptiſmo, quem in Orthodoxa Religione ſuſceperat, in candida innocentiæ veſte ſopito: vtriq; à Nicolao Radiuilo Olycæ & Nieſwiez Duce, Palatino Vilneñ: fratre vnius, Patre alterius, in hunc locum deducto. Funus verò Inciſoris, ipſo Sigiſmundo Rege comitante. Nicolaus Chriſtophorus Radziwil Olycæ & Nieſwiez Dux, Comes in Szydlowiec & Mir, Eques Hieroſolimitanus, Filius prædicti Nicolai Radziwili, Ducis Olycæ & Nieſwiez, Palatini Vilneñ: Patruo obſequij, Fratri charitatis ergo, memor conditionis & miſeriæ humanæ poſuit. O Rex ante cuius conſpectum nec ſtellæ mundæ ſunt, nec infans vnius diei, dona eis requiem æternam.

DEO OPTIMO MAXIMO.

Staniſlaus Kiſzka de Ciechanowiec, Magnus in Vinea Chriſti operarius: dum viueret, pondus & æſtus diei portauit, Mortuo, Venerab. Capitulum huius Eccleſiæ Vilneñ: hoc ſaxum impoſuit, non vt quidem Optimi Præſulis oſſa oneraret, ſed vt virtutem honoraret.. Hic Adoleſcens, auitæ nobilitati, & egregiæ Indoli, ſcientias apud exteros quæſitas addidit: quas in Viro, Epiſcopatus Samogitiæ Mitra, ſacro nexu complexa, dedit in lucem. Breuis, ſed hæc, lux illa fuit: Dum etenim Eccleſiam ſuam, nouo auget Suffraganeo: templa, Capitulum Vilneñ: Domoſq; pauperum opulento illuſtrat ſuffragio. Occidit. Anno Domini M. DC. XXVI. die XVII. Febr: ætatis ſuæ XL. II. Epiſcopatus ſui VIII.

Sigiſmundo III. Poloniæ & Sueciæ Rege Inuictiſsimo regnante.

SAMVEL

SAMVEL PAC,
Magni Ducatus Lithuaniæ Vexillifer.

Liuonicis, Moſchouiticis, Vallachica contra Oſmanum Turcicum Imperatorem & Chamum Tartarorum expeditionibus clariſsimus, omnibuſque militiæ muneribus, nempè Equeſtrium turmarum Ductoris, Legionis Præfecti, nec non integri Exercitûs, cum ſuprema poteſtate Legati, præclarè ſæpius functus: Vir conſilio & manu promptus: tot glorioſis pro Patria ſuſceptis vulneribus maior. Febri violentæ impar, heu quanto Reipub: Familiæq; ſuæ damno! in ipſa meditatione maiorum factorum, & flore ætatis extinctus. Hoc tumulo quantâ ſui parte condi potuit, quieſcit. Obijt VIII. Menſis Ianuarij. Anno Domini M. DC. XXII. ætatis XXXII.

Æternæ memoriæ digniſſimo Antiſtiti Valeriano.

Qui ruinas Catholicæ Chriſti veritatis & animarum Diuino Sanguine redemptarum, peſte hæretica editas reſtauraturus, & poſt mortem etiam cum his monſtris pugnaturus, in ſummo feruore perſecutionis Collegium Vilneñ: Societatis Ieſu fundauit: Altare hoc S. Crucis, & Concionatoris reditus, erexit. Burſam Valerianam conſtituit, & alijs præclaris in Eccleſiam Dei, Rempub: & Patriam meritis plenus, quieuit in Domino, vltima Decemb: Anno M. D. LXXXIX. ætat. LXXIV.

DEO OPTIMO MAXIMO
in memoriam.
BENEDICTVS WOYNA,
Epiſcopus Vilnenſis,
Hoc tumulo condi voluit.

Vitæ ille ſimul Eccleſiaſticæ, ſimul Senatoriæ dignitatis illuſtre dum viueret, exemplar fuit, quinos ſupra decem annos Dñico gregi, Præpoſitus; qua morum Religione, qua verbi efficacia, magno animarum bono, Diuino zelo plenus Paſtor, Chriſti familiam gubernauit. In Deum, Diuoſq; religione ſingulari, multas ædes ſacras è manibus Hæreticorum vindicauit. D. Caſimiri Tutelaris Lithuaniæ, iam pænè ſepultos honores annuente Pontifice Max: Clemente VIII. denuo inſtaurauit, Sacras eiuſdem Diui reliquias auguſtiore loco tumulauit; vtramq; Reipub: fortunam expertus, eam conſilio, ope, vigilantiâ, boni ſemper publici amans, defenſauit. Multis tandem auctum in Religionem & Patriam meritis, fractum ætate, & aduerſa valetudine, dum afflicto corpori ſanitatem reſtauraturus thermas Italiæ adijſſet, vitæ mortiſq; arbiter Deus æternam illi pro momentanea ſalutem iam parans, morte Internuntio ad laborum Coronam in Cœlos Patauio euocauit. Anno Orbis Redempti M. DC. XV. Menſe Octob: XXII. die.

DEO

DEO OPTIMO MAXIMO.

Optimum vitæ ſtipendium mori.

Nicolaus Dermont Sawicki.

Adoleſcentiam apud Alexandrum Guagninum Auratum Equitem, ac Poloniæ hiſtoriæ ſcriptorem, Præceptorem magis quàm Patronum expoliuit. Iuuentutem apud exteras nationes, ſtudijs, induſtria, vſu excoluit. Inde cùm nil magis in Patriam, quàm Patrium candorem retuliſſet: maturam ætatem Aris admouit, non officio magis, quàm pietate Sacerdos. Hæc Inſtitutionis & virtutis dona, animi demiſsione maiora effecit. Ab Euſtachio Wo'owicz Vilneñ: Antiſtite Albæ Ruſsiæ Archidiaconus, & Princeps Cleri, Præfectus, modeſtiâ animi vere Decanum egit. A Sigiſmundo III. Rege Poloniæ, Archidiaconus, & Primus Smolenſcenſis Epiſcopatûs Adminiſtrator creatus. Dein Venerabili Vilnenſium Canonicorum Collegio admotus: honores ſenſit, non geſsit. Titulos plures ne quære: plures mereri maluit, quàm habere. Hunc tam præclarum vitæ curſum, vt nihil amplius ſpei, nihil timori deberet, citò in tutum recepit Anno Chriſti, M. DC. XXX. ætatis LXIV. Martij Vilnæ febri maligna extinctus. Executores pietatis ergo, pijs Manibus amici, PPP.

Qui dedit eſſe Gaſparo de Wołynce Zalewſki Archidiacono Vilneñ. S. R. M. Secretario, dedit eidem LXX. Annis, laudabiliter viuere. Qui legis, animæ bene precare. Anno M. DC. XLV.

CATHARINA

Chriſtophori Radiuili, Ducis in Birzæ & Dubinki, Caſtellani Trocenſis, Vicecancellarij, Cancellarij & Campiductoris Magni Ducatus Lithuaniæ, &c.

Conſors Splendida.

Oſtrogiorum Ducum Familia oriunda.

Diem ſuum obijt.

Filio infante Ianuſsio, Pronepote Magni illius Ioannis, Comitis de Tarnow, Ducis Copiarum Poloniæ relicto. Anno Domini, M. D. LXXIX. die iij. Aug. ætatis ſuæ XIX.

Barbara quæ tegitur tumulo Regina ſub iſto,
Auguſti Coniunx, altera Regis erat.
Commoda multa tulit multis, incommoda nulli,
A qua ſe leſum dicere nemo poteſt.

Immatura obijt decima trieteridi capta,
Bis viduos fatis linquere iussa thoros.
Occidit ante diem, & quamuis Anus illa fuisset,
Diceret Augustus, occidit ante diem.
Coronata 7. Decembr. Annno 1550. Obijt 8. Maij.

Hic iacet
CATHARINA COMITISSA DE TENCZYN,
Stanislai Palatini Cracouiensis
Filia,
Christophori Radziwil, Ducis in Birze & Dubinki, S. R. I. Principis,
Palatini Vilnensis, M. D. Lith. Supremi Ducis, Solecen.
Borisouien: Vrzend: Kokonh. Capitanei
tertia Coniunx.
Christophori Paternorum titulorum,
Et virtutum hæredis.
MATER,
NEPOS.
Dux Ianussius Radziwil, M. D. L. Archicamerarius,
Auiæ optimæ,
F. F.
Anno Domini, M. DC. XLII.

Illustrissimo Domino,
D. ALBERTO RADZIVILO,
Sacri Romani Imperij Principi,
Duci in Olyka & Niesswiesz.
Supremo M. D. Lithuaniæ Marschalco,
Cauneń. Rumborien. Capitaneo, &c.

Viro præstanti in Deum pietate, Catholicæ fidei defensione, Stephani I. Sigismundi III. Regum Poloniæ & Reipub. amore, rerum domi, militiæque prudenter & fortiter gestarum, laude clarissimo, qui ad prisca Illustrissimæ Radziwilorum Gentis ornamenta amplissima Legatione, ad Rudolphum II. Imperatorem Roman: obita,& Regis Sigismundi III nomine cum Anna Austriaca matrimonio Principum more ritè contracto, eademque in Regnum fideliter deducta. Gaudente Regis Nuptijs, & Reginæ inauguratione Repub. ipso in flore extinctus est, ætatis suæ Anno XXXIV. Mensis Iulij, die xiij. Salutis verò nostræ 1502.

DEO.

DEO, cuius misericordiæ infinitus thesaurus.

Nicolai primi Radziwil, Palatini Vilnensis, M. D. L. Archicancellarij, ex Anna Monuidia Nepos, Ioannis ex Anna Kiszczanka filius. Nicolaus Radziwil, in Olyka & Nieswiesz Dux, S. R. I. Princeps, Palatinus Vilnen. Archimarschalcus, & Supremus Cancellarius M. D. Lith. Capitaneus Brestensis, Borisouiensis, Caunensis, & Schaulen. Sigismundo Augusto Regi Poloniæ, & M. D. Lith. apprimè charus, cui fuit tum ad Carolum V. Imperatorem, tum ad Ferdinandum Regem Romanorum Legatus. Qua Legatione Sponsalibus Regis prædicti nomine cum Ferdinandi filia Catharina vidua, post obitum Ducis Mantuæ relicta factis, eandem Sponsam splendido sumptu apparatuque Cracouiam deduxit, Archiducem Ernestum, Maximiliani, tum Bohemorum Regis filium, sacro fonte leuauit, ter in Liuoniam missus, Rigam maiore parte Prouinciæ, Ciuitates & Arces, ad fidem Regi præstandam certis conditionibus perduxit, cum quo Albertus Archiepiscopus Rigensis, Marchio Brandeburgensis, & Magister Ordinis Gothardus, qui postea à Rege Dux Curlandiæ & Semigalliæ creatus est, Vilnam profecti iusiurandum Regi & Ordinibus M. D. L. præstiterunt, ipse primus Regi Crucem auream à Magistro Ordinis è collo gestari solitam, & sigillum eiusdem B. Virginis Asino insedentis, cumq; puero IESV fugam in Ægyptum capessentis, effigie insignitum, attulit. Princeps singularis in agendo industriæ, in conficiendo celeritatis, in perficiendo concilij. Moritur XXIX. Aprilis, Anno Christi, M. D. LXV.

Ætatis suæ L.

ET

Elisabeth de Schidlowiec, Christophori à Schidlowiec, Castellani & Capitanei Cracouien. Cancellarijque Supremi Regni Poloniæ filia, posthuma ex Sophia à Targowisko. Decessit 20. Iunij, Anni M. D. LXII. quam Coniunx ipse prædictus Nicolaus Radziwil hoc in loco sepeliuit, ambo extremum diem claudunt in Oppido Zukiszki; ambo hic requiescunt, relictis quatuor filijs, & totidem filiabus. Nicolaus Christophorus Radziwil, Eques sacri Sepulchri Hierosolymitani, &c. Filius, in pignus amoris & debiti obsequij, Parentibus charissimis, cùm aliter vetante Ecclesia Catholica non potuerit,

Posuit.

Domine, dignum ne duces adducere eos tecum in iudicium.

In hoc monumento corpus est reconditum
Illustrissimæ & Magnificæ Heroidis,
Dominæ Catharinæ Comitissæ de Tenczyn.

Consortis in primo coniugio Illustrissimi Principis, Domini Christophori Radziwili, Ducis in Birzæ & Dubinki, Palatini Vilnensis, exercituum Magni D. L.

gni D. Lith. Generalis, &c. Quæ pientiſsimè cum vtroque Marito ſumma cum obedientia, & veneratione Coniugum vixit, liberoſque procreauit, & honorificè educauit, tandem debitum naturæ in Arce aliena Mir ſummo cum omnium dolore in manibus mœſtiſsimi Mariti perſoluit vitam hanc miſeram & luctuoſam, ad Beatam & immortalem in Chriſto Domino tranſtulit. Anno Salutis, 1592. ætatis verò ſuæ 48. die 19. Martij, hora 14. ita tamen, vt vniuerſa prole prioris Mariti Ducis Slucenſis extincta, non niſi ſecundi Mariti progeniem ſuperſtitem reliquerit, nempè filiam Eliſabetham, & filium Chriſtophorum.

APERVISTIS

Hunc mihi tumulum Iacobo Iablko, quaternis vicibus Conſulari dignitate inſignito, Conciuibus charo, non huius Reipub. laboribus, ſed ætate feſſo

INTRAVI.

Dum 87. agerem annum, vbi vnà cum charis Coniugibus meis Margaretha Ianuſzkowna, & Sophia Wodinska, requieſco, quarum prima 20. altera 34. in viuis mecum exegit annos.

SEQVEMINI

Eadem neceſsitatis viâ chariſsimi pariter filij ac Nepotes: qui cùm humanis legibus ſubditi ſitis, ijſdem eximi non poteſtis: moniti mei memores, animæ meæ benè precemini.

Chariſsimo Parenti, mœſtus filius, Albertus Iablko poſuit.

Anno Domini, 1629.

Euæ lachrymantis Nepotes,

Nobilis Dominus Bartholomæus Duſzkiewicz, Conſularis Vilnenſis,

Eiuſque Socia thori D. Catharina Durnikowna,

Diuites annis & meritis.

In Eccleſiam. Patriam, Amicos, Egentes,

Pauperes de ſinu terræ expulſi.

Antequam ſub terram abituri, in puluerem

Succederent; benè ſibi prouidi.

Magna Dei Parens,

Ad aram tuam confugerunt, & ritu

Naſcentis Eccleſiæ, tuis pedibus mille

Florenorum dotem effuderunt.

Patere ſub vmbra pedum tuorum latere,

Viator, eorum de puluere pietatem tibi forma.

Anno Domini, 1637.

Peſtis

Peſtis inimica Mortalibus.
Me Petrum Bielowicz Vilnæ 1630. ſuſtulit,
Teſtis vltimæ voluntatis charta.
1000. florenis cum anima defuncto conſignatis, in ſinum bonæ
ſpei me intulit.
Curſus B. V. M. vno Sacerdote auctior,
Audiet me poſt mortem Dominæ ſuæ æternum canentem:
Metam laborum expecto.
Ad quam, vt hebdomadaria me deducat Miſſa,
Poſteritas, ſi imitari non vis, ſaltem exequi memento.

D. O. M.

Ioanni de Boginie Rakowski, Palat: Vitebſcen. Ialowie: Capitaneo. Viro, quà ſplendore domus, quà factorum gloria, conſpicuo. Claritudine Maiorum vſq; ad Albertum, Caſtellanum Viſnen: Parentem ſuum, varijs prærogatiuis prægnantem, proprijs auſpicijs & ſeruitijs pertingere curauit. Quare expedita iuſſu Regio ſplendidiſsima ac Reipub: perutili in Angliam Legatione, ad tractandam Rempublicam & honores capeſſendos inuitatus. Primo Præfecturæ Ærarij Curiæ M. D. Lith. onus ſuſcepit: Mox honos ſecutus; in Breſtenſem primò, poſt in Vitebſcen: Palatinatum euectus, & euehendus altiùs, niſi mors virtuti inuidiſſet. Obijt ætat: 45. Iunij 28. Anno M. DC. XXXIX.
Staniſlaus de Boginie Rakowski, Præpoſitus Pultouienſis, Cuſtos Clecenſis, Canonicus Plocenſis, S. R. M. Secretarius, Sereniſsimorum Poloniæ & Sueciæ Principum, Ioannis Caſimiri, & Caroli Ferdinandi, Wratiſlauienſis & Plocenſis Epiſcopi, Cancellarius, benè merito Fratri mærens poſuit.

Alberto de Boginie Rakowski, Caſtellano Viſnen: Capitaneo Velunen: quem Aula Sereniſsimi Sigiſmundi Poloniæ & Sueciæ Regis ſingulari pollentem gratia vidit & coluit: ſed ob aduerſam valetudinis vim, ab eadem remotum indoluit; diuq; morbis conflictatum, tandem & extinctum, ob præclaras virtutes & animi dotes, amiſſas Aulæ delicias, ſuauem iucundamq; conuerſationem planxit. Obijt Anno 1617. Iunij 14. ætatis ſuæ 63.
Sophiæ quoq; Pacownæ, Nobiliſs: præcipiti ante conſortem Chariſsimum duorum interuallo Menſium fato præreptæ, Staniſlaus de Boginie Rakowski, PP. C. P. S. R. M. Secretarius, Patruo benè merito, grati & memoris animi ſignum P.

D. O. M.

D. O. M.

Barbaræ filiolæ ſuauiſsimæ, quæ Virgo corpore, Virgo mente arbitrum ſolita pectoris Deum quærere, orandi ſtudioſa, otij non ignaua, ante annos animi matura, moribus innocens, ſpiritu demiſſa, auribus religioſa, oculis verecunda, verbis grauis, loquendi parca, ſermone caſta, non in ceſſu ſolum glorioſior, non geſtu fractior, non verbis procacior, non voce petulantior, domeſticis non diſsidens, neminem faſtidiens, humilem nunquam vitans nec inopem, viuens ſine quæræla, benè volens omnibus, Parentibus obſequens, in propinquos officioſa, in tenera ætate, iudicio præcox, virtute matura, Sponſo Ieſu Chriſto, Virgo Virgineum ſeruans florem, mundo contempto, ad cœleſtes thalamos properaſti, Virginum agminibus occurens, dulces alternas choros, agnum ſecuta quocunque ierit, paſcentem inter lilia ſponſum amplexa, diuitem mundo, potentem Imperio, Nobilem Cœlo, ipſa Nobilis Sæculo, Nobilior Deo. Mæſtiſſimi Parentes Andreas Zawiſza, Theſaurarius ſupremus M. D. Lithuaniæ, Et Sophia Wolowicia, funeſtam memoriam, contra votum poſuere. Vixit Annis XIII. Menſibus VII. Diebus XIX. fato functa, Anno Domini, M. DC. III. Menſe Maij. die XV.

Eximium decus & virtus hâc conditur vrna.
Lux quoq; Zbarauidum conditur atq; iubar.

Margaritæ Naruſſeuiciæ ex Illuſtri Zbarauiorum familia, ſummæ pietatis, miræq; pudicitiæ, Matronæ frugaliſsimæ, erga pauperes liberali, obſeruantia verò erga maritum atq; fide incomparabili, poſtquam in ipſo florentis ætatis curſu, acerbâ febri à partu oppreſſa, animam Deo, corpus terræ, reddidiſſet. Nicolaus Naruſſeuicius Samogitiæ Caſtellanus, Vſſup: Pieanenſis & Cupiſienſis Capitaneus, plenus mæroris Maritus, vxori dilectiſsimæ hoc monumentum ponendum curauit. Conceſsit fatis XV. Calend: Iulij. Anno reſtauratæ ſalutis. M. DC. VI.

Illuſtris ac Reuerendiſs: D. D. Paulus Dux Olſanen: Dei Gratia Epiſcopus Vilnenſis, ex Epiſcopatu Luceorienſi, aſſumptus ad Epiſcopatum Vilnenſem. Anno Domini 1536. mortuus 1555.

Honorabilis D. Ioannes Faber ab Radzewo huius almæ Eccleſiæ Cath: Vicedecanus officio ſuo annis 35. egregiè perfunctus, longam ægritudinem patienter ferens, Sacramentis omnibus ante obitum munitus, animo bene præparato diem extremum clauſit. Anno Dñi. M. DC. XX. Auguſti XXI. ætatis LXII.
Succeſſor illius amoris ergo poſuit.

D. O. M.

D. O. M.

Iacobus Naporkowski, & Anna Niemiaſzowa Conſors cum Thoma Ławrynowicz, genero ſuo, peſtè in Cœlum euocati, bonorum ſuorum hæredes. inſcripta quinque Millium florenorum ſumma, Vicarijs Eccleſiæ huius eſſe voluerunt. Qui tanto beneficio obſtricti, ſe ſuoſque ſucceſſores, ad dicendas ſingulis hebdomadis duas Miſſas defunctorum, adiecta vna in fine Menſis cuiuſq; cantatâ, necnon anniuerſario cum vigilijs, die V. Menſe Februario, in perpetuum obligantur. Hoc quoque teſtantes gratitudinis monumentum Anno Domini M. DC. XXXVI. die 5. Ianuarij P P.

Labores manuum tuarum manducabis.

Monumentum R. D. Dñi. Bartholomæi Kiedrzycki, Canonici Vilnenſis, viri non minus doctrina & pietate, quam genere Illuſtris. Obijt pie in Domino. Anno Domini 1594. 11. Iunij. Ætatis ſuæ LIV.

Credo videre bona Domini in terra viuentium.

Admodum Reuerendo Domino Gregorio Swięcicki, Archidiacono Vilnenſi, de hac Alma Eccleſia Cathed: eiuſque Venerabili Capitulo, ac de vniuerſa Diœceſi, optime merito, R R. P P. Executores P P. Exiuit Spiritus eius & reuerſus eſt in terram ſuam. Anno Domini, M. DC. XVII. Feb: xxvi. ætat: XLIX.

Viro ſingulari in Deum pietate,

CHRISTOPHORO BIAŁOZOR.

Marſalco Vpitenſi, Capitaneo Abelenſi,

Reuiſori S. R. M. per M. D. L.

In ſago, ſtrenuo militi, in toga Patriæ amanti ciui,

Qui cum diſpendio ſalutis, bonorumque ſuorum iacturâ.

Quidquid ei Mars, quidquid Ars dederat,

Patriæ ac amicis ſacrauit.

Obijt Vilnæ 8. Maij, Æui 56. à Partu Virginis 1644.

Georgius Białozor S. R. M. Aulicus.

Mœſtus Filius,

Hoc monumentum pietatis ac memoriæ ergò locauit.

Lithua-

Lithuaniæ è Ducibus iacet hic Ianuſſius ille.
Dulce decus patrij præſidiumq; ſoli.
Vilna tamen chari Præſulis oſſa fouet.
Mortuus Poſnaniæ, A. M. D. XXXVIII. Ætat: XL.

Matthias Alberti Ioannis Kloczko, in Miedzyrzec & Liſkowo Hæres, Capitaneus Generalis Samogitiæ.
MARSCHALCVS S. R. M.
Et Tenutarius Wołkowiſcenſis.
Vir induſtriâ, ingenio, armiſque clarus.
Obijt Anno Domini,
M. DXLIII. Die xj. April.
Ætatis ſuæ LVI.

IESV CHRISTO OPTIMO MAXIMO.
Proſpera mortalis dum rident tempora vitæ,
Placemus ſuperum ſupplice corde Deum:
Et quoniam in terris peregrina veſcimur aura,
Quid nos cœleſtes tardat adire domos?
Ioannes Ryſzkowski, Archidiaconus Eccleſiæ Vilnenſis, certiſsimæ mortis memor, horæ autem ipſius incertæ: monumeutum hoc ſibi viuens parauit.
Viator, qui hæc legis, vale,
Et mortuo benè precare.
Obijt Anno Domini, M. DC. VI. Martij xiij.
Ætatis ſuæ LXIII.
Credo videre bona in terra viuentium.

Martino Zagiel Michayłowicz,
Præpoſito Cathedræ Vilneń. & Oſmianeń. Eccleſiæ.
Viro ob ſpectatam vitæ integritatem, cum excellenti eruditione coniunctam, quam partim domi, partim apud exteros ſibi comparauit, laudatiſsimo: quare, vt in ordinem Prælatorum reciperetur, ac primo titulo Canonici, poſt Decani, liberis Fratrum ſuffragijs electi, tandem Præpoſiti adornaretur, digniſsimo: ad vota Capituli, Cleri, Religioſorum, clientum, & miſerabilium perſonarum, quas & viuens, & moriens ſubleuare voluit, hoc memoriale, Curatores PP. Obijt Anno Domini, M. DC. XLIII. Ætatis exacto, LXXIII.

Amice

Amice Lector,

Vitæ ſumma breuis,

Spem nos vetat inchoare longam,

Ioannem Carolum Białozor,

Referendarium Magni Ducatus Lithuaniæ,

Sacræ Regiæ Maieſtatis Secretarium,

Citò cœlo reddiderunt.

Eheu, relictis in ſuorum oculis fletu,

In animis deſiderio.

Anno Domini, M. DC. XXXI. x. Februarij,

Ætatis ſuæ XXXV.

Abi iam,

Sub ſole, ne virtutem quidem longæuam, crede.

Pietatis, pudicitiæ, humilitatis, bonitatis,

Omniumque virtutum exemplar,

Heroina ſui ſæculi incomparabilis,

Catharina de Potok,

Stephani, Potocij, Palatini Bracławienſis

è Maria Mochilanka Filia,

Ieremiæ Valachiæ Deſpotæ Neptis,

Hîc iacet depoſita à mœſtiſſimo Marito,

Ianuſſio Duce Radiuilo,

Magni Ducatus Lithuaniæ Archicamerario.

Anno D. M. DC. XLIII. Feb. x.

D. O. M.

Olaus Alginus,

Natione Suecus,

Pro fide Catholica zelando,

Publicè libros Hæreticos combuſſi,

Et ideò in carcerem iniectus fui.

Sed ope Dei, Diuorumque prece, ereptus ſum.

Tandem ob eandem fidem ex Liuonia pulſus.

Hic Annum Nonageſimum tertium agens,

Oſſa ſua humari volui.

Lector,

Dic: Requies æterna sit Olao,
Et lux perpetua luceat huic animæ.
Aug. 6. die, Anno D. 1638.

Admodum R. D. Martino Szulc Wolphowicz, Canonico Vilnensi, viro pietate, integritate, alijsq; virtutibus consp icuo: omnibus, ob singularem candorem, & morum suauitatem, gratissimo: de Ecclesia hac optimè merito: Capitulo, ob multos impensos labores acceptissimo. Anno Dñi, M. DC. XL. Martij XVI. vitâ functo: Executores supra hoc monumentum, quod ipse viuus sibi poni curauit, M M. P P. Vixit annis XLV. longiori ætate digniſsimus.

Admodum R. D. Nicolaus Dicius, Doctor S. Theologiæ, Decanus Almæ huius Ecclesiæ, sperans se post Christum resurrecturum, suæ memoriæ hoc monumentum superstes posuit: hic in Collegio Venerab: Capituli annis 43. exactis, ac multis laboribus per diuersa officia exantlatis, plenus meritis, moribus apud omnes gratus, pietate in Deum & egenos laudabilis, ætatis suæ 75. Anno Domini, 1629. Decembris 23. piè in Domino obdormiuit.

STANISLAO NIEBORSKI.
Episcopo Methonensi,
Suffraganeo & Canonico Vilnen.
Benè preceris ô hospes ad hanc aram.
Quam ille erectam, auro cultam, in perpetuum animæ subsidium dotare voluit.
Sed vltra precaberis, quamcunque enim Ecclesiam seu pium pauperum locum ingressus fueris, vbique largam non transituram audies Eleemosynam assignatam. Ad quam persoluendam quotannis Illustre Capitulum Vilnense nunquam moriturum obligauit: ita totum quod habuit, liberaliter cultui Diuino impendit.
Mirare, imitare.
Vixit sine querela.
Obijt M. DC. XLIV. April: 27. ætat: LXV.

Monumentum R. D. Nicolai Koryzna, Canonici Vilneń. M. D. Lith. Referend. Sereniss. Regum Secretarij, &c. de Repub. hac benè meriti: quod ille ante exutam mortalitatem præuidens certissimæ

tissimæ mortis incertissimam horam, viuens sibi fieri curauit. Obijt Anno D. M. D. XCVIII. Nouemb. 3. Requiescat in Domino. Renouabitur vt aquilæ iuuentus mea.

DEO OPTIMO MAXIMO.

Posteritatis oculus, si spectare potest Magni Præsulis Eustachij Wolowicz immortale decus, nam velo Tymantis vt sol nube tegitur. Natus est Anno D. M. D. LXXII. quo nihil meliùs bono publico nasci potuit, Maiorum suorum virtutem pro ornamento, suam pro incremento gloriæ habuit, indignum ratus, fortunâ, & alienæ laudis clarescere opinione. Itaque per viginti & ampliùs annos, Ecclesiæ & Reipub. Regio lateri semper adhærens, publicis functionibus, & ad varios Principes Legationibus, in munere Notarij & Referendarij Magni D. Lith. operam suam præclarè impendit. Deinde Procancellarius, Tiara Vilnensi insignitus, vtrique dignitati par, eam cum omnium admiratione, paucorum æmulatione, gessit: sed paulò post, vt functioni Episcopali plus temporis daret, Magistratu Procancellarij abdicato, præclarissimus vitæ intaminatæ boniqúe exempli Pastor, totum se pietati dedit: nec tamen Reipub. vnquam defuit. Non modo huius Basilicæ cultum preciosâ supellectile ampliauit, sed etiam alijs Ecclesijs, partim ex manibus Hæreticorum ereptis, partim erectis, solicitudinem impertijt. Vir omni encomio maior, naturâ miti, benignâ, & ad omnes propensâ: vultu animoque liberali, consilio, & eloquentia admirabili. Qui si immortalis fuisset, omnibus solatio, nulli fastidio vixisset. Obijt publico luctu, Anno D. M. DC. XXX. Ianuarij IX. omnium bonorum cor pro sepulchro habens. Tu Deum preceris, vel abi si molestus es, qui dum viueret, nulli molestus fuit.

D. O. M.

ABRAHAMVS WOYNA,

Ex prima Lithuaniæ Nobilitate,

Methonensis primum,

Deinde Mednicensis,

Ac demum Vilnen.

Pastorali curâ Magnis Præsulibus par,

EPISCOPVS.

Pro fide, Ecclesiaque, zelo nemini secundus.

Propè Octogenarius, terrenos cineres

Hoc loco terræ restituit.

Et quod immortale viuens in ore habuit,

(O bone IESV,
Non me perdat iniquitas mea, quem
fecit omnipotens bonitas tua.
Sancta MARIA,
Patrona mea, ora pro me.)
Moriens
Huic saxo incidi mandauit.
Obijt Anno Domini, 1649. die 14 April.

Bona Sphortia, Regina Poloniæ, &c.
Inclyto Principi, Alexandro Vitoldo, Magno Duci Lithuaniæ, de Patriâ suâ optimè merito, & rerum gestarum gloriâ, per vniuersum orbem claro.
Dum viueret, lapidem hunc parauit.
Valerianus demum Episcopus Vilnensis, Benefactori Templi huius, monumentum hoc altari eius apposuit, ossaque eius ante non pro dignitate seruata, in eo concluſit. Anno Domini,
M. D. LXXIII.

Hoc saxo clauditur
Illustrissimus D. Antonius Ioannes Tyszkiewicz,
Marschalcus Curiæ M.D.L. Oeconomiæ Brestianen. Administrator.
Wilkomirien. Opsensis Gubernator.
Eustachio Palatino Brestianen. & Sophia Ducissâ in
Wisniowiec natus, in ipso honorum cursu,
23. Iunij, D. Ioannis peruigilio, 1649. ætatis 40.
Varsauiæ mortuus.

IN BASILICA S. CASIMIRI,
ad Domum Professam Societatis IESV.

Alexander Coruinus de Gośiewo,
Palatinus Smolenscensis,
Magni Ducatus Lithuaniæ Campestris Notarius.
Velisensis, Kupisensis, Marcouiensis Capitaneus.
Magnus sui sæculi Heros,

Orator

Orator primùm, mox Bellator.
Famâ, armis, victorijs, Moschouiam impleuit,
Białam, quam solus capi posse credidit, cepit.
Moschos ad eam, ac Suecos, Ducemque Hornensem cecidit.
Metropolim, Moschuam, Poloni ac Lithuani exercitus Gubernator, contra totius Moschouiæ vires triennio tenuit, Marcellum crederes; cùm in Mastrucas, Lepunos, Suyscios, Duces incidit.
Herculem, cùm renata hydræ capita, ad Smolensçum deiecit, & 60000. fugatis, pacem firmauit.
Felix tanto Gubernatore Seueria!
Cui ordinem, munimen, templa, Sacerdotes, milites debet.

Quid Liuonia?

In qua Arces propè xx. recepit.

Pontum, Hornensem, Turnum, Duces Gustaui fudit.
Ipsum, tormento, in sui venerationem equo deiecit. A Deo in tot prælijs seruatum, globus ferreus ostendit, inter cassidem, & caput, veram Patriæ galeam, innoxiè illapsus. Patri gloria, Vladislai IV. auspicijs 70000. non expauit.

Viscera Moschouiæ intrauit.

Opem, spemque hosti ademit.
Eum, qui obsederat obsidendum, mox & vincendum, dedit.

Morte solâ victus,

Consilijs, armis, meritis, maximus heros,
Cui, nata heroibus Heroina, Eua Pacia, Coniunx,
Dolorem amoremque morte inuictum testatur.
Digni cineres, qui plures excitent Alexandros.

IN BASILICA S. IOANNIS, PAROCHIALI, *Ad Academiam Societatis IESV.*

Christophorus Comes à Rozdrażow, Præfectus Łancicień.

A puero in Summorum Imperatorum, Galliæ & Poloniæ Regum, Aulis enutritus: ac in eisdem, ætate in omni ingenua exercitatione pulchrè exactâ, cùm Stephano Poloniæ Regi totum se dicâsset, primâque & secundâ in Moschum expeditione, copias Polonicas & Germanicas duxisset, Polociâ recuperatâ, Sokaliâ expugnatâ, post captas Arces, Wielisium, Vswiatam, Wielicolucos, Newlam, in oppugnatione Zawolociæ, pro Rege suo

& Patria rem̃ fortiter gerens, in neceſſario Arcis capiendæ conatu, globo in frontem immerſo, Anno Domini, 1583. die 10. Octob. ætatis ſuæ 33. animosè occubuit: & cùm tot Regibus gratus, exteris nationibus, & ſuis commilitonibus charus, moleſtus nemini, erga omnes (milites præſertim) officioſus extitiſſet; ipſe amans omnium ab omnibus meritò amatus, poſt ſe Patriæ quidem fidem tutatam, Regi dolorem, æqualibus ſuis deſiderium, pijs lachrymas, fortibus exemplum, apud omnes auguſtam ſui memoriam reliquit.

Author operis.

Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. Hieronymus Comes à Rozdrazew, Dei Gratia Epiſcopus Vladiſlauien. me fieri curauit, Amoris & memoriæ ergò, Germano ſuo.

Diues opum, vitæ maturus, clarus honore,
Hâc Vrnâ tumulor, cuncta quid iſta iuuat?

DEO OPTIMO MAXIMO.

Scire Viator quis ſim cupis? fui, fui.

Albertus Przetocki, olim Vilnenſis Præfectus Arcis, quatuor Sarmatarum Regibus carus, apud Principes gratioſus, fatalem hanc domum mortuus ingredior, quam mihi paraui viuus: hîc placuit condier, penes aram, quam meo cenſu, ſacrâ veſte, ſacroque inſtrumento locupletatam, Deo pietatis donum, Societati IESV beneuolentiæ monumentum, animo libente poſui dicauique.

Sed iam valete Reges, valete Principes, vale fortuna, vale ara, vale vita, & tu Hoſpes vale, quem in tenebris noſſe nequeo: ſed te ipſum vt noſcas, meiſque cineribus benè preceris rogo: hoc volebam, neſcius ne eſſes, abi.

Abijt Anno Domini, M. D. XC. VIII. ipſo Chriſti Naſcentis die, ætatis verò Anno LXXVI.

Pium par Coniugum,

Nobilis Dominus Iacobus Kowalowſki,
Et Domina Eliſabetha Ianowna,
Hic ſuo confudere cineres.
Liberalem eorum in Deum pietatem,
Sacra hæc Ara,
Binis in Hebdomadam Sacrificijs perageñ. auctior.
Diſertè
Poſteris loquetur. Anno Domini, 1628.

Audi,

Audi, lege, ora, quisquis es Viator.
Ad has D. O. M. Diuæ Virgini, Diuisque dicatas aras,
Perpetuis sumptibus communiter à se dotatas,
Mortalis vitæ exuuias deposuêre.
Generosus Dominus Albertus Milicki,
R. D. Christophorus Zochowski, XXXII. Annis Parochus Vilnensis.
Generosus D. Martinus Charewicz, cum lectissima Coniuge.
Domina Christina Drabowiczowna,
Ergo tot fundatis Sacris,
Etiam nunc loquuntur ad Dominum,
Cùm sint cinis & puluis,
Nec tu, qui legis hæc, petra es.

AMICE HOSPES.
Hoc demum est è vita migrare non mori.
Ioannes Brzostowski Parentibus, Christophoro Brzostowski,
& Roxanna Turouia,
Patriæ natus, Patriæ vixit; puer moribus dulcis, ingenio acer, iudicio maturus, spatium pœnè adolescentiæ non dedit Religio, pietas, industria, in Aulam abeuntem secutæ nunquam reliquêre. Nusquam studia, nusquam obsequia, sub persona gessit. Ob hæc carum habuêre Magni Sapiehæ, Nicolaus Vitepscen., Leo Vilnen:, Palatini. Ille cùm clientem acciperet, filium dixit; hic cùm amicum perderet, fratrem plorauit.
Hoc propterea antiquæ laudis genere nouus fuit.
Quod fugientes prisci sæculi mores retraxit, Domi tenuit, atque intra fortunam & censum coluit. Belli artes requiris? Sapiehanæ Præfectus cohortis, fidus, vigil, acer: cùm sæpè pugnasset, semper vicisset, Arcem Reziciæ vi expugnasset, huius tumuli multos meruit titulos, hunc vnum tulit. Stipendio gloriam habuit potiorem.
Ita cùm omnia Patriæ, omnia Virtuti, persoluisset.
Ipse nihil immortalitati debere cæpit. Extinctus Anno ætatis LXVII.
Salutis M. DC. XXXIIX. Calend: Ianuarias.

Tumulus hic, virtutum est Titulus.
Quibus
Nobilis D. Dorothea Durnikiewicia,
Spectab. primo D. Matthiæ Zamoytelis, deinde Nob. D. Nicolai Sienkiewicz, Consulis Vilnen. Consors Thori, cùm prole non posset, benefactis florere maluit. Hinc hæredibus transmittenda bona, Christo transcripsit,

ſcripſit (vt integra reciperet) quem in egenis conſpicata, aureâ ſemper fouit dexterâ. Itaque ea viuente, nec incarceratis afflictiſque auxilium, nec egentibus viduis ſolatium, virginibuſque dos, nec infirmis medicina, nec pupillis auxilium defuit. In vita norma hoſpitalitatis, poſt fata, hoſpitalia viduarum & virginũ, miſericordi ſatis auro 10000. flor: æuiternè auxit; Priuilegiato Patrum Bernardinorum altari flor: 500. detulit; tum ad religioſas Familias liberalitate applicatâ, maximas eis Eleemoſynas, tum viuâ, tum mortua manu, porrexit.

Aram in hac S. Ioannis æde erexit, cui ne mutua eſſet, vocem addidit. Cum cenſu perpetuo, tria Sacra ſingulis hebdomadis cani curauit; Deum puro ſemper corde ſibi deuinxit; nullus dies feſtus aut Dominicus inconfeſſam & incommunicatam vidit, mori ergò malè non potuit, quæ Deo, pietati, propinquis, & pauperibus, ſemper vixit. In hoc monumentum, ab omnibus certatim erectum virtutibus, humeris Cleri, & Religioſorum illata, reſurrectionem expectat, Anno Domini, 1641. die 4. April.

D. O. M.

Nobilis ac Generoſus D.

ANDREAS WAGLIKOWSKI,

Cùm

Auum, magnis in Suecia meritis notum,
Patrem, in obſequijs Sigiſmundi III. illuſtrem,
Paribus veſtigijs in Aula Cæciliæ Renatæ Reginæ Polon.

Sequeretur.

In ipſo gloriæ curſu

Immaturus occubit.
Natura & virtus gradum turbauerunt,
Ne diu haberet;
Eximiam doctrinam ſine debita Panegyri,
Præclaram virtutem ſine præmio,
Matura breuis ætatis merita, ſine æternitate.
Diſce Hoſpes, & ad leuamentum iuſtitiæ accipe,
Magnis Comitibus citiùs metam occurrere.

Obiit

Anno Domini, 1639. Die 4. Februarij.

AD

AD ÆDEM B. VIRGINIS MARIÆ
Cœnobij Franciſcani.

Breues dies ſunt hominis, conſtituiſti terminos eius, qui præteriri non poſſunt. Iob.

Quos vna Aula fouit, vnum ſepulchrum clauſit.

Vna quippè illis Aula fuit, par pænè ætas, vnà in Deum & Sanctos pietas, in moribus nulla diſparitas, eadem in Dominum fides, erga omnes integritas.

Diuerſum officium, idem Animus.

Georgius Czurkowski, ſub aliquot belli Ducibus in Moſchouia, Valachia, & Liuonia, Notarij Campeſtris Exercitus locum tenens, negotia. Chriſtophorus verò Zolkowski, Culinæ Præfectus, dapibus ſanitatem Illuſtriſs. D. Leonis Sapiehæ, Palatini Vilnen. Generalis Exercituum Ducis, Breſten. Mochilouien. Capitanei. Pari promptitudine ac fide, curabant.

Hanc vitæ, conditionis, animi, perpetuam vnionem, neque mors cuncta euertens, auſa eſt rumpere.

Simul vixêre, ſimul pænè deceſſere, ardenti febri correpti, Prior ætatis ſuæ anno XXXIII. die xij. eiuſdem

Vterque anno M. DC. XXX.

Hæc quiſquis legis, vt ſimul in cœlis gaudeant, qui ſimul hoc ſub lapide quieſcunt,

Pius apprecare.

Andreas Wardacki Præfectus eiuſdem Aulæ, Socius ſocijs, apponi curauit.

Hic Alberti Szorc clara de Stirpe profecti,
In triſti tumulo hoc oſſa ſepulta iacent.
Nec te Nobilitas, nec opes, potuêre tueri,
Sed nec virtutis bellica facta tuæ.
Nam fera mors, dites, bellatoreſq; potentes,
Et ſpreta, cinerem, nobilitate facit.
Te tamen vna iubet poſt funera viuere virtus,
Quod pura coleres relligione Deum.
Ergo bene, hunc tumulum qui tranſis ſponte Viator,
Dic, Albertus Szorc viuat in arce Poli.

Vixit annos 80. Obijt Anno Domini, 1608. die 27. Maij.

AD ÆDEM S. FRANCISCI,
Cœnobij FF. Minorum de Obſeruantia.

D. O. M.

Tandem post fata quiesce Liuor,

Illustrissimi D. Ioannis Rudomina Dusiatski, Castellani Nouogrodensis cineres, hæc capit Vrna.

Cuius vitam si spectas,

Ille, adolescentiam artibus ingenuis, externisque Prouinciarum peregrinationibus, expoliuit.

Demum

Regiam Sigismundi III. Aulam, cum summa capessiuit laude.

Ætatem virilem

Marti consecrauit,

Turmarum hastatarum contra Osmanum Imperatorem Turcarum sub Chocim; deinde contra Gustauum Principem Sudermaniæ in Liuonia; glorioſus extitit Præfectus: strenuique in conflictibus varijs, nomen obtinuit militis.

Post cicatrices virtute partas,

Honore Vexilliferi Nouogrodensis,

Tandem

Ab Inuictissimo Vladislao IV. Purpurâ Senatoriâ Castellanatus Nouogod: adornatus.

Cuius doctrinam, & eloquentiam, audinit Senatus; salubria consilia in arduis æstimauit; præclaram morum vitæque integritatem vidit, & acceptauit Patria.

Obijt Anno Domini, 1646. Feb 9.

Natus Anno 1581. Huic mœsti Fratres amoris ergò

Hoc monumentum extrui curârunt.

Petrus & Christophorus Rudomina, Smolenscen. & Polocen. Castellani.

STANISLAVS RADZIWIŁ,

Dei Gratia S. Rom. Imperij Princeps,

Dux Olycæ & Nieſwieſz,

Supremus in M. D. L. Marschalcus.

Deinde

Generalis Samogitiæ Capitaneus, &c.

Romam pro tempore Iubilei proficiscens.

Passauiæ Anno Domini, 1569. Ætatis suæ 40. Martij 19. mortuus.

Hic conditur.

Cui Parenti desideratissimo

Pium

Pium hoc monumentum, gratus filius, Albertus Staniſlaus Radziwil, Dei Gratia Princeps S. R. I. Olycæ & Nieſwieſz Dux, M. D. L. Vicecancellarius, Capitaneus Luceorien. Mæuen. &c. mœrens fieri fecit.

D. O. M.

Ac Manibus piis.

Magnifici ac Excellentiſsimi D. Iacobi Arnuth, natione Angli, ſplendore natalium Nobiliſsimi, fidei Catholicæ zeloſiſsimi, eruditione Medici clariſsimi, ac Sereniſsimo Sigiſmundo III. Poloniæ & Sueciæ Regi fidiſsimi: officio, Senatoris Vilnenſis prudentiſsimi; vitâ, moribus, pietate, ac humanitate integerrimi; hîc cum prole quieſcentis: quem Magnifica Veronica Morariſſa, Ioſephi Sienkieuicij vxor, Sponſæ ſuæ Dianæ Mater, præceſsit ad tumulum. Sed iunxit Sponſa hoc amoris officijque ſigno, Parentem cum Marito, 1640. vicem receptura poſt fata.

PETRO WIESIOŁOWSKI,
Caſtrorum R. P. Præfecto, Miſcibouien. Siemn. Metelen.
Capitaneo.
Viro animi virtutibus inſigni.
Corporis robore & viribus incomparabili, & earum commendatione,
Diuorum Sigiſmundi I. & Auguſti gratiam promerito.
Proxima ſub arâ, ab Anno 1556. ſine vllo ſepulchri honore
Quieſcenti.
CHRISTOPHORVS WIESIOŁOWSKI,
Ex Petro Filio Magno M. D. L. Marſchalco,
M. D. L. Curiæ Marſchalcus.
Et Nicolaus Wieſiolowski Caſtellanus Samogitiæ
Nepotes.
Auo
De vniuerſa Familia
Optimè merito,
P. C.
Anno Domini, M. DC. XXXIV.

Memento homo
Natus,
Diu cinis
Denatus.

Latet hoc tumulatus,
Sub marmore
Famatus
Dominus Andreas Legartowicz,
Ciuis Vilnenſis.
Qui legis,
Pijs iuſta Manibus ſolue.
Nam
Quod tibi vis fieri, alteri quoque facere ius eſt.
Anno Domini, M. DC. XLVII.

D. O. M.
Sacellum hoc tituli S. Michaëlis Archangeli,
Sumptibus piæ memoriæ Illuſtr. Dñi, D. in Dabrowno Hlebowicz,
Caſtellani Vilnen. Onixten. Radoskouien. Capitanei,
Erectum.
Eiuſdem Illuſtriſsimi D. Caſtellani, vnà cum Prole ſua Perilluſtri Domino,
D. Ioanne Samuele Hlebowicz, Sigiſmundi III. Poloniæ & Sueciæ Regis
Aulici, Cubicularij, magnæ expectationis viri, Sarcophagus
Sacelli huius continet
Honorificè condita corpora.
Minans porrò validam ruinam idem Sacellum.
Sumptibus Illuſtriſsimi Domini, D. Georgij Caroli Hlebowicz, Palatini
Smolenſcen. Onixten. Radoskouien. Ialouien. Mſciuouien. Doro-
hobuzen. &c. &c. Capitanei, SS. Angelorum honori vene-
rabundè ſeſe ſubmittentis,
Iuſtaque
Patri, ac Fratri Parentantis,
Iterato è fundamentis
Reædificatum, adornatumque.
Anno Domini, M. DC. XLV.

IN TEMPLO S. MICHAELIS ARCHANGELI,
Ad Monaſterium Monialium S. Clarę.

Dorotheam Firleiam de Dąbrouica,

Andreæ

Andreæ Castellani Lublinensis
Filiam;
Ioannis Stanislai Sapieha, Marschalci Supremi M. D. L.
Matrem;
Dum iusto prosequitur
Leo Sapieha luctu
Coniugem,
Huic marmori puluerem reliquit.
Anno Die 14. Martij.

IOANNES STANISLAVS SAPIEHA
Leone, tunc Cancellario,
Et Dorothea Firleia, Castellani Lublineń. Filia,
Parentibus.
Subdapifer primò M. D. Lith.
Mox (vbi nobilissimis per Europam lustrationibus, clarissimisque apud Ferdinandum II. Legationibus exercitam iuuentam Patriæ etiam lucere oportuit.)
Marschalcus Curiæ à Sigismundo III. factus.
Plùs isti Magistratui adiecit lucis, quàm tulisse videretur.
Inde ampliori virtutum, sapientiæ,& venatoriæ dignitatis passu profectus; Iudiciorum Generalium M. D. L. directionibus tam integrè præfuit, vt ipsa probitas & facundia apud se eniti in iustitiæ gloriam crederetur.
Ergò
Supremus M. D. L. Marschalcus ab eodem Principe creatus, in reliqua suæ ætatis serie, Templorum curæ, in religiones, & aduersa oppressos forte, liberalitate intentus: tantum inde nominis tulit, quantum gloriæ parauerat: cùm tam summâ in Senatu Iudicijsque eloquentiâ, dicendi libertate, ac integritate apud omnes in Repub. quàm pulcherrimis multarum expeditionum obsequijs, in maximas spes ex longiori vita sua rapuisset, in illa omnium expectatione, mortalitati cessit. Ætatis suæ XLVI.
Anno Domini, M. DC. XXXV. x. April.
A Casimiro Leone Sapieha, Marschalco Curiæ M. D. L. mœstissimo Fratri, Maiorum tumulo illatis cineribus, vnà cum Consorte sua Anna Scholastica, Ioannis Caroli Chodkieuicij, Palat: Vilnen. & Sophiæ à Mielec Filia, hoc marmore tegitur.

D. O. M.

LEO

LEO SAPIEHA.

Patriæ, tribuſque Poloniæ Regibus,

Stephano, M. D. L. Notarius, mox Vicecancellarius ; Sigiſmundo III. Cancellarius ; paulò poſt eidem, ac Vladiſlao IV. Palatinus Vilnenſis, ac Supremus belli Dux ; maximis in hoſtes Expeditionibus, ad Vicinos Legationibus, apud Ciues negotijs, conſilio, manu, authoritate Princeps. Iura M. D. L. neſcias grauius digeſſerit, an æquius ſeruârit ? cùm Guſtauum Adolphum Lithuaniæ imminentem ſtitiſſet, Patriam ab hybernis patrij militis ſeruâſſet.

Pater Patriæ audijt.

Aras, Templa, Xenodochia, Collegia, Cœnobia, hoc etiam ipſum, in quo vmbram ſui ac puluerem depoſuit, extruxit, ornauit.

Quod reliquum Leonis fuit, iſthic capi non potuit,
In gratis animis manſit, aut in cælum abijt.
Date Ciues lachrymas.

LXXVII. ætatis Anno, viij. Iulij, obeuntem parum vixiſſe etiam hoſtes luxere.

Eliſabetham Radiuiliam, Chriſtophori Radiuili,
Birzæ Ducis, Palat. Vilnen. Supr : exercituum M. D. L. Præfecti,
Et Catharinæ Comitis in Tęczyn, Palatinidis Cracouien.

Filiam.

Dum ſibi Leo Sapieha chariſſimam Coniugem,
Et immaturæ proli ereptam

Matrem

Luget,

Hoc ſaxo exuuias condidit.

Anno Domini, 1611. Menſe Octob. Feſto S. Lucæ.

Scribat Hæredem
Sibi
Quiſque famam.

CHRISTOPHORVS SAPIEHA.
Leone Sapieha Palatino Vilnenſi,
Supremo M. D. Lith. Duce.
ELISABETH RADIVILIA,
In Birzæ & Dubinki Duciſſa.
Idem vitæ & virtutis initium habuit,

Summis

Summis Magiſtris traditus.
Ab ingenio, moribus, Eloquentia Princeps iuuentutis audijt,
Caſtris quinque Imperatorum, Aulis Europæ
Principum aſſuetus.
Vbique & Spectator, & ſpectaculum.
Sigiſmundo III Poloniæ Sueciæque Regi carus,
Præfectus Dapiferorum, poſt Notarius M. D. Lith.
Cum ſtudio Principis,
Amore Procerum,
Votis omnium,
Iudicio, prudentiâ, induſtriâ,
Ante ætatem vir,
In ſuam, & Patriæ lucem, oreretur.
Heu præpoſtero curſu, publicæ ſpei aurora,
In omnium lachrymis occidit!
Anno Domini, M. DC. XXXI. ætatis XXIV.

Staniſlaus Fr. Cracouita faciebat, Anno 1546
Matthias Alberti Ioannis Kloczko in Miedzyrzecz & Łyskowo Hæres,
Capitaneus Generalis Samogitiæ, Marſchalcus S. R. M.
ac Tenutarius Wołkouiſcenſis,
Vir induſtriâ, ingenio, armiſque clarus.
Obiit
Anno Domini, M. D. XLIII. die xj. April. ætatis ſuæ LVI.

Volkolatæ in Lithuania.

Siſte gradum Lector,
Et ſupremam mentem, ludentem in humanis rebus, vide?
Carolus Petrus Dolmat Iſaikowſki,
Oſmianenſis Tribunus, Caſtrorum in Moſchouia Regiorum,
in M. D. Lithuaniæ Venationum Præfectus.
Pueritiâ, inter literas,
Adoleſcentiâ, apud exteros,
Iuuentute, in annis exactâ,
Virum, ante annos, Reipub adtulerat.

Sigiſ.

Sigiſmundi III. & Vladiſlai IV. Poloniæ Regum auſpicijs,
ſub Aulici comitatus ſignis,
Valachiam, Seueriam, Pruſsiam, militaris Gloriæ theatra, virtute impleuerat.
Pacis artibus, per Comitia & Iudicia clarus,
Cum Magiſtratibus viam ad ſumma occupáſſet.
Anno Domini, M. DC. XL. ætatis 39. Maij die 27. è medio honorum
curſu in viam omnis carnis abreptus eſt.
Suſceptus ei ex Illuſtriſsimi Petri Pac, Palatini Trocenſis filia, filius poſthumus, tantùm vixit, quantùm ſuffecit, vt Parens iterum in hærede moreretur, ac mœrentis Familiæ, ingens doloris appendix, adderetur Parente & filio, ſimul hoc tumulo incluſis.
Abi iam Lector, & bis mortuo benè precatus.
Supremam mentem, ludentem in humanis, metue, venerare.

NESVISIENSIA.

IN BASILICA CORPORIS CHRISTI, Ad Collegium Societatis IESV.

Epitaphium Illuſtriſſimi Domini
NICOLAI CHRISTOPHORI RADZIVILI,
Sacri Romani Imperij Principis,
Ducis in Oſyka & Nieſwieſz, &c.&c.
Fundatoris Coll: Neſuiſień.

Supra effigiem Ducis hæc Inſcriptio legitur:
Peccantem me quotidie, & non me pœnitentem timor mortis conturbat me.
Sub effigie hæc:
Credo carnis reſurrectionem, & vitam æternam, Amen.
Tandem inferiùs hæc habentur:
IESV æternæ vitæ morientium.
Nicolaus Chriſtophorus Radziwil, Nicolai, & Eliſabethæ de Szydlowiec Filius, Ioannis Nepos, Nicolai Primi Pronepos, S. Sepulchri Eques, &c. Sciens ſe eſſe eſcam vermium, in hac lachrymarum valle viuens, ſibi poſuit.
Monumentum hoc corpus, Cœlum animam, Poſteritas memoriam in benedictione ſeruet.

Obijt

Obiit

Anno Salutis, M. DC. XVI. Menſe Feb. die xxviij. ætatis LXVII.

Abi Viator, & pro mortuo ora.

Epitaphium Eliſabethæ Euphemiæ de Wiſniowiec,
Coniugis prædicti Principis.
Supra verticem eius hæc Inſcriptio legitur:
Præciſa eſt velut à texente vita mea, dum adhuc ordirer, ſuccidit me.
Inferiùs hæc ſubduntur.

Eliſabethæ Euphemiæ de Wiſniowiec, Matronæ honeſtiſsimæ, palmam extendenti Viduis & orphanis, quæ in augendo cultu diuino, & ornamentis Eccleſiarum, tam huius loci, Altare hoc S. Crucis, & Monaſterium S. Euphemiæ, munificentiſsimè auxit, quàm exterorum, facultates ſuas hilariter diſtribuebat, pauperes eleemoſynis ſubleuabat Hoſpitale S. Spiritus locupleti prouentu dotauit. Cœnobium Ordinis S. Franciſci Fratrum Minorum de Obſeruantia, Dedicationis S. Catharinæ Patronæ ſuæ, proprijs ſumptibus erigi curauit, ad alia quoque pia opera multa legauit. In oratione erat aſsidua, omnibus denique dotibus exornata.

Mater egenorum vocabatur.

Nicolaus Chriſtophorus Radziwil, Coniugi chariſsimæ oretenus. & ex Teſtamento requiſitus, cum lachrymis poſuit.
Gloria eius tanquam flos agri.
Nondum expleto vigeſimo ſeptimo ætatis ſuæ anno,
Piè in Domino obdormiuit.
A Saluatione Domini, M. DC. VI. Menſe Nouembre, die IX.
relictis quinque filijs, & tribus filiabus.

Epitaphium Chriſtophori Radiuili filij dictorum Coniugum.
Supra verticem hæc Inſcriptio legitur:
Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.
Sub effigie hæc ſubduntur:
DEO VIVO, & VERO.

S. Chriſtophori nomen in ſacro fonte infantulus accepi, ſic volentibus Parentibus.
Adoleſcens in vitæ flore mundum voluntate contempſi, meque totum ad Chriſtum ferendum conuerti, ſic volentibus Parentibus.
Bononiæ virtutibus atque artibus ſtudens, legem naturæ expleui.
Orta occidant,
Sic DEO volente.

Valedixerat mihi mater moriens puerulo.
Pater adolescentem ad exteras nationes proficiscentem.
Fratres duo seniores Bononiæ in mutuo digressu me complexi fuerant.
Osculo itaq; extremo omnibus in hoc mundo dato, mortuus in Patriam reuertor
Excipiunt me omnes prædicti, & duo cæteri minores
Fratres lugentes, atque hic condunt.
O Sortem admirabilem!
Tum vbique, tum maximè in propositis humanis dominantem.
Filio optimo mœstus Pater,
Christophorus Nicolaus Radziwil,
Posuit.
Obijt Bononiæ,
Anno Salutis, M.DC. VII. die 4. Maij. Vixit annos XVI.
Menses x. Dies iij. Horas xiij.

Paulò inferiùs hæc carmina subduntur.

Mundus Christophoro quærit subducere Christum,
Nunquam vult Christum perdere Christophorus.
Pugnatur: Christi maior tutamine mundum,
Vincit Christophorus sidera, victor adit.
Quàm benè Christophorus Christi fert nomen & omen,
Vincit vterque solo, regnat vterque Polo.

Epitaphium Nicolai Radiuili filij dictorum.

Supra effigiem hæc Inscriptio legitur:
Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius. Sap. 4.
Sub effigie hæc:
Meliorem partem elegi, quæ non auferetur à me.
Paulò inferiùs hæc leguntur:

Christo Protectori.

Ante maturitatem decidisti flosculo, & inuida mors spem nostram fefellit: debebas tu quidem claudere oculos nostros, at cùm Regi Regum ita placuit, te in numero Angelorum iam collocare, tibi quidem meliùs, qui Solem Iustitiæ continuò intueris, nos autem Parentes tuos in acerbo luctu reliquisti.
Nicolaus Christophorus Radziwil, & Elisabeth Euphemia De Wisniowiec,
Nicolao filiolo suauissimo mœrentes posuerunt.

Vixit

Vixit annum I. Menſes viij. dies xvij. horas viij.
Obdormiuit Anno Salutis, M. D. LXXXVIII. die IV. Octob.
Tandem hæc adduntur:
I nunc, & tenero flori confide iuuentæ,
Ecce puer ſæuæ mortis imago iacet.

D. O. M. S.
IESV Chriſti
Venturi Iudicis aduentum,
Sub hoc tumulo expectant
Coniuges amabiliſs.
Georgius Noch, & Chriſtina Makowſka,
Vt vitæ & ſortis,
Sic fati & mortis ſocij.
Præmiſſo Marito 4. Maij, 1620. anno.
Secuta 1634. anno, die 25. April.
Vterque veræ fidei, ac pietatis cultores,
Optimè de omnibus meriti, nulli moleſti,
Prole fœcundi, Sacramentis muniti,
Hic quieſcunt.
Superſtites filij, Parentibus chariſſimis,
Debitæ pietatis & gratæ memoriæ monumentum
mœrentes, & requiem apprecantes, PP.

Epitaphium Nobilis Catharinæ de Piekary Kochanowa,
Supra effigiem hæc Inſcriptio legitur:
Videte, vigilate & orate, neſcitis enim quando tempus veniet.
Sub effigie hæc:
Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur. Pſal. LXXXIX.
A latere dextro hæc:
Ecce Iudex ante ianuam ſtat.
A ſiniſtro hæc:
Debilis, & fortis, veniunt ad limina mortis.

IN TEMPLO S. CATHARINÆ M.
Ad Cœnobium Bernardinorum.

Epitaphium Euphemiæ Wierzeyſka.

DEO Sancto, Forti, & Immortali.

Euphemia Wierzeyska, fœmina pietate Catholica,& honeſtiſsimis moribus prædita, primo quidem nupſerat Ioanni Zawiſza, Patricio M.D.Lith. ſecundo Andreæ Duci in Wiſniowiec, Palatino Volyniæ. Tandem vidua relicta, & miro Dei beneficio ab hæreſi reuocata; in orationibus, ieiunijs, & eleemoſynis Chriſto Deo ſeruiens, 16. Nouemb. anno 1589. quinquagenaria religiosè in Oppido Chorowa exceſsit è viuis.

In eodem lapide hæc ſubduntur.

Eliſabetha Euphemia de Wiſniowiec Radiuili filia, Fundatrix huius Monaſterij, pro amore & obſequio in matrem, dum in viuis eſſet, ordinauerat, vt huc oſſa ex Derewnia, vbi ſepulta fuit, transferrentur. Quod demum poſt mortem eius Monaſterio Eccleſiaque hac erecta, executioni mandatum eſt, eodem die & Menſe, quo obijt mater, anno verò 1601. Simulque liberi tranſlati mares, Conſtantinus & Demetrius; fæmellæ, vtraque Catharina, qui omnes in pueritia ex ſecundo Coniugio Matrem præceſſerunt.

Vbi ergo nunc eſt præſtolatio mea, &c. Iob. 17.

VARSAVIENSIA.

IN TEMPLO D. IOANNIS BAPTISTÆ.

STANISLAVS ET IANVSSIVS,
Conradi Ducis Maſouiæ filij,
Ex priſcis Regibus Poloniæ,
Et vltima ſtirps maſcula Ducum Maſouiæ,
Hactenus à ſexingentis annis feliciter dominata.
Iuuenes ambo ſumma probitate & innocentia præditi.
Fato immaturo & infelici
Nec multo temporis interuallo.
Cum ingenti omnium ſubditorum ſuorum mœrore obierunt.
Staniſlaus, Anno Salutis, M. D. XIV. ætatis ſuæ XXIV.
Poſt quorum obitum
Hæreditas & dominium totius Maſouiæ
Ad Reges Poloniæ peruenit.
Anna Dux

Virgineo

Virgineo decore & probitate incomparabili,
Fratribus Germanis,
Cum amaro dolore & luctu posuit.

D. O. M.
NICOLAVS ERLER,
Vtriusque Iuris Doctor,
Præpositus Kielceń.
Varsauiensis, Sandomirienſis Canonicus,
Hos inter cineres mortalitati patrauit.

In quo doctrina & comitas, Aula & innocentia magnorum fauorum, & vitæ morumque candor, laudabili nexu conuenere. Linguarum peritia, exterarum gentium notitia, omnigenæ eruditionis copia, ornatissimus: Sereniſsimorum Principum, Sigismundi III. & Constantiæ Austriacæ Filiorum, in iure addiscendo Professor Generalis, per Ducatum Masouiæ pluribus annis Officialis, maiora quæque sperare potuisset, nisi putasset glorioſum mereri, quàm ambire. Cùmque iam fortunæ ipse sibi fixisset terminos, vitæ terminum pacatus inuenit, Anno Christi, M. DC. XLV. Ætatis LX. Satis viuens sibi, nunquam satis Ecclesiæ & Amicis.

D. O. M.
ZACHEVS PIKARSKI,
Archidiaconus Płocenſis.
Suoq; Episcopo Illustriſs. Alberto Baranowski limina visitanti,
Administrator.
Varsauień. & Pułtouień. Canonicus,
Sereniſſimi Regis Augusti Secretarius.

Pietatis morumque comitatis ac liberalitatis amantiſs. dote competeñ. pro Anniuerſ. depoſition. die Nonis Octob. quotannis obitus, asſignata cineres suos, vt cum Fratre chariſsimo, quot viuo non licuit, semper vna esse posset, huc inferri petijt. Ætatis 64.

PAX DEI.

Quam viuens, Regique, Senatuique, Populoque Polono, magno animo, maximisque laboribus nunciare solebat. Hæc mortui Ioannis Pikarski, Decani Varsauien. Canonici Vilnen. Præpoſiti Bielscen. & Liuen. Vixit Principibus gratus, populo venerabilis, Ecclesiæ vtilis, Amicis iucundus, omnibus liber & apertus, mortuus die 8. Menſe Septembris, Anno Salutis,

tis, M. D. LXXVII. ætatis LXI. Zacheus Pikarski, Canonicus Plocen. & Varſauien. Fratri deſideratiſsimo hoc poſuit monumentum.

D. O. M.

Gaſparo Sadłochio Nizenſki,

Varſauień. & Bielſceń. Præpoſito.

Qui ab ineunte ætate in Cancellaria Regia, deinde in obſequijs Bonæ Sphortiæ, Poloniæ Reginæ, tam in Polonia, quàm in Apulia, ac eius filij Sigiſmundi Auguſti Regis laudabiliter verſatus; poſtremò Annæ Iagelloniæ, Poloniæ Reginæ, Cancellarius factus; vitæ integritate, prudentia comitate, magnoque rerum vſu, facultatibus peramplis ad laudem Dei egentium ſubſidium, proximorumque commodorum piè diſpoſitis, in Domino obdormiuit. Anno Domini, 1604. die 22. ætatis 87.

D. O. M.

Reuerendo Domino Ioanni Kroczewſki,

Canonico Płocen. & Secret. Regio.

Viro fidei & Religionis Catholicæ conſtantia inſigni.

Regibus & Principibus ob ingenij elegantiam charo.

Ob ſuauitatem & comitatem morum omnibus grato.

Anno Domini, M. DC. XLVII. April. Ætatis ſuæ XXIX. hac vita defuncto, & hoc ſub ſaxo depoſito, Fratres in pignus amoris triſtes poſuerunt.

D. O. M.

ALBERTO CZAPLIC,

Sacræ Theologiæ Doctori,

Viſlicen: Sroden: Eccleſiarum Collegiatarum Præpoſito.

Ad S. Georgij Gneſneń. Canonico,

Vitæ integritate & eruditione inſigni.

Viro in Aula S. R. M. Sigiſmundi III. & Vladiſlai IV. Poloniæ & Sueciæ Regum, ab anno 1617. Generoſæ iuuentutis Præfecto, ad annum 1642. quo obijt, die 6. Feb. ætatis ſuæ 59. hoc amoris & recordationis pignus, Frater Germanus poni curauit.

Piæ Memoriæ,

Reuerendi Pauli Giſſa.

Præpo-

Præpoſiti Liueń. Parochi Goniadzeń.

Sereniſsimæ Conſtantiæ Poloniæ & Sueciæ à ſacris, viro præclaris animi, ingeniiſque dotibus, pietate, vitæ integritate, eruditione, ſtyliſque elegantia inſigni, magnis ob id in Repub. viris ab vſu intimo, ijſdemque manu ducentibus ad ſacra Curiæ Sereniſs. proucto. Qui cùm diuina, cœleſtia, humanis, terrenis, iure anteponeret, illis poſt Deo, Eccleſiæ, ſaluti ſuæ, fideliumque curandæ, maturè ſeſe addixit. Quo pietatis & officij, zelo incitatior, ſuiſque prodigus expleuit in vita breui multos dies raræ virtutis & probitatis. Heliſabeth Seligia olim Baltaſaris Giſſa, Conſ: Var. Coniunx, relicta Mater ſuperſtes, filioque, fratrique, Fratres optimo ingentis luctus exiguum poſuêre monimentum. Obijt Anno Domini, M. DC. XXIV. Die xxvii. Ianuarij.

D. O. M.

Venerabili Petro, Actu Presbytero, Vicario Viazdouień. Fratri Martino, Dorotheæ Parentibus chariſſimis, Reginæ, Catharinæ, Heduigi, de domo Pyſnikowſki, ſororibus, Ciuibus Varſauień. peſte nuper defunctis, Famatus Albertus Wyſocki filius, incola Ilzeń. pietatis ergò poſuit, Anno Domini, 1627. 4. Auguſti.

D. O. M.

Piæ Memoriæ.

Excellentis viri Aſprilli Pacelli Itali, de Oppido Vaſciano Diœceſis Narnienſis. Qui profeſsione Muſicus, eruditione, ingenio inuentionum, delectabili varietate, omnes eius artis coætaneos ſuperauit, antiquiores æquauit, & Sereniſsimi atque Victorioſiſsimi Principis Domini, D. Sigiſmundi III. Poloniæ & Sueciæ Regis, Capellam, Muſicam, toto Chriſtiano Orbe celeberrimam, vltra 20. annos mira ſolertia rexit, eadem S. R. Maieſtas, ob fidiſsima obſequia, hoc beneuolentiæ monumentum poni iuſsit. Deſijt die 4. Maij, Anno D. M. DC. XXIII. Anno ætatis ſuæ LIII.

D. O. M.

ALEXANDRI IOANNIS ALANCII,

Præpoſiti Varſauienſi.

Integerrimæ vitæ, eximiæ pietatis, probi moris, rectiſque ingenij viri. Quiſquis nouit ſubſcripſit, Aula præſertim Regia, in cuius luce maturuit, & ſenuit, hic Magnorum Regum Sigiſmundi III. & Conſtan. Regia reſcribet proles, cui ob ingenij & morum culturam fuit, memoriæ. Hoc Cenotaphium ſupremæ voluntatis Executores PP.

Tu quiſ-

Tu quisquis transis, & hoc legis, per vndena & ampliùs lustra vitæ huius iactationibus lassis, Manibus felicem tranquillamque precare stationem.
Obiit xi. Nouemb. Anno Domini, M.DC. XLVIII. ætatis suæ LVI.

D O M.

Reuerendo Andreæ Barski, I. V. D. Custodi & Officiali Varsau. Bareń. Nuncio, Secretario, viro docto, prudenti, deuoto, nobilitate propria fulgido; Sremensi, Mansionariorumque Fundatori. Anno Domini, M. DC. XI. die IX. Augusti extincto, hic quiescenti, Executores mœstissimi posuêre.

D. O. M.
Memoriæ ergò.
Docto prudentique viro,
Reuerendo Ioanni Chocieſewski,
Iuris Vtriusq; Doctori,
Canonico Varsauień. Premisslień.

Moribus vitæ polito, virtute claro, facundo, Patriæ, & externorum vsu perito, cui proh Parca breues infida neuit dies. Obijt iij. Ianuarij, Anno Domini, M. DC. XVII. Enneatico, ætatis suæ v. Fratres Executores mœstissimi posuêre.

D. O. M.
Piis Manibus,
Generosi Adami Parzniewski.
Gente Paparonij, Castri Cracouien. Burgrabij, Præfecturarum Brodnicen. Golubien. Administratori.
Cui

Fortuna generosos natales, natura corporis dignitatem, animiq; solertiam, virtus probitatem, atque suauitatem morum, vsque adeò indulserat, vt merito omnium amor & deliciæ haberetur. Sereniſsima Princeps, ac Domina, D. Anna Infans Regni Sueciæ, Sereniſsimi Sigiſmundi III. Poloniæ & Sueciæ Regis vnica soror, cuius domus curam gerens, tanta integritatis, constantiæ, atque fidei erga illam reliquit argumenta, quanta vix à quopiam alio huic muneri dedito exhiberi possunt. Hoc monumentum virtutum ipsius memor fideliſsimo Aulæ suæ Directori Patrona clementiſsima poni fecit. Vixit Annis 49. obijt ipso die Natalis Domini, Anno Salutis, M. DC. XIV. D. O. M.

D. O. M.

IOANNIS DVNIN MODLISZEWSKI,
Culinæ Regiæ,& Lociſenſis Præfecti.
Cineres hic quieſcunt.

Viri auito generis ſplendore, & Ioanne Tarnouio, Archiepiſcopo Gneſnenſi, Auunculo Illuſtriſs. cuius ſuperſtitis præclaras virtutes Sigiſmundus III. Poloniæ & Sueciæ Rex adamauit, vt eum primum obſequijs Vladiſlai Principis adhuc impuberis adhibuerit, dein honoribus & præmijs auxerit; idem pietate, caſtimonia, vitæ integritate, quoad vixit, excelluit. Obijt Anno ætatis L. Chriſti, M. DC. XXIX. Die Menſis XIV. Nouemb.

D. O. M.

Remigius de Otok Zaleſki.

Gentes exteræ peregrinantem educarant, diuerſa tum pacatæ, tum armatæ Reipub. negotia erudierant. Grauiores iudiciorum cauſæ, peritiſsimum æquitatis arbitrum monſtrârunt.

Tandem

Annis XXXVI. in Aula Sereniſsimorum Poloniæ Regum, non interrupta annorum & virtutum ſerie exactis, à Sigiſmundo III. Oſtren. Warecen. Bobrownicen. Capitaneatibus; à Vladiſlao IV. Caſtellanatu Łancicien. & Referendariatu Regni ornatus. Ecce nunc in puluere dormio. Obijt Varſauiæ X. Kal: April. Anno M. DC. XLV. Cui Alexander Frater germanus, ſecundus ab ipſo in Referendariatu Succeſſor, hoc monumentum poſuit. Anno Salutis, M. DC. XLVIII.

Hic ſitus eſt Staniſlaus Strzeliza, I. V. Doctor, Cantor Płocenſis, Vladiſlauień. Poſnanień. Canonicus, & Scholaſticus Varſauień. vir ingenio, virtute, forma ac fortunæ proſperitate clarus.
Obijt Anno Domini, M. D. XXXII.

D. O. M.

Ioanni Kalinſki Wilk, à Patre, Auis, Atauis, in hac Vrbe Supremo Criminalium Iudici, ſeu Aduocato, viro conſilij, viro optimo.
Ioannes Kalinſki, Patri merentiſs. poſuit.

D. O. M.

Magnifico ac Generoſo Domino, D. Lucæ Nagorſki à Parznicow, Magiſtro Curiæ Sereniſſimæ Reginulæ, Annæ Infantulæ Poloniæ,

Capitaneo Garuolien. Tribuno plebis Prouinciæ Lencicien. &c.
Filioque Staniſlao,
Magnifica ac Generoſa Domina, D. Barbara Mniſzkowna à Magnis Konczyce, hoc monumentum Coniunx mœſtiſsima, in pignus amoris poſuit. Anno D. M. D. LXXI.

D. O. M.
Spectabilis Erchardus Kleinpoldus,
Patria Liuo.
Dignitate Conſul Varſauien.
Quam, morum grauitate, vitæ innocentia, iuſtitiæ cultu, pietate in Deum, nobilitauit. Ob ſingulurem fidem & induſtriam, à Sigiſmundo III. Poloniarum & Sueciæ Rege Fabricis Præfectus. Deinde à mortalitate vltrò monitus ſepulchro præſtructo, die xij. Octob. Anno D. M. DC. XLIII. Ætatis ſuæ LVIII. expleto, Fato functus; hic vltimam cœleſtis illius nuntij fabulam expectat. Mœſtiſsima Coniunx cum liberis ſuperſtitibus, Marito deſideratiſsimo, hoc monumentum amoris teſſeram conſecrat.
Tu Viator, alienum calcas tumulum, cogita tuum, & mortuo benè apprecare.

D. O. M.
STANISLAI DREWNO,
Patricij Varſchouien.
Stannifuſoris diligentiſſimi,
Monſtrat ſculptura effigiem.
Scabini, virtute, pietate, & moribus clari.
Vixit Annos LXXVI. Septimanis vj.
Obijt Anno M. DC. xxj. Menſe Iulij.
In memoria æterna erit iuſtus, ab auditione mala non timebit.

Sigiſmundo Bulgulcero Vlricio, Iuris Conſulto, apud Varſau. vſque dum viueret, Conſuli primario, in bene mer: ſtud. amicis Colend. indefeſſo, inuariabili, viro optimo. Executores Amico deſideratiſs. poſuerunt.

D. O. M.

D. O. M.

ETsi vrgent sæpè mala multa Parentes,
Quos castus talami fœdere iungit amor.
Nil tamen potest esse grauius, nec acerbius vnquam,
Quam si mors illis pignora chara rapit.
Hoc Sigismundus Erkembergerus non absq; dolore reuoluens,
Constituit natis hæc monumenta suis.
Anno Domini, 1598. Mense Septembri.

D. S.

Nicolaus, Alexandri Philomedi, Proconsul Varsauien. clariss. vltimum semper cogitans somnum, viuus ætatis suæ 65. sibi & Annæ Lisgij, Coniugi charissimæ, pietatis & pudicitiæ exemplo, curauit. Obijt autem Anno Domini. 1595. Mense Septemb. die 13.

D. O. M.

Famatus Matthias Swietlik Chirurgus, Ciuis Varsauien. vir omni virtute ornatissimus, artis suæ peritia, qua ex æquo omnibus commodus esse studuit, vbique commendatissimus, ex hac vita 23 Decemb. Anno 1552. decessit, eoque loci diem resurrectionis suæ expectans, requiescit. Famatus Stanislaus Smocki, cum Honesta Margaritha Swietlikowna, Coniuge sua, Anno Domini, 1617. restaurauit. Mense Augusti, die 7.

D. O. M.

Spectabilis viri Domini Alberti Kulinski,
Consulis antiquæ Ciuitatis Varsau.
Sat sibi non Patriæ publicos prouexerat vsus.
Cum propè bis quinas vixit Olympias.
D. S. consilio illustris, comis, grauitate Senatus Rector,
Vita, ac nomine Consul erat.
O dignum superis hominem!
Hac decumbit in Vrna.
Vixisti Patriæ non tibi, viue tibi.
Obijt 1597. 8. Nouemb. ætatis suæ 49. D. Melchior Kulinski Frater, amoris ergò Fratri mœstus posuit.

D. O. M.

Albertus Baryczka, Sereniſsimorum ac Potentiſsimorum Sigiſmundi III. Vladiſlai IV. Poloniæ & Sueciæ Regum, Stabuli Prouiſor, Secretarius, & Viaſdouienſis Tenutarius,

Magnum naturæ ſomnum hic dormit.

Primo ætatis robore ſub auſpicijs Auguſtiſsimi Rudolphi II. Imperatoris ad Strigoniam miles, dein prima Smolenſcij obſidione cohortis haſtatæ Vice-Præfectus in Kircholmenſi prælio deuotum morti, ſed magis gloriæ geſsit caput, reliquos XXXIV. Annos Regibus ſuis, & pacato vitæ cultui impendit; virum verè Catholicum, fundationes in Deum cœliteſque gratæ declarant. Obijt Anno Domini, M. DC. XLIII. Ætatis LXVI. Filij poſuêre cum fundatione Anniuerſarij.

D. O. M.

Paulo Zembrzuſki Klucznik,

Viro ornatiſſimo.

Qui poſt alia ciuilia munera, Conſulatum & Præfecturam perpetuis vicibus geſsit, cenſum & ærarium auxit, Eccleſiam & Xenodochium S. Crucis, pietatis Maiorum ſuorum memor, decore reſtaurauit, Scholam ornauit, idem in omni vita probus & comis extitit. Obijt Anno Domini, M. DC. XXXIII. IV. Nouemb. ætatis ſuæ LXXIII.

D. O. M.

Et eiuſdem cultui augendo.

Suis, & defunctæ olim Coniugis, Generoſæ Zuſannæ de Baricz Kachanouiæ, noxis expiandis, Altare Sacelli huius è marmore erexit, & dotauit, iuxtaque illud & pias preces ſibi ipſi, Coniugique viuens monumentum extruxit. Staniſlaus Iaſnogorſki, Culinæ Regni Præfectus. Anno Salutis, M. DC. XXXVI.

D. O. M.

MARTINVS PODGORSKI,

Annæ Iagielloniæ Reginæ Poloniæ

Theſaurarius.

Viuus adhuc ſibi, ſuiſque poſuit.

Hic eſt Martinus Podgorſki conditus olim,
Theſauri cuſtos Arx Thikocinatui.

Cui

Cui Rex ob magnam virtutem Auguſtus amato,
Theſaurum oriens credidit ipſe ſuum.
Quem Stephano Magno Regi poſt reddit eadem,
Qua fide nonnunquam fallere doctus erat.
Hinc illum multos fouit Regina per annos,
Fiſco præficiens Anna Iagella ſuo.
Heduigis hic etiam recubat, Burbachia Coniunx,
Vna cum charo chara ſepulta viro.

D. O. M.

Cùm neque opes, neque ætas, neque vlli honores, nos ab interitu vindicent; quid aliud agendum in vita, quàm rectis actionibus vita traducenda concedamus æternitatis vitæ potiri, inſignis pietate, ſingularis virtute, refertus moribus, prudentia, & caſta fide Bartholomæus Zaliwski, Caſtellanus Varſauien. hic ſitus eſt. Staniſlaus Zaliwski, Capitaneus Varſauien. luctuoſiſsimus filius optimo & ſanctiſsimo Parenti ponendum curauit.

Conceſſit fato 29. Martij, Anno D. 1595.

Vita humana expectatio mortis.

D. O. M.

Alberto Seligio Medicinæ Doctori.

Ob eruditionem & virtutes præclaras excellenti ac eximio. Qui cùm Italiam peragraret, ſtudia Phyſica perdiſceret, ſcriptis publicis ſe gnauum declararet, & in Patriam reuerſus, omnibus carus eſſet, in maxima expectatione media ætate fatis iniquis Patriæ, Parentibus eripitur, Anno Domini, M. D. LXXXV. Aprilis vj. Franciſcus Szeliga, Barbara Murzynowska, filio merentiſs. tandem ſibi mœſtiſs. poſuêre.

D. O. M.

Admodum Reuerendo Staniſlao Mrozeo, Canonico & Concionatori Eccleſiæ Collegiatæ iſtius Varſauien. Plebano B. Mariæ Virginis in Noua Ciuitate, nec non Venerabilis Capituli Varſauien. Notario, & Sereniſsimæ olim Annæ Iagelloniæ Reginæ Poloniæ Sacellano, 58. annos nato.

Qui

Non ſine dolore omnium 26. Decemb. Anno 1622. morte piorum ex hac vita deceſsit, & in hoc Templi angulo, cum matre ſua Anna Mrozowa, ſepultus, Dominum expectant ad iudicandum venturum. Precare ergò Viator, vt dies illa ſit ipſi dies lætitiæ. Ioannes Mroz, Ciuis, Scabinus, & Chirurgus Varſ. Frater germanus hoc fratri monumentum poſuit.

D. O. M.

D. O. M.
Viue memor lethi.

Albertus Skora de Gay Obornicki,
Cancellarius Posnanien. & Canonicus Cracouien.
Petro Turzynski,
Canonico Posnanien.
Optimæ spei Iuueni, Nepoti, & Alumno suo, posuit.
Anno Domini, M. D. XC.

Infantis Poloniæ.

Maria Anna Isabella,
Vladislai IV. & Cæciliæ Renatæ
Poloniæ & Sueciæ Regum Filia.
Varsauiæ nocte inter diem 7. & 8. Ianuarij, Anno D. M. DC. XLII. Nata.
Et mox salutaribus aquis renata,
Intra XXXI. diem VIII. Februarij Denata,
Digna, quæ citò renasceretur cœlo,
Breuis mortalitatis exuuias hic deposuit.

D. O. M.
Gloriam.

Posteritati optatam memoriam reliquit, Illustrissimus D. Adamus à Kazanow Kazanowski, Czasnikorum Dominus & Hæres. Curiæ Regni Poloniæ Marschalcus, Bielscen. Boryseuiensis, Solecensis, Neoforien. Varecensis Capitaneus.
Cursum vitæ suæ
Serenissimis, Sigismundo, Vladislao, Ioanni, Casimiro nunc felicissimè regnanti, Maiestatibus Regijs consecrauit.
In sago miles semper strenuus, in toga intimus & Primus, Glorioßsimi Vladislai IV. Regis Poloniæ Cubiculi familiaris, & Aulicus.
Succamerariatum Regni cum Castellanatu Sandomiriensi multis annis tenuit.
Zupparum Vielicen. Administrationem in bonum ordinem reduxit, & emolumentum Reipublicæ ampliauit.

Tandem

Tandem
Marſchalcum Curiæ Regni potitus,
Authoritate ſumma & feliciſsimo regimine pluſquam Supremus
Maieſtatum Regiarum & Legum.
Patriæ Cuſtos.
Sterilis quidem prole, aſt virtutibus
Fœcundiſſimus.
Opes, præclara facta, gloriam inſuper Maiorum ſuorum
ampliſsimorum in Republica Heroum
Non modò æquauit, verùm & ſuperauit.
Ac vbi
Adami lapſu, corruptus orbis primo natalium Redemptoris die ſub
decurſum Sabbathi & Anni Milleſimi, Sexcenteſimi,
Quadringenteſimi Noni,
Reparari cœpit.
Eadem luce Adamus Kazanouius Annos ſuos à Creatore 50.
complens ordinatos, nomen ſuum & vitam.
In nouam Gazam cœlorum.
Magnũm dolorem chariſsimæ Elizabethæ Sluſzczanka Conſorti ſuæ,
Amicis & cunctis Patriæ Ciuibus in terris relinquens,
Tranſportauit.
Cinerum & memoriæ particeps, quiſquis es, precare requiem,
Et tibi habeas ſalutem & felicitatem.
Violator autem vindictam timeas
Omnipotentis Dei.

D. O. M.

Valentino Roſario Crac. I. V. D. ac Regio Secretario, &c. in ipſo gloriæ curſu maximaque de ſe expectatione, immatura morte prærepto, Anna Mater mœſtiſſima filio chariſs. ac Stan: Med. Doctori, & Ioanni fratri deſideratiſs. non ſine lachrymis P. Vixit annos XXVIII. Menſes II. dies XIX. Obijt Anno M. D. L X X I. IV. Nou.

D O. M.

IOANNES ZMIIEWSKI,
Varſauien. S. Georgij in Arce Gneſnen. Gutſtadienſiſque Canonicus,
Per Ducatum Mazouiæ Officialis Generalis.
Hic vltimam expectat tubam,

Vir priſcæ

Vir priſcæ virtutis & generis,
Par magnis functionibus.
Ab Illuſtriſsimo & Reuerendiſsimo Simone Rudnicki Varminien.
Iacobo Zadzik Cracouien. ac Supremo Regni Cancellario.
Adamo Nowodworſki Poſnanień.
EPISCOPIS.
Iudicatus & adhibitus.
In omni vita ſua integer,
Si cætera laudi deſint,
Vel eo ſolo illuſtris.
Quod inter medios Aulici Oceani Æſtus ac Scopulos,
Quamuis benigni afflarent ſibi Patronorum Fauonij,
Seruitutis Dei in hac Eccleſia,
Si non portu, ſaltim fido littore electo
Fortunæ valedixerit.
Et Chriſtum ferè ex aſſe hæredem ſcripſerit.
Obijt Anno Domini, M. DC. XLVII. die 10. April.
Ætatis ſuæ LXXVII.
Executores Teſtamenti Confratri deſideratiſsimo poſuerunt.

D. O. M.
Genere, Virtute, Doctrina.
Cæteriſque animi & ingenij dotibus ornatus.
Reuerendus Andreas Koſſacki,
Sereniſſimi olim Sigiſmundi Auguſti Regis Secretarius.
Varſauień. Decanus, & Minſcenſis Plebanus,
Vir pietate, humanitate, & morum grauitate inſignis.
Ab omni ambitione alienus,
Sacris addictus.
In cultu Dei piè confectus,
Omnibus gratus & iucundus,
Poſtea quam egiſſet annum,
Et 1609. vitam cum morte commutaſſet.
In hoc monumentum, quod ſibi viuens parauerat,
Ab Amicis & Executoribus ſuis, non ſine
lachrymis illatus eſt.

D. O. M.

D. O. M.

Scimus, quòd Redemptor noſter viuit, & in nouiſſimo die de terra reſurrecturi ſumus, & rurſum circumdabimur pelle noſtra, & in carne noſtra videbimus Deum Saluatorem noſtrum, quem viſuri ſumus nos ipſi, & oculi noſtri conſpecturi ſunt, & non alij, repoſita eſt hæc ſpes in ſinu noſtro. *Iob. Cap. xix.*

Reuerendiſſimus in Chriſto Pater,
Dominus Nicolaus Epiſcopus Vladiſlauień.
Cùm exegiſſet Annum ætatis ſuæ 42.
Die 3. Martij, Anno Chriſti, 1550.
Et Magnificus Dominus Staniſlaus de Podhayce,
Caſtellanus Sendomirienſis,
S. R. M. Marſchalcus.
Et Varſauień. Crepiceń. Lanczkoroneń. Capitaneus.
Qui annum ætatis ſuæ habens 43. die 25. Septemb. in Anno Dñi, 1566.

Fratres Germani,

Viri magnanimi, & de Rege, Req́uepub. optimè meriti.
Acapud exteros etiam ob proprias virtutes egregias claris.
Hic Varſauiæ in vna domo cùm viuere deſijſſent,
Etiam hoc in tumulo poſiti requieſcunt.
Vt quos amor incredibilis dum viuerent ita coniunxerat,
Vt alter ab altero nunquam planè diuelleretur.
Ne fatum quidem in vna ciuitate, & in eiſdem ædibus eos præueniens,
Diuerſis ſepulchris eos conceſſit.
Barbara de Tarnow Coniugi chariſſimo,
Et Nicolaus Wolski, Capitaneus Krzepicen. Patri Patruoq́ue ſuo,
Mœſtiſſimi poſuêre.
Anno D. 1568.

D. O. M.

Piis Manibus.

Magnifici ac Generoſi à Radzymiz Radzyminſki,
Caſtrorum Regni Præfecti Generalis.
Liuenſis, Dybouienſis Capitanei.

Quem

Poſtquam Illuſtriſsimorum Maiorum ſuorum gloriam adæquando, maxima addidiſſet ſpecimina, vt qui ad naturæ præclara decora expolita optimis ſtu-

mis ſtudijs iuuenta, omnium humaniorum virtutum ornamenta a[illegible]ſſet, in re militari, ciuilium turbarum tempore,& Expeditionibus Moſchouiticis inſigni comitatu proprijs ſtipendijs Regiæ Maieſtatis auſpicia & ſigna ſecutus, Regiæ Maieſtatis ſtudium, Patriæ amorem, ex omnibus magnum & fortem animum heroicis factis comprobaſſet, in Aula eiuſdem Maieſtatis pluribus annis ſedulitate, obſequio, fide, Regiæ Maieſtati acceptus, firmitate & humanitate, amabilis omnibus euaſiſſet; Patriæ optimum Ciuem, Regiæ Aulæ decus, Matri chariſsimæ pignus, Amicis ſolatium, mors inuidet & rapit, & in eum, qui nemini vnquam moleſtus fuit, cruento ſæuit interitu. Mater mœſtiſsima,& Frater Adrianus, Capitaneus Liuenſis, amoris & deſiderij poſuerunt monumentum.

Tu qui legis,

Incertos vitæ caſus atque fortunæ ludibria conſidera.
Animam autem Catholicam, piam, manſuetam, voto
ad cœleſtem Patriam proſequere.
Vixit annos 37. obijt 15. Ianuarij, Anno 1621.

DEO, cui omne quod eſt viuit,

Ac virtuti, cui vixit.

Ioannes à Leznice Goſtomski,

Senator Illuſtriſſimus,

A Sereniſſimo Sigiſmundo III. Poloniæ & Sueciæ Rege,
Ob virtutes Heroicas, animi candorem, optimaque in Rempub. ab ineunte ætate merita, præter ſui generis ſplendorem Nobilitatis ſemper patriciæ præſtantiam, ſummis dignitatum Ordinibus, Inowladiſlauienſi, mox Breſtenſi, ac demum Caliſienſi Palatinatu
condecoratus.

Famæ cui vixit.

In tam ſublimi virtutum culmine collocatus, nihil, quod Deo, Eccleſiæ, Reipub. & proximo deberet, omiſit. Eleemoſinarum largitor munificentiſsimus, in Expeditionibus, Moſchouitica, Liuonica, & immunitatis Patriæ defenſione facilè Princeps, in Adminiſtrandis Valecen. Warecen. Capitaneat. Iudex integerrimus.

Gloriæ cui vixit.

Hic Senator grauiſsimus, non ſolùm Ciuis Patriæ ſalutaris, ſuæque Familiæ decus, ſed etiam Catholicæ fidei zelator fortiſsimus, eiuſque veritatis aſſertor conſtantiſsimus, pio ac religioſo animo, omnibus ante exitum Sacramentis munitus, vitam præſentem cum futura cœleſti commutauit. Varſauiæ die xij. Martij, Anno Domini,
M. DC. XXIII. ætatis 47.

D. O. M.

D. O. M.

Ac Memoriæ.

Illustrissimi Domini Felicis Kryski in Drobnia,

Supremi Regni Cancellarij,

Prædecensis Capitanei.

Quem Patricij generis splendor, præstans eruditio, virtutesque Heroicæ ad summos honorum gradus euexerunt. Fuit primo Referendarius, mox Vicecancellarius, denique Cancellarius Regni. Tantis Magistratibus summa cum laude functus, inuidiam virtute vicit, eademque imprimis Serenissimi Sigismundi III. Polon. Sueciæque Regis gratiam ac totius Reipub. amorem sibi conciliauit. Prudens Senator, cautus Consiliarius, Iudex integerrimus, Patriæ salutaris Ciuis, Familiæ suæ decus vnicum. Pius, Catholicus, Catholicæque veritatis assertor constantissimus, pio ac religioso exitu ad cœlestem Patriam migrauit è vita. Varsauiæ 10. Feb. Anno Domini, M. DC. XVIII. ætatis 55.

Venturo viuorum mortuorumq; Iudici,

Et Posthumæ consequentis sæculi posteritati

S A C R V M.

Generosus ac Magnificus D. Valentinus Oszakowski, veteris Prosapiæ eiusdemque virtutis vir, vbi non degenerem ætatem generi annorum 41. priscis egisset & exegisset. Moribus immaturam terris vitam, cœlo maturasset virtutem, contra amicorum omniumque vota, vita defunctus, mortalitatis suæ exuuias hic tantisper deposuit, donec rediuiuus induat immortalitatem.

Quæris, quos titulos habuerit,

Vir bonus.

Hos vita asseruit, Tumulus occultaret,

Coniunx mœstissima Petronella Kleniewska appendit.

Mors æuiternis transcribendis festis hinc extulit.

Anno Partus Virginei, M. DC. XXXIII. Nouembris 26.

Inscriptio tumuli Suysciani.

IESV CHRISTI DEI FILII,

Regis Regum, DEI Exercituum,

GLORIÆ.

Sigiſmundus Tertius Rex Poloniæ & Sueciæ,
Exercitu Moſchouitico ad Cluſsimum cæſo,
Moſcouiæ Metropoli deditione accepta,
Smolenſco Reipublicæ reſtituto.
Baſilio Szuyſki, Magno Duce Moſchouiæ,
Et Fratre eius Demetrio Militiæ Præfecto,
Captiuis iure belli receptis.
Et in Arce Goſtinenſi ſub cuſtodia habitis,
Ibiſque vita functis,
Humanæ ſortis memor,
Oſſa illorum huc deferre.
Et ne ſe regnante etiam hoſtes,
Iniuſteſque Sceptra parantem,
Iuſtis ſepulturaque carerent,
In hoc
A ſe ad publicam poſteritatis memoriam,
Regniſque ſui nomen,
Extructo trophæo,
Deponi iuſſit.
Anno à Partu Virginis, M. DC. XX.
Regnorum Noſtrorum Poloniæ, XXXIII.
Sueciæ XXVI.

Palatinidæ Maſouiæ
Koſſobucii,
Hectonæ Sacrum.
Aridi Patris ſuperfluens filius,
Quod cauta Patris cumulauit cuſtodia,
Hoc præcipiti hæres ſparſit licentia.
Quantùm ille prouidus, tantùm ille deuius,
Suaue vt viuerem, nequam vixi.
Bonis corporis malè vſus, & fortuna, ad interitum meâ,
Fati genus quærendo, ne obtunde Viator,
Neue triſti purpura vndantem
Calcaueris iugulum.

Vach

Vach euax,
Hoc bibendal ſacrum eſt,
Capis ſi lapis.
Vigilat iuſtitia, tu caue proteruia.

D. O. M.

Magnificus Sigiſmundus de Kazanow Kazanowſki,
Sereniſsimo Stephano in iuuentutis flore miles & Aulicus.
Sigiſmundo III. cohortium & agminum Ductor,
Kokenhauſen. & Mukarouienſis Capitaneus.
Vladiſlao demùm IV. Regibus Pol.
Vixit.
Et huic quidem virtutum ac artis bellicæ,
A Patre conſtitutus inſtitutor,
Egregiam operam nauauit.
Quo demum Dei voluntate,
Ad Regni gubernacula collocato.
REGNI ARCHICAMERARIVS,
Ab eadem Maieſtate meritorum memore creatus.
Ac Solecenſi, Kłobucenſi Præfectura
Auctus.
Ita poſtquam Hungaricis, Moldauicis, Liuonicis, Valachicis, Prutenicis,
Moſchouiticis bellis manu & conſilio promptus claruſque interfuit.
Hinc
Ad cœleſte regnum euocatus,
Placidè vitam cum morte commutauit.
Varſauiæ, die 13. Auguſti, Anno Chriſti, M. DC. XXXIV.
Ætatis ſuæ LXXI.
Patri deſideratiſſimo,
Adamus tituli Paterni ſucceſſor,
Boriſſouien. Solecen. Kozienicenſiſque Præfectus.
Cum Germano ſuo Staniſlao Croſnen. Præfecto,
Mœſti Filij poſuêre.

D. O. M.

IACO-

IACOBVS DE CASTELLATIIS GIANNOTTI,
Et Veronica à Petardin, Coniuges, hoc ſub ſaxo ſacrum Chriſti Iudicis Tribunal expectant. Vt quibus concors erat Talamus, vnus ſit & Tumulus.

ILLE

Antiqua Caſtellorum Gente in libera Rhetia natus, hunc, qui fidelis obſequij comes eſt, vbique habuit fauorem Principum. Quippè à Sigiſm. III. & Vladiſlao IV. Poloniæ Regibus, inter domeſticos acceptus; à Ferdinando III. Roman: Imper. in numerum S. R. Imp. Nobilium inſertus. Ampla quæque ſperare debuiſſet, niſi vitæ otium quietæ fluctibus tumultuoſæ ambitionis prætuliſſet. Conſul itaque Varſauien. ante omnia id vnum curauit, vt labores manuum ſuarum manducans, Eccleſijs, pupillis, pauperibus, conciuibus, aut beneficio prodeſſet, aut conſilio.

ILLA

Ex vetuſta Petardinorum in Styria propagine Gynæceo, Sereniſsimæ Conſtantiæ Poloniæ Reginæ innutrita, non impares tantæ educationis gerebat animos. Quippè pudicitia inſignis, pietate feruentiſsima, moribus comptiſsima, rei domeſticæ attentiſsima, in ſe oſtendit imbellum etiam ſaxum generoſæ non obeſſe prudentiæ. Obijt II. Non. Iulias, Anno Domini, M. DC. XXXIII. ætatis LXX. Quam ſequutus Maritus, deceſsit xij. Kal. Ianuarias, Anno D. M. DC. XLVIII. ætatis LXVIII.
Mœſti liberi, deſideratiſsimis Parentibus, hoc lapideũ votum contra votum poſuêre.

D. O. M.

Virtute & induſtria quemuis & opes, & honores adipiſci,
STANISLAVS WARSZYCKI,
Et ZOPHIA de Zaleſce,
Coniuges;
Documento ſunt.

ILLE

Militari clarus gloria, ciuiliſque prudentia ita in Aulis Annæ Iagelloniæ, & Sigiſmundi III. Regis Poloniæ verſatus eſt, vt ob inſignia merita Supremus Regni Theſaurarius, & Palatinus Podlachiæ renuntiatus, Varſauien. Cobrinen. Oſiecenſque Præfecturas beneficio & iudicio Principum obtineret.

HÆC

Matronali caſtitate inſignis, Marito Concors, & rei familiaris honeſta induſtria parandæ ſtudioſa optimæ vxoris laudem conſecuta.

VTERQVE

Quam

Quam eximia pietate semper enituerint, structo hoc sacratis Virginibus Templo ostenderunt.

Ambobus

Marito quidem 10. die Aug. Anno D. M. DC. XXIV.

Vita functis.

Executores Testamenti posuerunt.

D. O. M.

IACOBO NVCEO,

Ciui Florentino, qui cùm Germaniam & Poloniam ciuilibus negotijs more Maiorum occupatus peragrauit, ac tandem Crac. Annis vj. magna cum animi deuotione Catholicæ Religionis zelo effectus permanserit, bonorum morum probitatem cunctis illum videntibus præferens, hic Varsau. Anno Domini, 1605. 3. Kalendas Martij, ætatis suæ Anno xxj. nimis præmatura morte præuentus est, vehementi Parentum, Consanguineorum, & Amicorum dolore, Marius de Claro Florentinus Auunculus eius, societate dulci orbatus, mœstiss. monumentũ hoc P. C. Anno quo suprà Cal: Iul.

D. O. M.

Catharinæ de Liszow Kosinskiey, Coniugi suæ charissimæ, Ioannes Zbigneus Ossolinski, Palatinus Podlachiæ, Stanislauouiensis, Dobrzynensisque Capitaneus, monumentum hoc amoris sui integerrimè mœstus posuit, Anno Salutis nostræ, M. DC. VII.

Nobili Ioanni Lobmayero, qui Sereniss imæ Principis ac Dominæ, Dñæ Constantiæ, Poloniæ & Sueciæ Reginæ Cubicularius, Bielscen. & Graboicen. Aduocatus, singularem dexteritatem cum maxima integrita[illegible], indefessam curam cum summa fide in negotijs officijsque sibi commissis semper coniunxit, eoque tenore vitæ morumque quinquaginta duorum annorum, ætatem erga Deum pius, Principem fidus, omnes comis expleuit, & tandem Anno Salutis, M. DC. XXIV. die 10. Nouemb. Varsauiæ obijt. Monumentum hoc mœstiss. Coniunx liberique posuêre.

D. O. M.

Et æternæ memoriæ.

Ioannis Moriconi, Nobilis Lucensis, vitæ ac morum innocentia planè conspicui, quam, dum floret in ipso flore inuentæ, mors improuisa falce demetitur, tumulatur hic 14. April. Anno D. M. DC. XXXI. ingenti Parentum,

rentum, Fratrum, & Amicorum luctu, si possent lachrymæ febrim extinxisse calentem, obrutus hic lachrymis non foret in tumulo.

A. M. D. G.

Siste parùm Viator, & lege.

Te ipsum imitata sunt omnia, sed non hominis.

Vides enim speciem caucaseam, qua texit eodem Sarcophago liberos & Patrem, Generosum Ioannem Rudawski, Secretarium & Notarium Decretorum S. R. M. cum quo satis indigno vultu Libirthina processit, quis ergo cupiat ad credulam spei perplexæ auram Anexos soluere. Hæc enim Vrna est, quæ censum fatalem expedit. Iacet hic suo tumulo, quem pro decore adorauit Patria, subtilis approbauit Italia, laudauit Germania, Vladislaus IV. Potentissimus Poloniæ & Sueciæ Rex, &c. eius ingenij virtutem non comptam colore videbat, Curia cum Iurisperitis Corypheum suum appellabat, egens Patrem, Romanus zelatorem, insons protectorem, agnoscebant. Cæteri prototypon cundarum virtutum mirabantur; lachrymæ vota sunto pia, cùm enim omnes ab initio pares esse natura iussit, sors te eadem Viator & Parca manet: profunda igitur mente vestiga, parce & vale. Obijt Varsauiæ, Anno Domini, 1640. die 27. Nouemb. Ætatis suæ 57. mœstiss. Coniunx cum liberis P. F. DD.

D. O. M.

Nobilis Ioannes Falkowic, Ciuis Varsauien. Notarius Cameræ Salinariæ Varsauien. S. R. M. honesto ac ornato viro, omniqúe virtute conspicuo, Valentino Szewiołko, Ciui & Mercatori Varsau. & Honestæ Barbaræ Cozmina. Parentibus suis charissimis, vnà cum Fratribus & Sororibus posuit. Anno Dñi, M. D. LXXXVIII. Obijt autem Anno ætatis 96. 19. Aprilis.

D. O. M.

Cineribus Illustris & Magnifici Domini Balthasari de Bafor, S. Cæsareæ Maiestatis Rudolphi, Matthiæ, Ferdinandi Consiliarij, Serenis. trium Archiducum Austriæ, Leopoldi & Caroli in Silesia Camerarij. Qui Catholicæ fidei semper constans propugnator, bellorum tempestate, per hæreticam rebellionem in Bohemia primum excitata, ac postea totum per Imperium annis multis sæuiente, ad Serenissimum Sigismundum III. Poloniæ & Sueciæ Regem negotiorum Patriæ suæ causa veniens Varsau. simul adoptatum æternæ quietis portum peruenit. Mortuus anno 1620. die 25. Martij, ætatis suæ anno 64. Christophorus de Bafor Nepos, optimo Patruo hoc monumentum P. C.

D. O. M.

D O M.

QVis fuerit quæris, quo non clementior alter,
Nec pietate pius, nec probitate foret.
Nomen ei Martinus, opes disponere partas
Scit, non esse sua, sed vere cuncta Dei.
Multa Dei in Ædes sacras is munera fecit,
Viuens vt animæ sit memor ipse Deus.
Et si fortè virum, quo sit cognomine dictus,
Scire vis Mireski, est de numero Ciuium.
Moribus vxor eius persimilis Hedwigis, æquis
His mortis requies, hæc erit Vrna breuis.
Anno Domini, 1611. die 19. Augusti.

D. O. M.

VIATOR,

Si moraris, mireris.

ADRIANVS RADZYMINSKI,

Capitaneus Liueń.

Hic situs sum.

Si genus à me quæris,

Illustrissimorum Heroum longam seriem traxi.

Si virtutem,

Maiorum gloriam adæquando, maxima eius specimina edidi.

Si merita,

Germaniam, Belgium, Galliam postquam peragrassem,
Tibi Patria, tibi Princeps, reliquum vitæ meæ consecraueram.
Nisi mors immatura præcipiti fato omnia prostrasset,
Quidquid tamen ex ea concessum fuerat,
Nec opibus, nec sanguini parcens, vobis omnia impendi.
A quibus dum summa sperare incipio,

Nunc spirare iubeor.

O res mortalium breues!

Eheu spes fallaces!

Trigesimo quinto ætatis anno medium expleto, omnia desero.

HOSPES,

En adhuc ætas mihi viuida iuuentus florens, robur animi inuictum, naturæ dotes, & quidquid in iuuene desiderare potes, eximium, Principi fidelis, in Patria Ciuis paratus, in exercitu miles strenuus, molestus nemini, carus

omnibus, domi foriſque virtutibus ornatus, vixi amicorum amor, fideliſſimæ vxoris ſolatium, ſuorum deliciæ, præmiſſo chariſsimo fratre, & ipſo vix viro temporalem breui tempore vitam in æternam tranſmutante, dumque ijs omnibus prodeſſe ſtudeo, eſſe deſino.

VALE.

Et Pijs Manibus male precare caueto.

Hoc mihi deſiderij ergò mœſtiſſima Coniunx poſuit.

Natus 7. Septemb. Anno Dñi, M. D. XCV. Obijt M. DC. XXX.

Generoſo Ioanni Ruſiecki, Hæredi in Ruſiec & Zabieniec, Theſaurario Terræ Varſauien. Gentis ac Domus auitæ, ſplendor nobilis virtute ingenita, ac morte laudabiliſs. Catholiciſsimo, pacis amanti, cum hoſtibus pro Patria ſtrenuè pugnati, ob idque Viator chariſsime, è terris ad cœlos euocato. Anno ætatis ſuæ 42. Salutis humanæ, 1615. 25. Nouembris. Generoſa Zophia Bielinska de Czeklino, mœſtiſsima Coniunx, hoc inſigne figendum curauit.

D. O. M.

Pijs Manibus, & æternæ memoriæ.

Illuſtriſs. ac Magnifici Domini, D. Pauli de Drobin Kryſki.

Kouelenſis, &c. Capitanei.

Cuius Generoſus animus, virtute heroica, & Illuſtris ac Magnifici Parentis, D. Felicis in Drobin Kryski, Supremi Regni Cancellarij, præclarè geſtis innutritus, ætatis florem in ampliſsimas ſpes Patriæ pignorauerat. Sciētiæ comparandæ auidum, in Italiam, Hiſpaniam, Belgium, aliaſque regiones exteras tranſmiſerat, ad meritum Sereniſsimi Sigiſmundi III. amorem extulerat, & inter Aulicos tranſcripſerat, mors inuida, funeſtam inijciens dexteram, lethifero prævalente morbo, ad fælicem Patriæ natum ſalutem, merente Matre Illuſtriſsima D. Zophia in Lubien Kryska, ſuſtulit. Anno Salutis humanæ, M. DC. XXIV. 7. Septemb. vitæ ſuæ curſum, anno ætatis 25. cùm piè Chriſtianeque præegiſſet.

D. O. M.

Siſte Viator, lege, & luge.

Magnificus Dominus Ioannes de Obory Leſniowolski,

Sereniſsimi Vladiſlai IV. Poloniæ Regis Cubicularius, Aulicus,

Hic ſitus eſt.

Primos is adoleſcentiæ annos literarum ſtudijs impendit; iuuenilem ætatem in ſeruitijs Aulæ excoluit: ſplendorem Comitatus Sereniſsimi Principis Caſimiri, Sacram Reginalem Maieſtatem ex Auſtria deducentis ſua

pra ſentia

præsentia auxit. Tandem relicto Aulæ tumultu, cum ducta in Coniugem Eua Bykowska, Vexilliferi Gostinen. filia, vitam tranquiliorem maturè quæreret & quietem, æternum otium immatura mors fecit. Obijt, à febris malignitate extinctus, 27. Nouemb. Anno Domini, 1641. vno in matrimonio expleto, anno ætatis suæ 24.

D. O. M.

Piisque Manibus.

Illustris ac Magnifici Staniſlai à Glew Lasocki.

Primum Malogosten. demum Czernen. Castellanatus dignitate functi, Sereniſsimo Sigiſmundo III. Regi, ob virtutes, quibus vel tunc maximè, dum expeditio publica contra immaniſsimum Christiani Nominis hostem peragitur, alijs præluxit apprimè clari. Orthodoxæ fidei propugnatoris acerrimi, Senatoris prudentiſsimi, in consilijs salutaribus Reipub. dandis cautiſsimi, Iudiciorum, tam ad causas S. R. M. quàm Tribunalis Regni Generalium, scrutatoris integerrimi; Familiæ suæ columnæ ac decoris vnici, summæque expectationis Ciuis Patriæ salutaris, è viuis in medio vitæ suæ cursu migrantis, Illustris ac Magnifica Zophia à Bukowno, Coniunx mœstiſsima, hocce mœroris sui signum figendum curauit, qui Varsauiæ 19. Feb. Anno 1621. ætatis suæ 45. non obijt & abijt.

D. O. M.

VIATOR,

Hic terminus viæ, & vitæ breuis,
Longis & immenſis laboribus.
Parta scientia, rebus quàm fortiter, tam prudenter gestis.
Religioni, Patriæ, amicis, totique Reipub. vtiliſsimus,
Dictis factiſque magnus,
Quem hic terra tegit.
Nobilis ac Generosus Paulus Casimirus Gzowski,
Dapifer Rozanenſis,
Notarius Castren. Posnanien.
Capitaneus Godzionenſis,
Ac S.R.M. Secretarius.
Quem ad Comitia Regni Nuncij Terrestris officio functum mors secuta est.
Qui iam portum æternitatis assecutus.
In spe melioris vitæ tulit præmia laborum,
Lætitia sese comitante noua.
Ætatis suæ anno 45. Salutis 1645. 23. April.

Huic Coniunx mœstissima de Granocin,
Cum cæteris Amicis hunc fletus locum prosecutis,
Has lachrymas, has tristes notas
Optatissimo viro reliquit.

Stanislaus filius Dux Masouiæ, Matri suæ merentissimæ, cum amaro dolore posuit.

Qualis erat Thomirisq́ suæ Cleopatraq́ Ceti,
Qualis Amasonio Pantasilea solo.
Talis erat fœcunda tibi Masouia tellus.
Anna Radiuiliæ gloria magna Domus.
Conrado quæ nupta Duci fatisq́ soluta,
Sorte quidem vidua, corde virilis erat.
Commoda natorum tutrix, laus maxima Regni,
Turbarum domitrix, quæ patuêre domi.
Splendida deliciæ vita tot sumptibus acta,
Multa auxit, multas & cumulauit opes.
Immatura quidem summi sed præscia fati,
Extremum clausit ritè parata diem.
Sit tibi terra leuis Princeps dignissima, quando
Commendat nomen vitaq́ morsq́ tuum.

Vixit 46. annos, Anno Domini, M. D. XXII. die 16. Martij è viuis secessit.

Christo hominum Saluatori Deo,
Matri Virgini,
Diuis omnibus Cœlitibus.
STANISLAI IELITOWSKI,
Non morituræ memoriæ.
Qui inculpatus vita Sacerdos,
Ecclesiæ Calissiensis dignus Canonicus,
Doctrina I. V. D.
Morum disciplinæ, apud Sigismundum III. Poloniæ & Sueciæ Regem, Nobilis iuuentæ sedulus institutor, cunctis amabilis, cœlo desiderabilis, exacto ætatis suæ 49. morbo ingraescente, Aula è vita defunctus meliori perpetuæ inscriptus cœlesti xj. Februarij,
Anno Domini, 1618.

D. O. M.

D. O. M.

HELISABETHÆ MACIEIOWSKA,
Bernardi Macieiowſki, Caſtellani Lublin. Coniugi.
Sereniſſimæ Annæ Iagelloniæ
Infantis primum.
Poſt Pol: Reg. Domus Præfectæ,
Lectiſſimæ, conſpicuæ, omnibus charæ,
Nemini vnquam in Aulis moleſtæ.
Patre de Kamieniec, Matre de Oleſko oriundæ.
BERNARDVS MACIEIOWSKI,
Defixo in Moſchouia victa, Regni Vexillo, flammis aulicæ ambitionis reſtrictis, Sacerdos Roma rediens, tunc Varſauiæ Decanus Matri ſuæ poſuit.

IOANNES DZIERZGOWSKI,
Palatinus & Vicegerens Mazouiæ,
Capitaneus Varſauienſis & Louicenſis,
Dorotheæ à Sobotha,
Coniugi charæ poſuit.

CVius perpetuam paſſim fert gloria famam,
Illius hoc recubat corpus in iſto ſolo.
Quod quoniam fuerat terræ de partibus ortum
In terram rediit iure proinde ſuam.
Maxima fortunæ commiſit munera famæ,
Quæ meritis ſemper viuet in orbe ſuis.
Mens æterna capit cœleſtis gaudia vitæ,
Nam coluit ſummum cum pietate Deum.

Obijt Annno M. D. XLVIII. die 26. Auguſti.

Viuere dum licuit, laudes tibi Chriſte canebam,
Poſt fata vt liceat, regna tenere poli.

Adam Pilichowſki Epiſcopus Chelmenſius Reginæ Bonæ Sforziæ Primo Secret: tandem Regibus Auguſto Iagelloni Pacifico multarum Eccleſiarum Prælatus Podlachiæ Refferendarius Stephano Bathoreo belligerenti Opt: Max: Senator, Patriæ ſuis imo ordini Eccleſiaſtico ornamentum, ægregiè rebus auctis ſibi morituro Poſuit.

In Tu-

In Tumulum Nobilis ac Generosi Domini Staniſlai
de Morawice Morawicki,
De Domo Topory.

Morauicius hoc iacet ſepulchro, antiqui generis Domus Topori: caſtus corpore, caſtiore mente, felix ingenio, manuque fortis, qui victricibus hoſtium phalanges multorum, toties fugauit armis, quando magnanimum Polonæ Terræ Palatinum habuit Siradien. Łaſcium cognomine. Łaſcij voluptas Morauicius externas circuiuit gentes, & varios notauit alienos mores, & varias ab ore voces, doctus ſuadere liberè & modeſtè, ſic Morauicius currens per orbem virtutis fidei, Trophæa digna Diuorum petijt locos beatos. Obijt Anno Domini, 1618. 23. Iulij, ætatis ſuæ anno 66.

Perilluſtri Familia nato Magnifico Matthiæ Woyna,
Curiæ M. D. Lith. Theſaurario & Notario.
Qui Principibus ſuis,
Diuo Stephano, & Sigiſmundo III. Reg. Pol.
Ob fidem probatam carus,
Et ideò auctus honoribus.
Hic quieſcit.
HVIC
Eliſabeth Gosławia,
Coniunx deſideratiſſima,
Monumentum hoc non ſine lachrymis poſuit.
Obijt Varſauiæ 3. Nonas Iunij, Anno Dñi, 1606. ætatis ſuæ 54.

In Nomine Domini.
D. O. M.
Et Poſthumæ memoriæ
Generoſi D. Staniſlai de Głoſkow Głoſkowſki,
Animæ Nobilitatis genere illuſtri,
Religione in Deum, amore in Patriam integerrimi.
Quem in primo flore Iuuentæ, Hungaria mortis pugillem ſalutauit.
Maturiorem Aula quinque Sereniſs. Regum
Auguſti, Stephani, Henrici, Sigiſmundi III. nec non Vladiſlai IV.
Suis obſequijs deuouit,
Et in hoc negotio quinquaginta annis detinuit.
Tandem mente

Ex templo

Ex templo virtutis ad Templum honoris deductum coronârunt.
Ille Dapiferi & Tribuni militum Czerscen. Pincernæque
Varsauiensis munere dextrè functus.
Et multis honoribus auctus est.

HEVS,

Dum sic emeritus viuit,
Inuidæ Lachesis vltimam diem claudit,
Et filio Ludouico squalorem reliquit.
Qui hæc iusta amantissimo Parenti persoluit.
Obijt Anno Domini, 1638. 18. April. ætatis suæ 84.

Deo Trino & Vni Sacrum,
Virtuti ac memoriæ æternæ.
Hic iacet Thomas Turski,
Natus genere, clarus virtute.

Si de genere.

Stemmata quid faciunt, quid prodest Pontice longo
Sanguine censeri, pictos ostendere vultus
Maiorum, & stantes in curribus Æmilianos,
Tota licet veteres exornent vndique cera.
Atria, Nobilitas sola est, atque vnica virtus.

Si de virtute.

Virtus autem etsi morietur quis, non interit,
Sed viuit corpore non amplius extante.
Hæc quicunque leges, non aspernabere fari,
Talis vita tibi, qualia vota Thomæ.

Vixit anno 36. obijt 24. Octobris, Anno Domini, 1642.

D. O. M.
Nobilis Christophorus Baranowski,
Generosorum Alberti Baranowski, Tribuni Parcouien.
Et Zophiæ de Cieciszew,
Coniugum
FILIVS.

Artibus ingenuis tenera exculta ætate, dum aulicæ quoq; cupit degustare rudimenta cordiali affectus vulnere, Varsauiæ in ipso iuuenili flore moritur 16.

tur 16. Martij. Anno 1626. ætatis verò ſuæ 18. cùm mœſti Parentes omnem ſuam de eo acceptam ſpem, & quidquid mortalitatis habuit, hic depoſuit, atque hoc perpetui in eum amoris monumentum effigiauere, oretur pro eo.

D. O. M.

MARTINVS ZAREMBA,

Capitaneus Grabouienſis,

Aulicus Regius.

Claris ac vetuſtis Maiorum imaginibus illuſtris.

Cum domi foriſq; adoleſcentiam literis, mores virtutibus, prudentiam rerum ac linguarum cognitione excoluiſſet. Cum res & familiam Coniugio affinitate poſteris ſi quid in humanis ſtabile eſſet, ſtabiliuiſſet. Cum honores multo honore ingreſſus fuiſſet & nouis dignitatibus aditum paraſſet, cum famam, ſpem, merita, publicæ expectationi approbaſſet. Præter expectationem à morbi pertinacia oppreſſus, in ipſo iuuentæ flore extinctus, ſqualorem deſiderij vinctam orbitatem vxori, ſorori, fratri, filio reliquit die 17. Ianuarij. Anno ætatis 30. Chriſti 1635.

Magnificus Dominus Gaſparus Kłodzinſki,

Caſtellanus Vitogrodień.

Płocenſis, &c. Capitaneus.

Ab ineunte ætate peragratis quatuor exteris nationibus, primum obſequijs Sereniſsimi Romanor: Imperatoris Ferdinandi deditus, poſt in Patriam ſuam reuerſus, quatuor Pol: Regibus, Sigiſmundo, Auguſto, in præfectura ſtabuli, Henrico Valeſio in Aulicis obſequijs, poſt Stephano Bathoreo in expeditione totius belli Moſchouitici, ſuis ſumptibus miles, demum Sigiſmundo III. in regenda Senatoria dignitate, à quo in eandem erat adoptatus, præclara & egregia præſtita opera tandem reliquum vitæ in pijs operibus, præcipuè verò in ditandis Eccleſijs agens, non minus virtutibus quam ætate maturus, lento morbo in Domino occubuit. Anno Domini, 1603. 18. Decembr: ætatis verò ſuæ 70.

Piæ atque æuiternæ memoriæ,

Nobilis ac Generoſi Domini Ioannis de Gorcze Zdziarſki,

Cuius ſi nobilitas quæritur.

Ex Gente auita præclaraque Gozdauiorum accepta origine, ſed à Lelio Gentilitio inſigni multarum dignitatum: Eccleſiarum ac publicarum pluſquam antiquo candore niteſcente, participauit excellentiam.

Si vita & virtus.

Huius

Huius egregia iuuenilis indoles honestis exculta moribus & disciplinis maturiori ætati maiora virtutum & factorum Heroicorum incrementa reliquit.

Si fatum læthum.

Huic mors, nemini scia parcere, mortifera tela occulte parauit, & sine matura ætate sustulit, sed pietati Catholicæ minimè obfuit, nam Sacramentis munitus, licet satis ad omnia quæque summa & optima natus, ad meliorem vitam & statum beatiorem transijt.

C V I

Fraternus amor hoc perenne Memnosynon ad Ecclesiam D. Annæ posuit Varsauiæ Anno Domini, 1643.

In Columna Varsauiensi.

Honori & Pietati
Sacrum.
Statuam hanc
SIGISMVNDO III.
VLADISLAVS IV.
Natura, amore, genio,
FILIVS.
Electione, serie, felicitate,
Successor.
Voto, animo, cultu,
Gratus.
PATRI PATRIÆ,
Parenti optime merito,
Anno Domini, M. DC. XLIII.
Poni iussit.
Cui iam
Gloria Trophæum,
Posteritas gratitudinem,
Æternitas monumentum
Posuit aut debet.

In secunda facie.

SIGISMVNDVS III
Liberis suffragiis.
Poloniæ
Hæreditate, successione, iure,
Sueciæ Rex.
Pacis studijs gloriaque
Inter Reges primus,
Bello & victoriis
Nemini secundus.
MOSCHORVM
Ducibus, Metropoli, Prouincijs,
Captis.
Exercitibus profligatis,
Smolensco recuperato.
Turcica Potentia
Ad Chocimum refracta,
Quadraginta quatuor annis
Regno impensis.
Quadragesimus quartus
Ipse in Regia serie
Omnium æquauit,
Aut iunxit gloriam.

In tertia facie.

Sic cœlo, sic terris.
SIGISMVNDVS III.
Pietate insignis & armis,
Geminæ gloriæ merito
Se se approbauit.

Hinc

Hinc Gladium,
Inde Crucem,
Tam forti quàm pia manu
Tenet.
Illo pugnauit,
In hoc ſigno vicit,
Sub hoc inſigni vixit.
Securus, inuictus, felix.
Nunc felicitate
Quam terris dedit,
Glorioſus
Quam cœlo meruit,
Beatus.

In quarta facie.

Non Statua erigitur,
Nec cæſo gloria monte,
Fulta SIGISMVMDI,
Mons erat ipſe ſibi,
Nec fulgorem auro
Robur neque ſumit ab ære.
Auro fulgidior,
Firmior ære fuit.
Anno Domini, 1644.

LEOPOLIENSIA.

In Porta Halicienſi.

STEPHANVS WAIIWODA MOLDAVIÆ.
Vir militiæ gnarus, acer, immemor fidei præſtitæ, cùm XL. Turcarum &

Tartarorum millibus hostiliter Leopolim ipso die Diuo Seruatio sacro aggressus est, spe tamen potiundæ vrbis frustratus, Deo Saluatore nostro terrente & auertente, postridie summo mane obsidionem soluit, Anno Domini, M. CD. XC. VIII. & vlterius procedens, Premisliam, Iauorouiam, Radymno & Kanczugam, ferro & igne depopulatus est.

In Porta Cracouiensi.

Sanctæ Annæ, SS. V. M. Dominæ nostræ, Parenti, grata memoria, quæ intercessione sua mirabilem Tartarorum impetum ab hac vrbe ipso sibi sacro die auertit. Anno D. M. D. XXIV.

Ad Statuam Bernardini Wilczek, Archiepiscopi Leopolien.

IN BASILICA METROPOLITANA.

Non nobis Domine non nobis, sed Nomini tuo da gloriam.
Rosarum rosa, & tu Patrum dignissime Præsul
Hac sub mole iaces, spiritus astra tenet.
Ora pro Patre pio quisque Viator.

Reuerendissimus in Christo Pater,
Dominus Petrus Starzechowski,
Archiepiscopus Leopolien.
Vir moribus ac ætate maturus.
Annos agens LXXX. ex hac vita migrauit,
Anno Domini, 1554. Die 1. Octobris,
In eo sepulchro positus.
Oretur pro eo.

Ab auditione mala non timebit.

Ioannes Demetrius Solikowski à Solki,
Archiepiscopus Leopolien.
Religione, pietate, sanctitate, viris Apostolicis par.

In Ec-

In Ecclesia Pastor zelosissimus, laboriosissimus, fidelissimus,
In Repub. Senator prudentissimus, integerr. fortiss.
Ingenij & literarum elegantia cultissimus,
In summa comitate grauissimus.
In pauperes effusissimus,
In omnes humanissimus.
Sub Rege Sigismundo Augusto iuuentam exercuit.
Henrico fuit charissimus,
A Stephano Archiepiscopus factus,
Apud Sigismundum III. authoritate polluit.
Eo Præsule Episcopi Ruthenorum ad obedientiam Ecclesiæ Romanæ redierunt.
Hæreses innumeræ extirpatæ sunt.
Templa multa de nouo erecta, plurima reconciliata.
Legationes pro Repub XXIV obijt.
Liuoniam reformauit.
Mortuus est Anno Dñi, M DC III Die 27. Iunij,
Ætatis suæ LXXIV. Sedit annos XX.
Memoria eius in benedictione.

Nil firmum tibi, nil putes Viator,
Mansurum situs hunc monet sepulchrũ.

Ioannes Andreas Prochnicki de Prochnik,
Vetusta Ducum de Bibel Origine,
Archiepisc. Leopolien.

Pietate, atque vitæ integritate, singulariſque eruditionis elegantia,
Tum in Patria, tum in exteris nationibus illustris.
Apud Philippum III. Regem Catholicum, Sigismundi III. Poloniæ & Sueciæ Regis munere perfunctus, egregium industriæ prudentiaque specimen dedit: Ecclesiæ Camenecensi Episcopus, multa ornamenta contulit, inde ad Archiepiscopatum Leopol. assumptus, Metropolis suæ in summa rerum & temporum perturbatione præclara liberalitatis monimenta & decora relinquens, hic receptaculum corporis sui post funera elegit, & marmore hoc viuens decorauit. Anno Domini, 1630. die 15. Mensis Feb. Obijt die 13. Mensis Maij, Anno Domini, M. DC. XXXIII. Archiep. XIX. Ætatis suæ LXXIX.

Sigismundus Ligęza à Borek, Pocillator Regni, Lwouien. Krzepicen. Tyssouien. &c. Capitaneus, vir natalium splendore, & multis præclaris virtutibus conspicuus, post exolutum huius naturæ debitum, cum magno

suorum

ſuorum deſiderio hic poſitus eſt, cùm Annos vitæ ſuæ XLIV. feliciter finiuiſſet, Anno à Chriſto Nato Saluatore noſtro, M. D. LIX.

Staniſlaus de Zołkiew, Palatinus Ruſſiæ, cùm multis egregijſque pace & bello meritis, ſummam in Rempub. fidem ac ſtudium probaſſet, multarumque pro ea acierum certamina abſque vlla offenſione ſubiens, ſuperſtes claruiſſet, tandem plenus dierum, Anno ætatis ſuæ LXVIII. Fatis conceſſit die 25. Iulij, Anno Chriſti, M. D. LXXXVIII. Oretur pro eo.

Generoſo Domino Adamo Siemuſzewſki de Siemuſzowa,
Capit: Leopol. Terrarum Ruſsiæ Generali ſurrogato,
Viro religione, genere vitæ, ingenti.
Grauitate morum, prudentia, ſummo conſilio, totiuſque Ordinis Equeſtris amore inſigni & claro.
Vxor inconſolabilis, mœſtiſſimique liberi PP.
Obijt Lublini, ſummo cum Regis deſiderio, & totius illius Conuentus dolore, cùm ibi Nuntium Terreſtrem Leopol. ageret, Anno Domini, 1564. die 6. Feb. ætatis verò ſuæ 46.

Reuerendus Dominus Thomas Pirawſki.
Dei Gratia, & ſingulari Illuſtriſsimi Dñi, D. Ioannis Andreæ Prochnicij,
Archiep: Leop. fauore & promotione,
Epiſcopus Nicopolien.
Suffraganeus Primus Leopolienſis,
Idemque Decanus & Officialis Generalis.
Præclaris naturæ, præclarioribus animi inſignis dotibus, plenus honorum, maturus vitæ, dies virtutum obdormiuit in Domino, Anno D. M. DC. XXV. Pridie Kal. Maij, ætatis ſuæ LXI.
Lector Vale.
Defuncti Manibus benè precare,
Et memor vade, lege nos natos eadem.

In Altari ad ſepulchrum eiuſdem.

D. O. M.
SANCTISSIMÆ VIRGINI,
DIVIS

DIVIS
Thomæ Didymo Apostolico,
Thomæ Canthuariensi Martyri,
Thomæ Aquinati Confessori.
Thomas Pirawski, Tutellaribus suis dedicauit, ac dotauit.
Anno Domini, M. DC. X.

Dies extremus æternitatis.

IOANNES ZAMOYSKI
GRIMALIVS,
Vir ad omnia summa natus.
Optimis artibus moribusque instructus,
Plurimis Legationibus dexterrimè functus.
De Regno Regibusque optimè meritus.
Ex Abbatia Plocensi (quo se iam vitæ quietioris abdiderat gratia) in Archiepiscopatum Leopoliensem pænè extractus, Ecclesiæ huius decennio gloriosè præfuit, cui permultis monumentis eximiæ liberalitatis relictis, exuit mortalitatem, 5. April. Anno Salutis, 1514.
Ætatis suæ 71.

Hic iacet insignis Præsul, Magnusq; Senator,
Grimalia de Gente Zamoscius ille Ioannes.
Simplicibus gaudens, vitij hostis amator honesti,
Exiguo diues, sine luctu largus in omnes.
Cuius vitæ fuit pietas, prudentia, candor,
Morte nihil præter corpus mortale peremptum.

O mortalium lugenda conditio, quæ cùm sit exul à Patria in via.

NOBILIS VALENTINVS BAKOWSKI,
Puer artibus excultus, adolescens dexteritate, Illustrissimo olim Ioanni Demetrio Solikowski, Archiep: Leopolien multùm charus, vir bellica virtute Moschouiæ probatus, Christiana liberalitate in Ecclesias diues, munificus, quicquid mortalitatis habuit, in hoc tumulo deposuit. Anno Domini, 1617. die 9. Nouembris. Ætatis suæ anno 50.

IOANNI

IOANNI SIENIENSKI,
Archiepiscopo Leopolienſi.

Dic mihi, quo titulo, vel quo ſit nomine dignus
Hic, cuius tumulus nomine corpus habet.
Qui fuit à Sienno claro de Sanguine natus,
Ipſe Ioannes dextra animoq; potens.
Acer in arma, Getas, Moſchum, Turcamq; ferocem
Fudit Obertini, prælia magna tulit.
Qui genitor vidit Natos, Nataſque, Nuruſque,
Diues opum, magnis diues amicitijs.
Qui poſt Caſtellanus erat. Magnuſq; Senator,
Sarmatiæ ex oris vrbs Halicia tuis.
Qui deductus erat grauis hanc Antiſtes in Vrbem,
Miles erat, Pater, & denique Præſul erat.
Aut igitur fælix ſolus, aut fælix denique ipſe,
Si infælix, quæ habuit nonne repugnat id huic.
Ergo fuit minus infælix, quo clauditur omnis,
Mortalis vitæ ſumma nec vltra datur.

PAVLO TARŁONI,
Andreæ Tarlone, ex Familia Gietiniorum, Leopolienſi Signifero,
Ac Catharina de Michow, Parentibus claris, ac vetuſtiſs. Familijs.
Bipennium & Rauitarum orto.
Vrbis Leopolitanæ Archi-Præſuli.
Viro pietate, continentia prædito,
Ac in pauperes liberaliſs.
Qui ineunte ætate literis inſtitutus, Reimilitaris, cuius ſub illud tempus inſignis florebat gloria, primùm ſtudioſè applicauerat,
tandem in ſortem Domini vocatus.
Et per Regem Sigiſmundum Auguſtum ſapientiſs.
Archiepiſc. deſignatus.
Vir innocentia ita excelluit, vt benè piéque viuendi exemplar ab omnibus celebraretur,
Et pro optimo vigilantiſs. gregis ſibi à Domino commiſſi Paſtore veneraretur.
Ac agens ætatis annum 6. ex Nobili ac Patricia huius Regni Familia ad nobiliorem inter Angelos familiam delatus, nobiliſsimam illi iuſto Iudice reddente Coronam, hic ſitus expectat.
Fratres mœſtiſsimi Ioannes Leopol. Nicolaus Premiſlien. Signiferi, & Andreas Tarlones, hoc monumentum Fratri præſtantiſs. poſuêre, Anno Domini, M. D. LXIX. xj. Ianuarij.

Nobi-

Nobiliſsimæ Feminæ Zophiæ Wygnanowska de Choyne.
Venceſlaus Wygnanowski, Canonicus Vicariuſque in Spiritualibus & Officialis Leopolienſis Generalis.
Matri ſuæ chariſsimæ, ob perpetuum amorem, & filialis debitæ obſeruantiæ affectum, hoc poſuit monumentum. Quæ Anno Domini, M. D. LXXII. die 12. Ianuarij è vita exceſsit.

Regi ſæculorum, cui omnia viuunt.

Iacobus Szulc, Auratus Eques, Conſul Leopolienſis,
Vir ingenij amœni, eruditionis adultæ,
Facundiæ comptæ, pietatis effuſæ,
Summis negotijs par, titulis ſuis maior.
Vbiq; maximus, nulli minimus.
Viuus ſe, moriens ſua abdixit,
Huic è curſu ſuo propere rapto,
Patria piam & perennem memoriam, Amici lachrymas, Executores hoc Sacellum cenſu, cultu, choro Sacerdotum, tumuloque ab eo auctum. Anno Chriſtiano, 1643. die 8. Maij, vitæ 53. in breue dedere.
Qui ſibi, qui tibi benè vis, benè abi.

Spectabili ac Famato viro,
Domino Staniſlao Scholcz, Senatori Ciuitatis huius.
Et honeſtiſsimæ Coniugi ſuæ Annæ Fryzerownæ, filij filiæque mœſtæ, pietatis ſuæ perpetuæ, erga chariſs. Parentes hoc loco humatos, hoc monumentum poſuerunt. Obijt ille Anno Domini, 1577. Menſ. Iunij. die 29. Hæc verò Anno 1570. 4. Septemb.
Requieſcant in Domino.

Reuerendus Pater Ioannes Herbeſtus, Canonicus & Concionator Leopolienſis, ſub hoc iacet tumulo, cuius anima requieſcat in ſancta pace. Obijt die xvij. Martij, Anno Domini, 1601.

LVCAS KALINSKI,
Epiſcopus Nicopolitanus,
Suffraganeus & Decanus Leopolienſis,
Vetuſta Bipennium Familia,
Præclara in Deum pietate.

Multisque in Ecclesiam hanc Metropolitanam, Capitulum, Monasteria, Hospitalia, munificentiæ monimentis conspicuus, in summa vitæ integritate, Sacerdotalibus atque Episcopalibus munijs studiosè perfunctus, Sacramentis omnibus præmunitus, rebus ex sententia ordinatis lento morbo ad vitæ terminum peruenit, die xv. Maij suum Archiepiscopum tertia die secutus est, Anno Domini, M. DC. XXXIII. ætatis LXVIII. Idem maius Altare in Ecclesia Metropolitana Regali ferè sumptu erexit, subsellia arte sculptoria in minori Choro comparauit, Psalterium decantandum singulis diebus fundauit assignato perpeti censu.

Imus ab hac vita morientes non mora sit, vos
Itis, & mortem tristem gustabitis haustum:
Ibunt sic omnes, & qui nascentur ab illis.

Simon Brzezinensis, Artium Magister, Consul, Catharinæ Smieszkowna, Coniugi suæ charissimæ posuit, quæ mortua est Anno Domini, 1529. Ianuarij, die XXIV.

D O. M.

Generosus Dominus Georgius Magdalenski de Niedzielsko, Patre Ioanne Magdalenski, Vexillifero Terræ Wielunensis, Matre Zophia Siemikowska, Vkrainensi Familia Nobilis. genitus. Qui singulari in Deum cultu, Catholicaque Religione, ob suam reimilitaris bello Moschouitico tempore Serenissimi Regis Poloniæ Stephani Bathorei, sub signis olim Illustris & Magnifici Domini Ioannis Zamoyski, Magni illius Regni Cancell. Supremi Reg. Pol. Ducis operam dedit, tam in armis, quàm in toga reliquum vitæ transiens erga Deum & religionem, pietatem, in Patriam Amicosque, amorem semper præstitit, die 2. April. magno Amicorum mœrore vitam finijt, cui vxor mœsta Generosa Barbara de Wielun. singulare amorē testari volens, monumentum hoc erigi curauit, Anno D. 1614.

Famato Staniflao Hanel Ciui, die xvij. Nouemb. Anno Domini, M. D. LXX. hoc monumentum honesta vxor Zophia P.

Hodie mihi, cras tibi.

D. O. M.

Andreas Madrowic Potrykowski,
Vir cum cæteris ornamentis,
Tum summis honoribus, quibus
In hac vrbe functus est.

Insignis

Insignis
Eruditionis in Græcis & Latinis literis reconditæ, prudentiæ singularis, in rebus agendis feliciſsimæ dexteritatis, eamq; ob cauſam, ſumis, medijs, infimis, omnibus acceptiſsimæ. Obijt ætatis ſuæ anno LVIII. Conſulatus XII. reſtitutæ Salutis, cIↃ DC XIX. die 2. Nouemb. magno omnibus ſui deſiderio relicto, Eua Smieſzkowna, Coniunx mœrentiſsima poſuit.

Staniſlaus Smieſzek, Coniunx Barbara Vrbanowna.

VIator adſta, & quæ fuit ſors noſtra, habe;
Eramus vnanimes, querela vita ſine.
Morati ijſdem moribus concorditer
In ſerijs iociſque mente congrua,
Aduerſa ſi quæ res domi aut ſi quæ foris,
Conſulta conſilia fuêre æqua inuicem.
Medela ergo laboribus Coniunx fuit,
Medela curis ingenij mei æmula.
Modeſtiæ effigies & abſtinentiæ,
Quod ſi quid erratorum in ætate accidit,
Virtutibus culpam facilè redemimus.
Noſtri tamen cauſa ô Amice quiſquis es,
Piaculum fac noxæ pia prece.
Sic tarda contingant tibi fata vltima.
Seu flore iuuenili ſenecta ſeu viues,
Mors iuueni in inſidijs, ſeni pro ianua.

Inſcriptio in frontiſpicio Capellæ Pellionum.

QVid genus aut ſpecies, quid opes, quid fama valebit?
Quando nihil diues, ſed vitam pauper habebit.
Doctus Ariſtoteles cum Socrate Plato tacebit,
Qualis in hac vita fuerit, tunc quiſque videbit.
Noli ſic mundum peccati quærere fundum,
Cur cito cur ſpernis, cùm Pater munera cernis.
Nonne vides mundum miſerum, ac niſi furibundum,
Sub gladio diræ mortis ſemper languendo perire.

Altera Inſcriptio.

LAzarus & diues hæc tibi funeris monimenta,
Diuitias ſperne, ſi non vis mortuus vri.
Indiguit diues ſtillæ, dum ſplendidus ille
Nil miſeris offert, ſed ſummis infima profert.

Diuitiæ reſtant, æternum Tartara preſſant,
Quid nam theſauri, quid copia proderit auri?
Cum peccatores mittentur in inferiores.

Intra Capellam.

HOmini humus principium & finis eſt,
Quotidie ſoluitur hæc gleba terræ.
Corpus noſtrum ſeminatur & moritur,
Vt ſementum virtutis gloriæ immortalis fructum adferat.
Hic depoſitum æternitatis, qui viuis vide
Semen gloriæ, ſpem laborum mirare.
Si gloriam poſcis labora, ſi cupis
Æternitatem, ſtat labore æternitas.

D. O. M.

L*Vcas Awenſtok, & Coniunx Anna ſupremos*
Vt clauſere dies hanc ſubiere domum.
Hic terræ exuuias poſuerunt terra perennes,
Non habitura Deo, ſed repetendo dabit.
Has ſeruat virtuſque, at viuis ſeruijt, auſit,
Ne clauſas vrnas quis temerare cauet.
Felix depoſitum tali cuſtode vocantis,
Iuſſa tubæ vt facias, te mora nulla premet.
Poſt vitæ momentum.
Expectas ſingulos mortales momentum,
Marmore ille non premitur,
Nec opprimitur.
Quem virtus inuidijs fatorum eripuit,
Tumulari neſcit immortalis virtus:
Spirantem inuenies.
Tetris fatorum virtus non clauditur vmbris,
Virtuti viuas, quod premitur cinis eſt.

In tabula Marmorea.

DIc homo, dic vermis, dic vana potentia carnis,
Dic moriture cinis, quid ſine mente fieres.
Quam modicum flores, fragiles ſectaris honores,
Dic vbi carnis honor, dic vbi floris odor.

Eſt breuis

Eſt breuis atque leuis in mundo gloria quæuis,
Quis ſtatus eſt hominis, nonne fauilla cinis.
Nemo diu manſit in culmine, ſed cito tranſit,
Flos viget atque perit, hic homo puluis erit.
Poſt hominem vermis, poſt vermem fertur inermis,
Sic mox & ſubito vertitur omnis homo.
Quæ feciſſe vales in tempore quo morieris,
Quando minus memores mors erit ante fores.
Nocteque dieque mors inſidiatur vbique,
Semper habe memori mente, neceſſe mori.
Quid valet hic mundus, quid gloria, quidué triumphus.
Poſt miſerum funus puluis & vmbra ſumus.
Forma, genus, mores, ſapientia refert honores,
Non retinent hominem referunt in cinerem.
Cùm minimè ſcitis, mors membra reſoluit, & itis,
Itis ad interitum, pergitis ad gemitum.

Honeſto viro Moſtcho, Suburbano Haliceń. Incolæ, & fideliſs. vxori eius Dorotheæ, longum deinceps tempus viduæ, Albertus Leop. Artium & Philoſophiæ Doctor, Maior: Coll: Cracouień. Collega, vnà cum fratre ſuo Luca, Caſtri Zydacouień. Notario, monumentum ſuæ in vtrumque Parentem pietatis mœſti poſuerunt. Quorum animæ in Domino & ſancta pace requieſcant. 1561.

MOrtuus hoc paruo Blaſius requieſco ſepulchro,
Dum vixi magnas temnere doctus opes.
Dorotheæ moriens vxori chara reliqui
Pignora, quæ nec tu deſpice Summe Pater,
Cùm me de terra in ſanctum vocabis Olympum,
Hos vitæ comites Chriſte benigne dato.
Hic ego decumbo poſt triſtia fata recluſa,
Dorothea in Patrio contumulata ſolo.
Omnibus in rebus Blaſio ſociata marito,
Seruaui caſti fœdera ſancta Thori.
Inde diem clauſi ſenio confecta ſupremos,
Quam duxi vitam, mors pia teſtis erat.

COndimur hic Paulus, ſimul Auguſtinus vterque,
Infans Albertus Natus Arwenſtocij:
Mœſtificos planctus chari cohibete Parentes,
His medijs fuerunt effugienda mala.

Obierunt Paulus Anno D. 1616. Auguſtinus Anno D. 1620.

Hoc

Hoc Epitaphium in piam memoriam Famati Pauli Lange Stannifusoris, & Annæ Bonarkowna Consortis eius, Ciuium Leopol. posteri illorum Christophorus Rudlic Aurifaber, Simon Holubkowic Pharmacopola, cũ vxorib⁹ charissimis Agnete & Catharina proprijs impẽsis, amoris ergò exstrui curârunt. In laudem & gloriam Omnipotentis Dei, & animarum ipsorum salutem, Anno Domini, 1619. die 6. Septembris.

In Capella Martini Campiani Consulis Leopolien. Philosophiæ & Medicinæ Doctoris.

I.

Opibus affluentes,
Si quid agimus nostrum,
Si quid habemus alienum,
Opes nobiscum ferre non
Possumus, res egregiè actas,
Opes omnes apud bonos,
Minùs valent vna pietate.

II.

Sani sumus,
Si firmi fuimus,
Sanus viuit,
Qui mortis lucra facit,
Sanum remedium mortis est,
Cogitare sepulturam.

EPITAPHIVM

CHRISTOPHORI SIKORSKI,
Præpositi eiusdem Capellæ.

D. O. M.

Prout Deo placeat,
Memoria floreat.
Suscepit terra sibi in fossa,
Christophori Sacerdotis ossa.

Quie-

Quieſcant hic atque putreſcant,
At Chriſto ſpiritus viuat.
Obijt Anno Domini, 1635. ætatis ſuæ 77. die 14. Octob.

Clariſſimi & Doctiſſimi Pauli Campiani, Med. Conſ.
Leopol. oſſa tribus circulis ornata.

Primus Circulus.
Habet Canem ſupra Vrnam ſtantem.
Gratus animus.
Eſt honor & tumulus, animas placare paternas,
Paruaq́ inextructas munera ferre pyras.

Secundus Circulus.
Detinet auem ſupra Orificium ollæ ſtantem
Vita breuis.
Viuo vna moriorq́ die, qui fata notaſti,
Longa tibi te vna viuere crede die.

Tertius Circulus.
Habet aquilam ſupra Vrnam
Animus æternus.
Cur aquila obſeruas buſtum, mens ceſſit æterna,
Campiani corpus terra Leonis habet.

I.

HOc requieſci iuuat ſaxo condiq́ue ſepulchro,
Extincta vt liceat poſſe redire meæ.

II.

Tertius vt cœlo poſt triſtia Sabbatha cœpit
Irradiare dies, redijt rediuiuus in oras.

III.

Inſimul abſcondis ſimul, at vis Chriſte videri,
Hinc flet te vna quærit amans & habet.

VIATOR
Siſte gradum,
Et quæ ſors mea fuerit intellige.
Staniſlaus Dybouicius Premiſl. Sereniſs. Sigiſmundi III. Regis Poloniæ,& Proce-

Procerum Regni Medicus Physicus, Ciuitatis huius Consul, pauperum & viduarum Patronus, & tutor, huius Altaris Fundator, hoc in tumulo iaceo: qui, dum vitam & consilium alijs darem, ad perennem æternitatem transiens, hic quod in me mortalitatis erat, deposui. Anno Domini, M. DC. XVIII. Die 6. Mensis Aprilis.

Oro dic Deus misereatur animæ.

Liberi mœsti hanc memoriam Parenti suo charissimo posuerunt.

Venerabilis Michaël Wasicki à Kocierzow, Hospitalis S. Spiritus, Vicepræpositus Capellæ huius Altarista, depositis hic mortalitatis exuuijs, vitam sine morte sperat.

Apprecare quisquis eodem aspiras.

Obijt Anno Domini, 1626. die 24. Ianuarij.

Monumentum habes post te pietas,
Virtutis, Gloriæ, Fortunæ.
Non tam literis quàm ossibus,
Triplex illud Numen isto contentum sacrario,
Paulus à Grodziſko Grodzicki,
Armamentarij Regni Præfectus.
Virum vel in cineribus agnoscis,
Quicquid cum Vladislao tunc
Principe, nunc IV Poloniæ Rege,
Moschouitico, Chotinensi, Prussico bello,
Quicquid pro Sigismundo III. Turcica
Legatione.
Quicquid propter Patriam armamentorum Reipub.
Cracouien. Leopolien. Varsauien.
Mariæburnensis, Barensis structura,
Quidquid ad vsum proprium Germani,
Immortali sparserat vbertate,
In hunc collegit tumulum.
Anno Domini, M. DC XIV. die xiv. Decemb.
I nunc quisquis es, & ades,
Fili Regibus, Regno commodi, celebris
Gentilibus, etiam in busto venerare memoriam.
Ita Christophorus Grodzicki,
Gubernator in Chodak,
E sincere Germanitatis affectu
Vouet, cupit, sperat.

D. O. M.

D. O. M.
Et vobis Christi fideles.
Reuerendus Pater Albertus Kosowski,
In omni scientia sine titulis Magnus,
Prisca vitæ sanctimonia,
Ineptiarum nequam huius sæculi censor,
Presbyter ad legem Euangelij compositus,
Frugalis, pius in Deum.
Et ipse conscientiarum arbiter indefessus,
Et duobus Pœnitentiarijs censu optimo institutis,
Salutis suæ primam, vestræ supremam
Curam se gessisse abundè testatus.
Abijt quo emeriti solent.
Anno Noui Testamenti, 1646. die 16. Maij. Anno vitæ 73.

D. O. M.
Illustri & Magnifico Domino, D. Stanislao Lanckorunski de Brzezie,
Palatino Podoliæ,
Capitaneo Płoskorouiensi.

Qui post domestica literarum rudimenta, & prima cunabula, cùm Galliæ primum, deinde Italiæ seuerioribus disciplinis primam ætatem suam excoluisset, eam breui ob excellentiam ingenij palmam tulit, vt à Clemente VIII. Pont: Max. singulare Sarmatiæ decus & ornamentum appellatus sit, & Francorum calculo, ob admirabiles eius virtutes, atque ante annos iudicij maturitatem, Episcopatu, qui eidem offerebatur, dignissimus iudicaretur. Radiabat namque quamuis in cruda adhuc eius & immatura ætate mirificus zelus, in dictis & factis constantia, in moribus comitas, in responsis prudentia, in discursu acumen, in vultu serenitas perpetua, in conuersatione lepos, in dicendo fluens facundia, & ornata oratio, in rebus aduersis fortitudo, in prosperis moderatio, in colendis amicitijs candor, quas veræ ingenuitatis notas, Sereniss. Rex III. Sigismundus in eo suspiciens, non expectata maturiori eius ætate, in Senatorium eundem ordinem cooptauit. Primoque Castell. Halicien. deinde Palat. Podoliæ turbulentissimo tempore fecit, quam mox ille pace cum Valachis constituta, quietam pacatamque reddidit, illustreque dexteritatis suæ in eo negotio conficiendo specimen edidit, sed cùm maiora meditaretur, & pararet, in ipso rerum cursu violenter catharro oppressus, cum graui Reipub. iactura, & summo omnium mœrore, afflictissimæque Coniugis Zophiæ de Zabuchow luctu, diem suum ante iustam diem cùm 30. tantùm & 2. annos vixisset, obijt 5. Kalendas Feb. Anno Domini, M. CD. XVII.

Domine cùm veneris iudicare, noli nos condemnare, ſed eſto propitius nobis peccatoribus.

Clariſs. Parentibus Domino Hepnero Gedanenſi, Hyronis æmulo, Zophiæ Mazankowna, Auis ac Proauis Meſentijs; ex Nobiliſs. Turſorum Familia, Philoſophiæ ac Med. Doct. Paulus Hepner, Conſ. Leop. hoc pietatis monumentum poni curauit, Anno Chriſti, 1634. Kalend: Aprilis.

Gaſpar Schegel Medicus.

Eram, qui mortem oppetij, non in tela, ſed in plagas arte potens fui: hoc meum, quod à me hic mœſtæ Cõiugis Heduig. Con. Leopol probus expreſſit amor, quod ora præſtantium, quod multorum deſideria, quod ſpes mea in Chriſtum feruens, tuæque preces ab interitu vindicant. Obijt Anno Dñi, M.DC. XI. die xviij. Apr. Ætatis ſuæ L I.

O Domine IESV,
Quærens me ſediſti laſſus,
Redemiſti crucem paſſus:
Tantus labor non ſit caſſus.

Honeſtæ Matronæ Annæ Gaſpar. Szulcowna, Spectabilis olim M. Simonis Brzezinen. Conſ. Leopol. Nepti, Ioannes Almpetius, Conſul Leopol. Coniugi chariſs. & benè merenti, fato heu nimis triſti ereptæ, ob ſtrenuè cultam pietatem, rem familiarem natam gnauiter adminiſtratam, vitam concordem, quam annis xxv. ſine vlla querela mecum agens xij. bonæ indolis liberorum Patrem me reliquit, hanc ſine lachrymis gratiam retuli. Anno D. M.DC. XXIII.

Lapis ego hic poſitus teſtis liberalitatis,
Nobilis Laurentij Brzeſzka,
Scholæ huius Metropolitanæ,
Pauperum re & nomine natis,
Quibus viuens præfuit.
Moriens pium teſtatus eſt affectum,
Sanos arte Muſicæ inſtituit,
Ægros ſtype releuauit.

Mortuos

Mortuos tumulo hic extructo sepeliri,
Perpeti fundato censu curauit,
Vos quibus prodesse studuit,
Gratam mentem prece pia functo refundite.
Obijt Anno Dñi, M. DC. XVIII. die 12. Iunij.

Egregij viri Staniſlai Penatij Bucouienſis, Artium & Philoſophiæ Magiſtri, Scholæ huius Rectoris, qui Anno Domini, 1570. die 4. Maij obijt.
Vt gregem tuum Paſtor æterne non deſeras.
Fui quaſi non eſſem tranſlatus ex vtero ad tumulum.
Hodie mihi, cras tibi.

D. O. M.
Et Piis Manibus.
Iacobi Gidelczyk, Med: Doct Conſ Leopol.
Quem ſtudium ſcientem, virtus amabilem,
Honor illuſtrem viuere poſt mortem fecit.
Magno Poloniæ Exercituum Duci Staniſlao Koniecpolſki,
Vnus viſus fuit, cui etiam ſalutem in Caſtris concrederet.
Huius ille Martem cum ſua Pallada conſecutus.
Ciuibus familiaris, Senatu dignus iudicatus.
In quo ſic vixit, vt & ſibi amorem, & officio
Conciliaret reuerentiam.
At dum communem ſalutem aſſiduus proſpicit,
Communem mortem non effugit.
Quique alijs profuit, ſibi conſilio Medicus defuit,
Sacellum hoc in Diuæ Virginis cultum extruens,
Sub illius memoria tumulum ſibi poſuit.
Ratus non alibi melius tumulari poſſe, quàm vbi illa
Oſſa ſuorum cuſtodit.
Obijt Anno Salutis, 1650. ætatis ſuæ 61. die 17. Aug. hora 19.

In Capella Volfouiciana.

In Marmore.

D. O. M.

Honori, Venerationi, Cultui.
Sine labe primigenia conceptæ Dei Matri.
Miserationis aræ, peccatorum asylo, Christianorum, arci Poloniarum
Augustissimæ Præsidi, Reginæ, Principi,
Et integerrimo & fidissimo
Deiparæ Virginis, Sponso Dei hominis nutritio,
IOZEPHO PATRIARCHÆ.
Nec non SS. Ioanni Euangelistæ, & Catharinæ Virginiq; Martyriq́ue
Cliens humillimus,
Nobilis Ioannes Alberti Domagalicz, & Catharinæ Volfouiciæ Coniugum, filius, Causarum verò in Curia Serenis. Vladislai IV. Poloniæ & Sueciæ Regis Aduocatus, ære suo erexit ac dotauit.
Anno Christi, M. DC. XLV. Maij die 16.
Transeuntes, cum Angelo Mariam salutate.

In tabula argentea.

Mariam terribilem, sicut aciem castrorum ordinatam,
Tartari & Cosaci Rebelles senserunt.
Senatus Populusq́ue Leopol. credit, & supplex adorat.
Vrbe ab obsidione soluta, Anno Domini, M. DC. XLVIII.

IOANNES ALMPETIVS,
Satis iam satis flagellis huius mundi trituratus,
Hic in auito sepulchro palcas reliqui.
Anno Domini, M DC.I.
Rex tremendæ maiestatis,
Qui saluandos saluas gratis:
Salua me fons pietatis.
Preces meæ non sunt dignæ,
Sed tu bonus fac benigne:
Ne perenni cremer igne.

In Capella Boimorum.

D. O. M.
Sacellum istud,
Georgius Boim è Pannonia,

Eiurata

Eiurata Hæresi Catholicus factus,
Et Ciuis, & Consul, de hac vrbe bene meritus.
Ære suo, Crucifixo deuouit.
In Cruce Christi viuis Oratorium,
Mortuis conditorium,
Sibi quisque esse voluit.
Obijt ætate sua 81. 22. Septemb. Anno D. M. CD. XVIII.

D. O. M.
Omni tempore diligitur, qui amicus est, pro eo,
Christiane Lector, quod vides Sigismundo Bresleo,
Quem Parens Silesiæ mercata vtilem Russiæ,
Ciuem de 40. vnum Leopoli spectata grauitate,
Probata virtute generum Catholicæ pietati,
Officiosum egenis liberalem cœlo fauente dedit,
Nicolaus Morakowski, Consul Leop.
Spe tui officij & immortalis amicitiæ desiderio, mihi figmento.
Anno Domini, 1611. die 22. Mensis Aug. iam prostrato fingi curauit.

D. O. M.
Hospes Salue,
Petrus Milewski de Milewo,
Capellam à fundamentis erectam & dotatam,
Vnico Filio,
Petro Milewski, Canonico Leopolienſi.
Hoc monumentum sibi
Bustum,
Posteritati
Memoriam.
Viuis exemplum post se reliquit,
Quisquis es qui legis,
Dic, Deus misereatur vtriusque.
Anno Domini, M. DC. XXXIV. Die 1. Decembris.

D. O. M.

D. O. M.

E meritis cineribus Generosi D. Petri Milewski.
Qui cùm primam ætatem suam armato Marti consecrasset,
in Vngaria miles contra Turcam.
Reliquum quod erat vitæ vni pietati intendit,
Cùm Canonicatum esset adeptus.
Et Sacellũ quatuor Mansionarijs cum Præposito in eo fundatis, qui Officium Passionis Christi ferijs sextis in eo decantarent, Ecclesiam Metropol. Leop. ornasset, Nosocomio S. Lazari centum florenorum annuatim census perpetui, Patribus autem Dominicanis, quos primum Iauorouiam introduxerat, 10. millia nomine liberalitatis legasset, dierum & operum bonorum plenus, Dominum sub hac mole expectat.
Deuixit Anno Christi, 1641. 28. Iunij.

Ad Imaginem B. V. MARIÆ.

Protege Virgo Ciuitatem istam,
Et nos habitantes in ea subsidijs pacis:
Vt tuis protecti Mater patrocinijs,
A cunctis liberemur hostium periculis.

IN ECCLESIA CORPORIS CHRISTI
Familiæ PP. Dominicanorum.

Illustris & Magnifica Domina, D. Elisabeth de Zamoscio, eadem edita stirpe cum Ioanne Germano suo Zamoscio, Regni Poloniæ Cancell. & Supremo Exercituum Duce, à quo tum in vniuersam Rempub. maxima ornamenta, cùm in illam summa decoris, & clarissimorum gestorum insignia deriuata, Patrem Stanislaum Zamoscium, Castellanum Chelmensem, Capit. Belzen. habuit, nupta Perillustri & Magnifico Domino, Domino Stanislao Wlodek, Palat. Belzen. Capit: Halicien. Colomyen. religiosissimè vitam transegit, & matura cœlo, terras, & mœstis. Coniugem reliquit. Perenne nomini ipsius monumentum, hanc tabulam Coniugi charissimæ Coniunx charis. DD. C. Q. Obijt Anno Christi, M. D. XCV. vltima Decembris.

Illustris & Magnifica Domina, D. Heduigis Olesnicka, Nobilissima Olesniciorum Gente progenita, virtute illustri ac præcipuè singulari in Deũ & Coniugem amore, ad Heroica Maiorum suorum gesta intendens, animum

musn qua prudentia, qua religione, Germanam se filiam Olesnicki, Annæ Sieniawska, Neptem, Magni Cardinalis illius Zbignei exhibuit. Amorem pariter ac dolorem de optatissimæ suæ Coniugis decessu Perillustris ac Mag. DD. Stanislaus Wlodek, Palat. Belzen. Capit. Halicien. Colomien. est testatus hac argentea tabula, quam superstitum mortalis corporis cinerum memoriam, voluit esse diuturnam. Decessit è viuis Anno Christi, M. DC. XL. die 18. Ianuarij. Non obijt, sed abijt.

Hic sepultus quiescit vir Nobilis Benko, hæres de Zabokruki, qui villam suam Zarudce huic Cœnobio SS. Corporis Christi pio titulo, pro sua suorumque salute, Anno Domini, M. CCCCII. donauit, pro quo, in hoc Sacello, & pro Maioribus, Posterisque eius, die Lunæ sacrificatur.

Mors vitæ contraria, & velocissima,
Cuncta calcat, rapit, consumit, dissoluit.

Melliflue duos Gasparum Gulinsc. Consu: & Dorotheam Coniugem, mutuo se strictim amantes, hic cum sua progenie extinctos coniunxit.

Si credimus IESVM mortuum esse, & resurrexisse, ita etiam Deus eos, qui obdormierint in IESV, adducet cum eo.

In Capella Reliquiarum.

A. L. & G. D. O. M.

Sumptibus Benefactorum, Specialium nostrorum,
Hæc Capella restaurata, His Patronis decorata.
Valentino Hyppolito, Basilioque inclyto:
Antonio, ac Iucundo, Lucillaque furibundo.
Martyrio decessorum, Leopolim allatorum:
A Sanctissimo Vrbano, E Sacrario Romano.
Omnibus hic qui astabunt, Deuotèque postulabunt:
Iuuamen concedetur, Deus tantum inuocetur.

Anno Domini, 1624.

A dextra parte Altaris.

D. O. M.

Sanctissimæ Dei Genitricis Mariæ sum̃æ laudi & honori, suæ suorumque

rumque æternæ salvti, ac perpetuæ memoriæ, Nicolaus Kiſlicius, Leop. Decanus, Zamoſc. L. C. Altare hoc erexit ac fundauit. Anno Domini, M. DC. XV.

Non nobis Domine non nobis, ſed Nomini tuo da gloriam.

A ſiniſtra verò parte eiuſdem Altaris.

Pro gloria Dei Omnipotentis, & in Honorem Beatiſſimæ Virginis Mariæ, & Diui Hyacinthi, Sacellum hoc nouo opere extruxit, & prædio hæreditario Borki dotauit Ioannes Swoſowſki, Terreſtr. Leop. Notarius, Præfectus turmarum militiæ Equeſtris S. R. M. cum Margaretha de Konary Coniuge ſua, pietatis mercedem in cœlo ſperans, poſt fata hic quieturus. Perfectum eſt opus Anno Domini, M. DC. IV. die 10. Octobris.

IN TEMPLO S. CRVCIS.

Iacobus Streporum Nobili Polona Familia,
Primus Halicien. Archiepiſcopus,
Ex Fratre minore Conuentus S. Franciſci,
Anno Domini, 1542. ob præclaras animi dotes aſſumptus.
Eccleſiæ Paſtor,
Regni Cuſtos,
Reipublicæ Senator,
Patriæ ab hoſte propugnator,
Sanctus, fidelis, ardens Heroicis virtutibus.
Laboribus conſumptis, vitam mortalem in cœleſtem A. D. 1411. mutauit.
Hic in Templo S. Crucis apud ſuos Fratres tumulari voluit.
Integer Anno Domini, 1619. die 29. Nouemb. pelle ſua Archiepiſcopali & Inſignijs repertus, in eodem loco decentiùs cum deuotione Anno Domini, 1626. die 20. Octob. ab ijſdem Fratribus depoſitus.

In tabula marmorea.

Hoc Altare, quòd vulgò dicitur *Miſericordiæ*, Famatus Simon Holubkowicz Pharmacopola, Ciuis Leopolien. vnà cum Honeſta Catharina, Conſorte

sorte sua charissima, ad laudem & gloriam Omnipotentis Dei, & animarum suarum salutem, erexit ac fundauit, vt qualibet Hebdomada duæ Missæ celebrarentur, vna pro viuis, altera pro defunctis, perpetuis temporibus, quam fundationem in bonis immobilibus suis, videlicet in propria lapidea antiquitus Pensowska dicta, plateæ Cracouien. cuius Fundationis assecuratio seu inscriptio facta est in Prætorio Leopolienſi, in præsentia Dominorum Consulum Leopol. Anno Domini, 1620. die verò 12. Mensis Augusti.

In tabula argentea prima.

Vni Trino Deo, B. V. Mariæ & S. Antonio de Padua,
Vti Iurium Ciuitatis Leopolienſis Tutelaribus. Senatus
Populusque Leop. dedicauit. Anno Domini, 1636. Mense Ianuario.

In secunda.

D. O. M.

Et Sancto Antonio de Padua Leopolitano Thaumaturgo,
Ingenti Hostium obsidione cincta Leopolis,
Protectionis suæ gratatur Monimentum.
A. M. DC. XLVIII. Mense Octobre.

IN TEMPLO SOCIETATIS IESV

Sanctorum Petri & Pauli.

Supra Portam Templi.

ELISABETH DE LEZIENICE SIENIAWSKA,
Fundatrix ac Benefactrix huius Ecclesiæ.
Olim vxor Procopij Sieniawski Supremi Marschalci R. P.

In tabula argentea.

Diuo Indigeti Staniſlao Kostka, Commilitoni suo peculiari, Ciuitas Leop
à Scythis, Rusisque liberata voto publico obtulit.
Anno Domini 1649.

Ad Statuam equestrem argenteam sub Imagine Crucifixi.

HIC SITVS

Alexander de Rvtwiany Zborowſki,
Quondam Moſchouiæ terror,
Nunc paruus cinis F. P.

IN TEMPLO DIVI ANDREÆ
FF. Bernardinorum.

A. L. D. T. O. M.
Templum hoc Diuo Andreæ dicatum.

Inprimis ab Illuſtriſsimo DD. M. Andrea Odrowaz, Gubernat. Podol. & Capit. Leopol. Anno Domini, M. CCCC. LX. in fundo empto, & à Senatu Ciuitatis Leopol. conceſſo, ex lignis conſtructum, & Fratrib⁹ Minorum S. Franciſci de Obſeruantia, oblatum, per Schiſmaticos Suburbij incolas conflagratum, iterumque per eundem Magnificum reſtauratum ruinis cum Monaſterio proximum, & periculis ex incurſione Tartarorum ſubiectum. Poſtea regnante & fauente Sigiſmundo III. Iagelonio; promouentibus Illuſtriſs. MM. DD. R. D. Ioanne Demetrio Solikowski, Archiepiſc. Leopol. D. Georgio Mniſzek de Magna Konczyce. &c. Palat. Sandomir. Capit: Leop. Sambor. D. Staniſlao Zolkiewski, protunc Caſtell. Leopol. & Campeſtr: Copiarum Ductore, poſt Palat. Kijouien. demum Generali Exercituum Duce, & Supremo Regni Cancell. Capit: Baren. & Commiſſ. S. R. M. Benefactoribus excellen. munificentia Illuſtr: Senat. & Nobilium ſumptu, præcipuè ab inclito milite ampliſs. & Potentiſs. Reg: Polon. qua ex meritis, qua per piè legata ſubminiſtrato fauore S. P. Q. cura atque labore fratrum, ex fundamentis erectum lapide ſecto ædificatum picturis adornatum, muro, vnà cum Conuentu cinctum, & Ciuitati adiunctũ.

TANDEM

Anno Domini, M. DC. XXX. Perilluſtr. & R. DD. Ioannem Andream Prochnicki, Archiepiſc: Leopolien. & Metrop. Ruſsiæ, præſente R. DD. Thoma Pirawski, Epiſc: Nicopol. primo Suffrag. eiuſdem Eccleſiæ Metrop. Dominica III. poſt Paſcha conſecratum eſt.

Nil niſi Diuinum ſtabile, humana labuntur.

Mauſoleum B. Ioannis de Dukla, è marmore rubro ſineeræ magnitudinis eiuſdem Beati detinens perſonam, plurimis votiuis inſignitum tabellis, ſilentio inuoluere non poſſum, cuius B. oſſa à prudentiſs. & ſapientiſs. Collegio Excellen. Medicorum Leopol. reuiſæ, incertum numerum redacta meis oculis vidi, & ijſdem oſculum præbui, quæ cum Caſula in ſcriniolo ſtanneo incluſa, & effigie marmorea à ſculptore marmori indita, eodem contecta hucuſque in eadem Eccleſia obſeruatur.

Admo-

Admodum Reuerendus Ioannes de Corocimouice, Ecclesiæ Arcis Brzezanensis Præpositus, partem sui immortalem, præclaris illustrem virtutibus, ad vitam transferens, mortalitatis exuuias hoc in templo deposuit. Cuius æternæ memoriæ Generosus Martinus defuncti Germanus, Secretarius Regius, testem sui amoris & doloris hoc monumentum sacrauit.

Apprecentur quietem sempiternam.

Qui idem sibi ab alijs fieri desiderant.

Moritur Leopoli die viij. Ianuarij, Anno Domini, 1636.

Aggrauat militiæ labor, quem præmia nulla sequuntur.

Et non intres in iudicium cum seruo tuo Domine, quia non bene iustificatur in conspectu tuo omnis viuens.

Generosus Matthias de Pawlowicze Pawloski, Iastrzęborum Familia.

Genere, pietate, moribus, militia insignis.

Quem innata virtus ad mortem euocauerat, vbi 28. annos in sudore Martio feliciter, qua miles, qua Rothmagister, qua præfectus militum, qua denique Excubiator Castrensis exegisset. Obijt anno ætatis suæ 44. Christi, 1644. die 2. Iulij, Germanus eius Superstes Nicolaus natu maior, amoris ergò monumentum fecit.

Viator.

Dic æternum viuat.

IN TEMPLO B. V. MARIÆ,

Ab Elisabeth visitatæ.

D. O. M.

Ac piis Manibus.

Illustris & Magnifici DD. Hieronymi de Tęczyn Osolinski, Zydacouien. Ianouien. Cap. monumentum ære perennius.

Quem

Pacis ac belli artibus Minerua & Mars sic excoluit, vt ex æquo Ciuis & miles Polonus esset, cùm apud exteros militari prolusisset gloriæ, in natiuum solum promptos detulit ad bella spiritus. Prusico bello maximè demonstrauit, quod sciret Rebelles.

Docta manus decumare Suecos.

Exinde

Candore Conciuium, fide & obsequio Principum, pietate Patriæ cùm

meruisset amorem, & quod paucis euenit, caruisset inuidia, ante annos mors inuida, vitæ non gloriæ illum surripuit. Anno Christi, M. DC. L. Mensis Martij, die vij. ætatis suæ 46.
Mœstissima Coniunx Euphrosina de Goray Czurylowna, mœrentis dimidium cordis sub eodem condidit Sarcophago.

IN TEMPLO ARMENORVM.

In memoriam
Hoc sepulchrum est Rñdi Patris Stephani, Patriarchæ Maioris Armeniæ, qui Romæ fuit, & adueniens Leop. animam suam Deo tradidit, Anno Domini, 1551. die 14. Ianuarij, Iulio Secundo Pontifici Max: reddidit obedientiam.

Supra Portam Armamentarij.

Auspicijs curaque Regia,
Sereniſſimi Vladislai IV.
Poloniæ & Sueciæ Regis Potentiſſimi,
Reique publicæ Polonæ
Studio, ordinatione, sumptibus,
Armamentarium hoc
Cum nouo machinarum bellicarum apparatu,
A fundamentis erectum est. Anno Salutis, 1639.

Ad Statuam D. Michaelis Archangeli.

Armorum Princeps Michael,
Tibi fulmina belli
Rex Vladislaus dedicat.

Intus in tabula marmorea.

Martis domum quam visitas hospes,
Hanc suæ Maiestatis mandata
Reique publicæ consensa.
A Stanislao à Koniecpole Koniecpolski,
Castellano Cracouiensi,
Exercituum Regni Supremo Duce
Ordinatum,

Fieri

Fieri ac perfici curauit.
Paulus Grodzicki, Artilleriæ Regni Præfectus.

Supra Portam Armamentarij Vrbis.

LEO SEMPER VIGILAT.
Armis & legibus decoratur Ciuitas,
Armis pax quæritur, legibus seruatur.

In pariete versus Aquilonem.

Felix ciuitas, quæ tempore pacis prouidet futura sui pericula.

In pariete versus Austrum.

Arma & bella ferunt pacem,
Pax bello arma ministrat.
Ad salutem Ciuium oportet accersere vota armorum.

In Curia Vrbis

Forinsecus.

Claritas assiduum laborem tolerat,
Labor percepta virtute parit,
Virtus æternam gloriam conciliat,
Gloria Maiorum posteris lumen.
Integritas præsidentium, salus subditorum,
Inuia virtuti nulla est via,
Ante euentum capienda consilia.
Regna sine iustitia, mera sunt latrocinia.
Vigilantibus omnia feliciter succedunt.
Vis consilij expers, mole ruit sua.
Cunctator esse debet, qui iudicat de salute.
Si quis Rempub. malè gesserit, displicet dijs, si benè, Ciuibus
Honor debetur ijs, quos Deus honore dignatus est,
Felix ciuitas, cui præsunt Philosophi.

Intrinsecus autem.

In controuersijs Causarum Capitales inimicitiæ oriuntur, fit amissio expensarum, corpus quotidie defatigatur, labor animi exercetur, multa & honesta

honesta crimini deinde consequuntur, bona & vtilia opera postponuntur, & qui sæpè credunt obtinere frequenter succumbunt, etsi obtinuerint computatis laboribus & expensis nihil acquirunt.

Silent leges inter arma.

Postmodum.

Domus Iure consulti totius Oraculum Ciuitatis.
In eadem bona causa triumphat.

Boni Patroni

Vrbibus maximè necessarij, non minùs enim prouident humano generi, quàm si manu militari Patriam detinerent.

In malos Causidicos.

Vulturis imago hominis viscera corrodentis,
Malignos rabulas vocauit ille.
Togatos benè vultures sed illud
Inter hos tamen interest, & illos
Quod cadauera vultures vorent,
Hi viuis quoque detrahunt cruorem.

In Turri Curiæ.

D. O. M.
Opes mihi Ciues,
Opitulus Reges,
Opera Martine,
Ostendo Campiane
Tua.
Anno Domini, 1619.

D. O. M.

Generosus D. Andreas Cetner de Czertwice, Pocillator Regius Leopol. Iuuentute, exterarum nationum diuturna peregrinatione, & disciplinis exculta. Adolescentia, obsequijs Serenis. Maiest. Sigismundi III. in Valachica & Moschouitica expeditione rebellium occupata. Virilitate, connubio ornata, heroicis & domesticis excoluit. Semper prudentia & honestate pollens, hospitalis omnibus & gratus. Mortalis, in Deum Catholicè pius,

cè pius, animæ ſuæ memor, eleemoſynarius, vita functus, cum chariſsima matre carnis exuuias hic deponi voluit. A mœſtiſsima Sponſa Catharina de Leſniowo, Caſtellani Belzenſis filia mœrente relicta, deponitur. Anno ætatis 33. Chriſti, 1624.

Reuerendiſſimus in Chriſto Pater,
DOMINVS FELIX LIGEZA,
Archiepiſcopus Leopolienſis.

Vir præclaræ in Deum pietatis, in proximum quemque ſummæ beneuolentiæ, grauitatem quam & muneris ſublimitas, & Familiæ ſplendor, tum ætas canitie venerabilis dederat, humanitate incredibili condire ſolitus. Omnibus charus, Cleri, Eccleſiaſticorum, ac ſtudioſorum defenſor ac propugnator ſtrenuus. Homo lautus, liberalis, & ſordium expers, dum in ipſo mox deſituri ac eum relicturi ſpiritus articulo, Hæreticos ſupra vires, ægritudinis fractus, alacri ſtudio, Doctoris Melchioris Dominicani Theologi doctiſsimi miniſterio, fæliciter ſuperat, atque proſternit, triumphãs terra relicta cœlos meruit. Dunaiouiæ 26. Ianuarij, hora 14. Anno D. 1560.

Generoſi Chriſtophori de Radwanowice Łodzinſki ſepulchrum, cùm vides, precare benè mortuo quiſquis es. Pietatis in Patriam, beneuolentiæ in Amicos, feruoris in religione, fortitudinis in militia, virtutis omnis Exemplar hic ſitum eſt.

GEORGIVS DZIDOSZYCKI,
Caſtellanus Lubaczouienſis.
Contra Begleybergum, Nalewaykum, & Michailum Wayda, bellator. Obijt ætatis 66.

D. O. M.
Sacrum,

Staniſlao Phœnicio, vita innocentiſsima, moribus leniſsimis, ſimpliciſsimis, conſtantiſsimis, ingenio abſolutiſsimo prædito, è medio literarum curſu, quibus ſe labore indefeſſo conſecrauerat, erepto.

Gaſpar Solcius,
Fratri dulciſſimo,
Simulachrum hoc tumuli P.

Hoſpes quiſquis es, expectationem de me ſupra humanum modum excitaueram, mors interuenit, tu cape lampada, & pro me decurre.

Mors

MOrs te Phœnici frater dulciſſime nobis
Abſtulit, ô non tu talia pollicitus.
Sed qui Pieridum peragrares culmina ſumma,
Et fieres ſanctæ primus apex Sophiæ.
Hoc tua ſpondebat nobis innoxia vita,
Hoc pectus puris candidius niuibus.
Hoc labor indefeſſus, & ingenij inclyta vena,
Hoc forma, hoc pulchri lucidus oris honos.
At tu nunc degis cœlo meliore receptus,
Credo Polum ſtella tum caruiſſe aliqua.
Cuius tu vacuum ſuppleſti ſplendidus orbem,
Forſan ad Orpheæ ſydera clara Lyræ.

EPITAPHIVM OVIDII NASONIS.

Non procul à Ponto Euxino
Woynowſki Polonus inuenit.

Hic ſitus eſt Vates, quem Diui Cæſaris ira
Auguſti Latia cedere iuſſit humo:
Sæpè miſer voluit patrijs occumbere terris,
Sed fruſtra: hunc illi fata dedêre locum.

Epitaphium Palatinidis Terrarum Ruſſiæ, Daniłowicz.

O S S A
Stanislai à Zurow in Oleſco,
Terrarum Ruſſiæ Palatinidæ, Corſuneń. Præfecti.
Hæc capit Vrna.
Ingentem illum animum ſummas virtutes
In ſuo condidit ſinu,
Perennis fama.
Pueritiam nutriebant liberales artes,
Iuuentutem expoliuit variarum gentium ſolum,
Adoleſcentiam erudiuit
Sigiſmundi III. Aula.
Cuius ſpiritum, induſtriam, & fortunam,
Senſit ad Smolenſcum Moſchus,
Vidit admirabundus
Vladiſlaus IV.

Neque

Neque hic ſubſtitit magni ardor animi,
Dum auiti ſanguinis vltor, & rerum
Ab eo geſtarum ſatagit eſſe imitator,
Fit eiuſdem fati æmulus

Innocens.

Glorioſa tamen in Religionem & Patriam pietatis

Cedit victima.

Anno Domini, M. DC. XXXVI.

Ætatis ſuæ XXV.

Cui ſi & ipſi hoſtes ſuas non denegarunt lachrymas,

Ne tu ſine illis recede

Chriſtiane Hoſpes.

TYCOCINENSIA.

D. O. M.

Ac Diuis Fabiano & Sebaſtiano Martyribus.

Ob Sigiſmundi III. Regis in Arcem Tycocinenſem x. Kal: Nouemb. Anni proximè exacti, feceſſum vltimo Diui Auguſti auſpicatiorem. Eundemque cum tota Regia Domo, & Aula, inter contagioſa vicinorum locorum funera, & longè lateéque ſerpentem interneciuæ luis graſſaturam, incolumẽ publicæ incolumitati ſeruatum, & Comitiali vrbi orbiéque redditum. Lætus Hoſpes, ac penatibus ſuis gratulabundus, Chriſtophorus Wieſiolowski, Marſchalcus Curiæ M. D. Lith. & Mielnicen. Tycocinen. Suraſien. Grodnen. Præfectus. Hanc aram in perpetuum Hoſpitæ domus, diuinitùs Hoſpitibus ſoſpitæ, monumentum, & pium ſalutaris contra peſtem tutelæ in ſalubribus vel fatalibus antea locis datæ, hoſtimentum, voti compos ex voto poſuit.

D. O. M.

Nicolaus Wieſiolowski, Caſtellanus Samogitiæ, Kownenſis, &c. Præfectus; cuius antiquam Maiorum gloriam, Patre Supremo, Fr. Curiæ M. D. Lith. Marſchalcis præſens ætas comprobauit, ipſe virtute & factis illuſtrauit. Idem quæſita domi, foriſque externarum rerum & linguarum peritia clarus, in Regia D. Sigiſmundi Tertij diu cum laude verſatus, eique obſequio, & fide, cùm in varijs Legationibus, muniis bellicis, Expeditionibus,

tum in Præfectura vrbis Varſauien. ad tuendam Regiorum liberorum ſecuritatem, dignitatemque bis demandata probatus, dum in Senatum à Vladiſlao IV. lectus, de Rege, Patria, Amicis impenſiùs meretur Regiomonti, die Nouemb. XIX. Anno Domini, M. DC. XXXIV. ætatis LVI. moritur etiam poſt fata victurus, ſi æquè connubio inclytam ſtirpem ſuam ac virtute nominis famã propagaſſet, vel ſi videtur, ab interitu vindicaſſet.

ALTÆ AVLÆ IN LITHVANIA,
In Cœnobio PP. Ordin: S. Dominici.

IOANNES ALPHONSVS LACKI,
Samogitiæ Capitaneus Generalis.
Primum magnarum rerum capacem indolem,
In primarijs Regni ſcholis eruditam,
Septennium in Sigiſmundi III. oculis probauit.
Bellis deinde, Moſchouitico, Liuonico, Valachico, Pruſsico,
Patrem, Auoſque Patriæ reddidit.
Duorum demùm Regum, & multorum annorum Senator,
Togam prudentiâ, conſilijs, authoritate ornauit,
Æmulos virtute & conſtantiâ,
Amicos candore & beneuolentiâ ſuperauit.
Summos quoſque magnis dotibus ac meritis,
Medios ac infimos populari amœnitate, ciuili cultu,
Hoſpitalitate, beneficijs, ac liberalitate obſtrinxit.
Templa, Aras, Clauſtra, Xenodochia, munificâ manu & erexit, & dotauit.
In lectiſsimæ Coniugis Ioannæ Taluoſiæ conſortio
Optatæ prolis numero auctus.
Et Aulæ Senatoriæ ſplendore, & hoſpitum frequentia,
Et negotiorum ac curarum multitudine cinctus.
Ita cœleſtium contemplationi, orationibus, & domando corpori deditus fuit.
Vt Aſcetam agere, & cum Deo ſolum negotium
habere crederes.
DISCE LECTOR,
Solis æternis intentum, otioſum non eſſe,
Reliquos maximis curis nihil agere.

BIERZIS
Jn Lithuania.

Tabulæ

Tabulæ argenteæ inscriptum.

O Fatum! ô felix fatum!
O Fatum iam non inuidum, sed inuidendum!
CHRISTOPHORVS RADIVILIVS,
Birzæ & Dubingæ Dux,
Imperii Princeps,
Vilnæ Palatinus,
Lithuaniæ Imperator.
Quem
Pietate in Deum, Charitate in Regnum, Fide in Regem,
Conspicuum.
Famæ immortalitas.
Ob res in sago fortiter, in Toga prudenter, vbique feliciter gestas.
Ob Moschorum stupendos ab Oriente exercitus, profligatos, fustigatos, attritos.
Ob Suecorum victrices à Septentrione copias fatigatas, coercitas, repulsas.
Ob Regiam Maiestatem cultam,
Regni libertatem defensam,
Religionis puritatem strenuè & imperterritè assertam,
Toti quâquâ versum patet, vniuerso consecrauit.
Eum
In medio gloriæ adeptæ & adipiscendæ curriculo
Calcata inuidia,
Triumphata calumnia,
Retentâ fide & bonâ conscientiâ.
Laureis & adoreis triumphalibus mactum.
Regi, Regno, Religioni desideratum,
Filij successoris indole Heroica beatum,
Naturæ mortalitas,
Morte subitaneâ, placidâ, piâ.
Stitit, deposuit, & hoc quem vides loculo,
Solidæ virtutis veriq; laboris manibus
Composuit.
O Fatum!
O Felix Fatum!
O Fatum, iam non inuidum, sed inuidendum!

Natus Anno M. D. LXXXV. denatus Anno M. DC. XL. cùm vixisset Annos LV. Menses v. Dies xxviij.
Proh dolor! quantum refert in quæ tempora vel optimi cuiusque virtus incidat.

DEVS,
Famulus tuus,
Ianussius Dux Radziwił,
Sacri Romani Imperij Princeps,
Ducatus Samogitiæ Generalis Capitaneus,
M. D. Lith. Campiductor.
Ex bello Cosacico,
Post vnius Anni exantlatos labores,
Post tot ciuitates recuperatas,
Post hostes ad internecionem cæsos,
Capto Rebellium Duce,
Stabilita Pace,
Redux
Tabellam hanc
Gratus.
In hac domo tua
A
Proauo, Auo, Parente,
Fundata, Erecta, Restaurata,
A se
De nouo reædificata,
Aucta.
Et hoc quem cernis modo,
Ornata.
Ipso Dedicationis die,
Cum Gratiarum actione
Posuit.

Anno

Anno Domini, 1649 vltima die Octobris.
Exodi &c.
Et posuit Moyses Altare Domino, & vocauit nomen eius
Iehoua vexillum meum.

D. O. M.
Vir clarissima Nobilitate,
Ex
Antiqua in Scotia Comitum Erle stirpe oriundus,
PETRICIVS OGILBEI,
Cohorti Peditum in Legione Spanheymiana Præfectus.
Militiam Gustaui Magni
Suecorum Regis secutus,
In oppugnatione
Arcis huius Bierzensis,
Plumbea Glande
Sclopeto ictus
Fortiter occubuit.
Rex ossa militis sui hic deposuit.
Anno Domini, M. DC. XXV. viij. Septemb.

D. O. M. S.
Siste gradum.
Et quæ sit mortalium sors,
Mortalis ipse disce Viator.
LADISLAVS PRZYIEMSKI,
Calissiensis Succamerarius.
Illustris olim Raphaëlis Castellani Łencicień.
Et Catharinæ Trzebuchowska Filius.
Cui
Splendor natalium, ampla fortuna, Principum gratia, Regni primorum fauor, Amicorum turba, affinitates, clientelæ, merita bello, paceque, multo sudore quæsita, munia tot retro annis in theatro Reipublicæ obita, honores publici, charitates priuatæ, maiestas oris, ingenij dexteritas, fidei constantia, iustitia, prudentia, fortitudo, humanitas, aliæque virtutes heroicæ,

roicæ, à ſummo bonorum omnium fonte collatæ, immortalem famam ac decus pararunt; vixit, & quem benigna dederat, curſum fortuna peregit. Nunc quod cernis, puluis & vmbra eſt, hocque quod terris hoſpite ſolo mortalitatis exuuiæ & ſuperſtitibus depoſitæ, in Dño quieſcunt. Mori neſcia beata anima, roſeo ſanguine Chriſti ſeruatoris, quem cum ſumma, vt nunc ſunt ſæcula inuida, toto vitæ curriculo confeſſus eſt, emũdata in ſinum Abrahæ delata, æternùm viuit, domicilij ſui glorioſam expectans reparationem. Hinc tu tuum proſcenium ſi pius es habe, & lethi memor ſic viue, ne vixiſſe pœniteat. Bonorum omnium magno cum luctu & deſiderio fato functus, Anno reparatæ Salutis, M. DC. XXVII. Ætatis ſuæ LVII.

Starouolæ.

IESV CHRISTO REDEMPTORI,
Æternæque Memoriæ,
Deſideratiſſimorum Parentum ſuorum
BASILII ADAMO VICII
STAROWOLSKI,
ET SOPHIÆ ZARANKOWNA.
Priſci moris, innocentiæ, ac pietatis
Coniugibus.
Nobilitatis ſplendore, ſummaque virtute clariſsimis,
In Amicos officioſiſſimis,
In egenos beneficentiſſimis,
Omniumque actionum humanarum,
Quæ ſingularem & corporis, & animi, veram felicitatem
Mortalibus parare ſolent,
Laude refertiſſimis.
QVI
Beatæ ſpei memores,
Ædem hanc ſacram,
Vbi mortale ſuum, poſt mortem humaretur,
Extruxerunt, ornarunt, dotarunt.
Domoque ſua benè diſpoſita,
Ad cœleſtem domum demigrarunt.
Illa primo Anno Chriſti, 1601.
Deinde ipſe. 1615.
Simon Starouolſcius, mœſtiſsimus Filius P.

MORTA-

MORTALIS QVICVNQVE ES,
Si pietatem & probitatem amas,
Quatuor Fratrum Germanorum,
Samuelis, Ioannis, Hieronymi, & Alexandri
STAROVOLSCIORVM.
Diuersis temporibus, diuersisque in locis disitis exinctorum,
Sed eodem studio pietatis, probitatis, militarisque gloriæ,
Pro Patria & Religione,
Contra Scythas, Moschos, Moldauos, Suecos, Turcas,
Rebellesque Cosacos,
Illustrium
Pios venerare Manes.
Vtque animæ eorum cum Angelis requiescant in cœlis,
Deuotè apprecare.
Ita tibi beatam immortalitatem tribuat
Rex cœlorum immortalis.
SIMON STAROVOLSCIVS,
Fratribus charissimis P.

Vizunis in Mausolæo Radiuiliano.

MArte potens, & pace, domiq; foriſq; probatus,
Cui vita immensi plena laboris erat.
Hic Radiuile iaces, Heros Heroibus orte,
Magne Atauis: meritis maior at ipse tuis.
Quem pietas superis, virtus æquauit Olympo,
Quo nil in toto clarius orbe fuit.
Res gerere, infestos propellere finibus hostes,
Pellere Suecigenas Moscigenasq; simul.
Par Hector præsente manu tibi, & impetumentis,
Par cunctando tuis Scipio Magne dolis.
Eloquio tibi par, par oreq; Mellee Nestor,
Virtute incertum maior an ingenio.
Litaue nota tibi sunt cætera, namq; probatum
Se tibi iudicio sæpe fideq; dedit.
Quære vbi Radiuilij inuenies similemue paremue
Consilio, arte, armis, pectore, voce, manu.

Consilijs calchas, Animo Hector, Robore Achilles,
Eloquio Nestor, iacet hic Radiuilius Heros.

Ibidem.

Ibidem.

S. DICASTES.

Ioannes Dziewczopolski, vir generis nobilitate, & virtute militari præstans, egressus ab exoletis, maiorem ætatis partem Bellonæ studijs addictus contriuit in Pannonijs, dein reliquæ vitæ spatium in Aula Illustrissimi Principis Christophori Radiuili, M. D. Lith. Campiductoris, fide & obsequio erga Dominum insignis, transigens, sub eiusdem auspicijs in Castris ad Mittobiam, dum feruidius cum peditibus Aulicæ Cohortis, quorum erat caput, oppugnationi arcis insistit, plumbea glande, paulum supra sinistrum poplitem, vij. Eidus Martij ictus, tertio die post occubuit. Anno Domini, M. DC. XXII.

Dubinkis in Mausolæo Radiuiliano.

D. O. M. S.

Illustrissimo Sacri Romani Imperij Principi,
Nicolao Radziwil, Georgij Fr.
Dubincorum & Birzarum Duci, Palatino Vilnensi,
M. D. Lith. Supremo Exercituum Præfecto, &c.
Paulum morare Hospes, & mirare.
Quanta Ducis paruo lateat sub marmore virtus.
Heîc ille situs,
Cuius aduentantis cum Imp. militari fama,
Ingentes Tartarorum exercitus Volhynia fugauit.
Qui Firstenberg Liuoniæ Magistri Magisteriales
Fasces Regijs submittere coëgit.
Tauro munitissimo Liuon. præsidio, vi Moschis erepto,
Periclitantem Liuoniam pace firmauit, legibus stabiliuit.
Tyranni Moscho: exercitum ad Vlmam fluuium cum Duce
Suyscio ad internecionem deleuit,
Stephano Rege Poloniæ Arma in Moschum mouente,
Polociæ deditionem persuasit
Ieseriscíam & Vsuiatam in fidem suam recepit.
Quem Plescouia sexagenario maiorem cœli belliqúe
Iniurias qua Imperatorem, qua militem fortiter
Ferre vidit.

Et hæc

Et hæc quidem bello, domi verò
In Iudicijs æquus, in amicitijs integer;
Erga vicinos tractabilis,
Erga familiares amabilis.
Priuati boni negligentior, publici studiosissimus,
In indigos munificentissimus,
In singulos humanitate,
In omnes liberalitate clarus,
Vixit.
Regia affinitate, per sororem Barbaram Regi Poloniæ
Sigismundo Secundo nuptam, ornatus.
Nicolao & Christophoro Fratribus se viuo in Senatorium Ordinem
Cooptatis fortunatus.
Obijt Vilnæ xv. Cal: Maij, Anno D. M. DC. XXIV. Ætatis LXIV.
Ianusius Radziwil cum Christophoro Fratre,
Dubincorum, Birzarum, in Slucko & Kopyle Dux.
Sacri Rom: Imperij Princeps, M. D. Lith. Supremus Pocillator.
Auo mœritissimo Nepos,
H. M. P. C.

Sluciæ in Monasterio Græcorum.

D. O. M. S.
Magnorum Lituaniæ Dynastarum
Propagini.
Ex Illustrissima Slucij ac Kopyli
Ducum Familia, Eheu vltimæ
Zophiæ Olelkouiciæ.
Patre, Auo, Proauo Georgio,
Abauo Simone, Atauo Michaele
In Slucko & Kopyle Ducibus,
Tritauo Olelkone.

Iagellonis Poloniæ Regis Fratre,
Olgierdi Magni Lithuaniæ Ducis Nepote,
Gedimini Pronepote,
Vitenij Abnepote,
Matre verò
Barbara ex Illustri Kiscarum Familia
Prognatæ.
IANVSSIVS RADZIWIL
Birzarum ac Dubincarum
In Słucko & Kopyle Dux,
Supremus Pocillator, &c. &c.
Mœstissimus Coniunx Coniugi desideratissimæ,
Fœminæ & genere, & forma, nec non
Virtute æuo suo clarissimæ,
Non absque lachrymis posuit.
Vixit Annis xxv.

O R L Æ.

D. O. M S.

Generoso Stanislao de Olszyny Buczyński,
Viro non corporis, sed mentis, & virtutis ingentis.
Sanguinis, morum, literarum, Nobilitate, Honoris viam ab
ipsa iuuentute feliciter ingresso.
Aduersa in peregrinationibus Academicis experto,
Postea fatis in Moschouiam trahentibus, à primo Demetrio
(Ob clades Patriæ suæ, & Tragicum breuis Imperij exitum memorabili)
Dignitate Cancellarij, & Legatione Britannica honorato.
Inde post Domini cædem quinquennali detentione
superata, Patriæ reddito.
Et mox à Ianusio Duce in Ostrog, Castellano Cracouiensi,
negotijs & iudicijs Curiæ Præfecto.
Ab eius verò obitu, Ducis Christophori Radiuili, Palatini Vilnensis,
familiari Consiliario, & Ducatus Slucensis Capitaneo.
Rebus humanis, plena ætate, integra fama, seruata in Deum fide, Varsauiæ
in Comi-

in Comitijs, Anno D. M. DC. XXXV. Menſe Februario, per placidam mortem exempto.
Dux Ianuſſius Radziwił, Magni Duc. Lithuaniæ
Archicamerarius,
Cui poſt fata ceſſit,
Hoc monumentum poſuit.

Ibidem.

D. O. M.
Generoſus NICOLAVS SIENICKI de Boncza,
Vetuſtæ Nobilitatis ſplendorem,
Proprijs virtutibus & meritis
Extendens.
Primâ ætate in ſcholis ſub clariſſimo Kechermano
Eximiæ eruditionis nomen,
Media in Caſtris ſub fortiſsimo Imperatore Zoikieuio,
Fortis militis & militaris Iudicis munus.
Vltima in Aula Illuſtriſsimorum Ducum, Chriſtophori Palatini Vilnenſis, & Ianuſsij Magni Ducatus Lith. Archicamerarij, Radiuilorum, fidelis rerum & curarum adminiſtri, laudem
In Legationibus Tranſyluanicis & Moldauicis,
Connubio Radiuiliano deſtinatis,
Ijſque feliciter expeditis,
Prudentis Internuncij decus
Adeptus.
Dum quarto ex Moldauia redit, morbo in itinere contracto,
Caunæ Lithuanorum moritur,
Et hic Orlæ tumulum, à Domino & Mecœnate ſuo,
Cum doloris monumento, accipit.
Anno Dñi, M. DC. XLV.

Caioduni in Samogitia.

D. O. M.
Adamo Freytagio Thorunenſi, Philoſophiæ,
ac vtriuſque Medicinæ Doctori.

Illustris Gymnasij Caiodunensis Matheseos
Extraordinario Professori,

Viro

Vita, moribus, eruditione, genere, & professione

Nobilissimo.

QVI

Adolescentiam studijs, Iuuentutem varijs peregrinationibus
Ætatem virilem bellicis in Belgio expeditionibus,
Sub auspicijs inprimis Friderici Henrici Aurasionensium
Principis, ad Syluam Ducis.
Reliquum ætatis Professori Matheseos ac Medicinæ Praxi.
Totum autem ab obsidione Traiecti ad Mosam vsque ad vltimum vitæ
Annum M. DC. L. seruitijs Illustrissimi Sacri Romani Imperij Prin-
cipis, Ducis Ianussij Radiuili, impendit.
Scholarchæ iussu ac sumptu optimi Principis ac Patroni.

Posuêre.

Vixit Annis XLII.

Filium non reliquit, librum reliquit.

Cui Titulus

ARCHITECTVRA MILITARIS.

Chmielnici in Tractu Sendomirien.

HOSPES SISTE,

ET

ASpice, qui transis nostri monimenta doloris,
Ore precare Deum, corde dolente dole.
Hic ego contumulor Petrus Gnoiensk Atrox,
Quem iuuenem vidit Pannonis ora virum.
Me Geta, me Turcus vidit, Moldauia vidit,
Primitias solenni Martis habere suas.
Nec gustare latet tua me Mauortia virtus,
Sub Duce prælustri. cùm fera bella sequor.
Nec tamen occubui Scythæ stridente sagitta,
Cominus ense tuo nec mihi Turca noces.
Non telum Moldæ non, vel tormentum Sueui,
Non alij proles Martia mille viri.

Turba

Turba Cosacorum in Patriam dum robora vertunt,
Sclopeto Patrio fulminis instar agor.
Iudicium Domini iustum, quo iudice sistor,
Pacatum Christi Iudicis ante Thronum.
Viuere dulce fuit Patriæ, bone Conditor Orbis,
Pro Patria dulci sit quoque dulce mori.
Tu Patriam Cœlum semper durabile donas,
Iam mea cum Sanctis sors animabus habet.
Miles aue, parceque, dole, memor esto pericli,
Quid sit pro Patria, discito Castra sequi.

Kruſiniæ in Mauſolæo Donhoffiano.

D. O. M.

VIATOR,

Ne propera,
Quem tranſis tumulus
Tuos oculos meretur
Otto Donhoffius, Adzelenſis Capitaneus.
Sigiſmundi III. Poloniæ & Sueciæ Regis Cubicularius intimus,
Quem in cunis captiuus odiſſe priuſquam noſſe hoſtem
Didicerat iuuenis, pluſquam virili animo perſecutus.
Bello Pruſſico ad Mæuam,
Eheu fata præpera!
Spectante immaturus alumnus prima totius exercitus victima cecidit.
Innocenti ſanguine Patriæ limitem ad Septentrionem firmaturus.
Quem ad Meridiem Hermanus Patruelis memorabili in omnem poſteritatem ſignauerat tumulo.
Sed Hermanus hoſtili incumbat telluri,
Metuendus etiam poſt fata Ottoni
CASPER DONHOFFIVS,
Palatinus Siradienſis.
Vielunenſis, Laiſcenſis, Boleſlauienſis, Radomſcen. Capitaneus.
Hanc Vrnam
Tenerrimam verò chariſſimi Patruelis memoriæ,
Alto corde condidit.

Georgius

Georgius Dux in Oſſolin, Theſaurarius Curiæ Regis vtriuſque intimus, nec ita morte auellendus amicus.
Alterius quidem cineri dolore meritus,
Parentauit lachrymis,
Dum hæc ſcriberet.
Occumbit Anno Salutis Reparatæ, M. DC. XXXII.
Ætatis ſuæ XXV.

PIOTROVINI.

Tabula in Templo.

Viator ſiſte, lege, mirare.

Ioannes Dlugoſſus, Canonicus Cracouienſis, Nominatus Archiepiſcopus Leopolienſis, grauis & probatæ fidei rerum Polonicarum Scriptor, narrat rem admirandam, quæ per omnes ætatum ſeries ad illius vſque tempora perpetuò obſeruata eſt, ex omni poſteritate Petri de Piotrouin (quorum inuiſa Deo auaritia Patruum, poſt triennalem quietem vitæ reſtitui fecit) nullum extitiſſe adhuc, qui aliquâ in Repub. dignitate honoreque inſignitus, quiué vlla vel mediocri bonorum affluentiâ à fortuna ditatus ſpectaretur, prout ijs Patruus ipſe rediuiuus minatus eſt, & prædixit, Rus eorum gentilitium Vaniſceuo, eiuſdem incolis Familiæ, ita ſemper refertum manet, vt Colonis agrarijs non ſit locus, ipſi ſe Nobiles proprio ſudore vulgò ſuſtentant, nec tamen euadunt locupletiores, id nos quoque hoc reliquo poſt Dlugoſum temporum tractu, ex hominibus eiuſdem gentis longæuis obſeruata ab ſeſe Patrumque narrata, recolentibus indagatione accurata didicimus, quod ſanè in tot emergendi per virtutem modis vijſque nobili in hac Patria ſtirpi nulli propemodum vſu venit, En quanti conſtat rerum Deo dicatarum iniuſta vſurpatio.
Iam Hoſpes abi, & rumina.

Ibidem.

D. O. M.

Hic triennalis cadaueris oſſa,
Magni ad vocem Sacerdotis,
Naturâ orbeque admirantibus,

Viuifi-

Viuifica resurgunt.
Christiq́ue Patrimonium, mortuorum testimonio
Vindicatur.
Heus, quisquis es,
Qui facultates Altarium
Sacrilegè
Rapis, detines, vsurpas,
Specta, redde, caue.
Stanislaus Garwaski, Decanus Plocensis, Regius Secretarius,
Ecclesiæ Piotrou: tanti miraculi M. P.
Anno D. M. DC. XX.

Petro de Pietrouin Equiti bis mortuo.

HOSPES,
Cœli venerare Ciuem.

Hic ille est, quem vitæ noxas, beatitudinis requiem retardantes, apud inferos triennio purgantem S. Antistes Stanislaus ab vmbris euocauit, carneq́ue iterato circumuolutum, legitimæ possessionis testem, sacrilegis vsurpatoribus opposuit. Miraris miraculum. Nempè sic diuina omnipotentia obsequentibus sibi præstò est. Adhuc subsiste. Rem gestam examina: ab vnoq́ue exemplo, plura religionis arcana disce. Animorum immortalitatem æuiternam, corporum resurrectionem veram. Animas purgantes inquinamenta cœlo destinari, & possessionem Ecclesiæ, quæ tanto prodigio vindicari meruit, ius sacrosanctum; denique Stanislai Præsulis venerandi, Numine cooperante, talia patrantis sanctimoniam, disce, mirare.

XIAZII.

Ioanni Comiti in Thęnczyn,
Illustri Domino, & Senatori amplissimo.

Thenczyniorumq́ue decori.

Qui viuens, longis trans mare peregrinationibus clarus, habitus, & ob merita in Rempub. & singularem, qua profuit multis, prudentiam, Palatinatum Sen-

tum Sendomirienſem, & octo Regionum, quod paucis contingit, in Ruſsia Præfecturis, videlicet Belzenſi, Chelmenſi, Craſnoſtauienſi, Rubieſzouienſi, Lubomlienſi, Rathnenſi, Socalienſi, Tiſſouienſique à Rege Sigiſmundo ornatus fuit. Staniſlaus ab Oſtrorog, Caſtellanus Miedzyrzecenſis, Chelmenſis, ac in Zamech Capitaneus; & Staniſlaus Barzy de Blazow, in Viſnice hæres, Sniatinenſis Præfectus, cum vxoribus ſuis, ſorore, de ſe bene merito, poſterorum gratia, quibus tanti viri laudem, & imitatione, digniſsimas virtutes ignotas eſſe noluerunt, hoc monumentum poſuêre. Vixit Annos XLIV. Obijt Anno Domini, M. D. XLI. Menſe Iulio.

Ibidem.

Catharinæ Ioannis Comitis in Thenczyn, vxori pudiciſsimæ, præſtanti Laſcorum Familia ortæ, fæminæ præ cæteris raris animi dotibus, & præſertim liberalitate erga egentes benignitate præditæ, Zophia Oſtrorogi, & Catharina Barzy Coniunx, piæ filiæ, erga charam genitricem obſeruantiæ teſtimonium, maritis annuentibus hanc ſtatuam relinquere voluerunt, vixit merita virtute per annnos XLI. Obijt Anno Chriſti, M. D. LXVIII. Die xj. Ianuarij.

Catharinæ Ioannis Comitis in Thenczyn, & Catharinæ à Lasko filiæ, Coniugi ſuæ, ob ſeruatam erga ſe fidem & beneuolentiam, chariſsimæ multiſque præclaris virtutibus, ſed potiſsimùm pura in Deum religione ornatiſsimæ, Maritus Staniſlaus Barzy ſuo, ac Ioannis filioli ex ea ſuſcepti nomine, hoc perpetui amoris indicium mœrens mortuæ erexit, cuius corpus ſub hoc cum Parentibus communi ſepulchro, futuram reſtaurationem expectat. Vixit annos XXVIII. Obijt Anno Chriſti, M. D. LXVI. Die xxv. Iunij.

CLIMVNTOVIÆ.

Subſiſtite Heroes.

Illuſtre hic excellentis naturæ depoſitum,
Induſtrius acceptæ à Maioribus gloriæ conſeruator,
Magnus ſuæ fortunæ Auctor.
Iacet
Georgius Comes de Tenczyn, Dux in Oſſolin, S. R. I. Princeps,
Supremus Regni Poloniæ Cancellarius.
Lublineń.

Lublinen. Lubomlen. Lubaczouien. Bohuſlauien. Brodnicen.
Rycenſis, Adzelenſis, Derpatenſis Gubernator.
Quanta nomina in anguſta Vrna.
At num vos vnico hoc breuiq́ue ſpectaculo morabor?
Ampliora in viuis ampliorum tumulis annalibuſq́ue decora
Maiora domi ac foris gloriæ monumenta legetis,
Quibus amandis, ſola Patria ſuſpiciendis,
Europa ſola non ſufficit.
Britannia ad Regem Iacobum vidit, Sigiſmundi III. Pol. Regis Legatum.
Suecia noſtris incubans Prouincijs, ad pacem Regni in Pruſsia ſtabiliendam Commiſſarium.
Italia obedientiæ, quam Vrbano VIII. Summo Pontifici Vladiſlaus IV. Rex deferebat, Interpretem.
Germania apud Ferdinandum II. Romanorum Imperatorem, Imperijq́ue Sacratiſsimi Electores, eximium magnarum rerum Arbitrum.
Scythia inteſtini ſeruiliſq́ue belli ſocia, ſub Ioanne Caſimiro Rege, fælicem Exercituum Ducem.
Tot laboribus venerunt iſti,
Quos tumulo inciſos legitis
Tituli.
Trium Poloniæ Regum ſunt hæc, egregijs data meritis
Ornamenta.
Quibus
Vrbanus VIII. Summus Pontifex Ducalem
Ferdinandus II. Imperator Principalem ſuperaddidit Tiaram,
Vt ſuum Chriſtianus Orbis, qua latè patet Ciuem eſſe,
de proprijs agnoſceret Inſignibus.
Non vni Regno vixit, non vni aſt heu cecidit.
Abite iam quo placet Heroes,
Vbique glorioſa viuentis veſtigia ſpectabitis,
Vbiq́ue mortuo benè precemini,
Vixit Annis LV. Menſes VI.
Obijt Varſauiæ IX. Auguſti, Anno Domini, M. DC. L.
Sepultus eodem Anno Climuntouiæ 3. Octob.

Sbigneo Oſſolinſki, Palatino Sendomirienſi,
defuncto Anno 1623.
Moribus inſignis, recti baſis indole clarus,
Clarior & meritis Patrij ſeruator honoris.

Clauditur hoc tumulo qui Topor Sbigneus Oſolin
Prudens conſilio, ſummus & ingenio.
Quiſquis ad hoc pulchrum venies, ſpectare ſepulchrum,
Cernuus ante Deum flectere propter eum.

BARANOVIÆ.

D. O. M.

Adſta parumper, & ſi quid pietatis habes
Viator.
Noſtram & Patriæ vicem dole.

Patrem amiſimus, vel præmiſimus potiùs, chariſsimum, indulgentiſsimũ, Ciuem publicæ rei optimum, Senatorem prudentiſsimum, id verò hoc tempore, cum accenſis inter Ciues odijs, animis exacerbatis, armis perſtrepentibus, quæ in propria conuertantur viſcera, Deus auerruncaſsit, turbatâ penitus Republica, ſuis & Patriæ prodeſſe potuiſſet. Vis nomen? Andreas eſt Leſcinius Comes, Palatinus Breſtenſis Cuiauienſis, nec eſt quod plura quæras. Hoſpes, ſi non es, noſti nobile Vieniauiorum genus, affinitates, clientelas, Regum amicitias. Sed & huius præclarè geſtas res, domi, foris, pace, belſo, at hæc cum multis communia. Quid pietatem? Dei puriorem cultum? animi candorem? conſtantiam, vitam integerrimam, innocentiſsimam? Deus bone, quanta hæc, quamque in magnis rara! ſed certè ſumma in illo omnia, ita laudis, etſi non dicrum plenus, fortè ne bello ardentem videret Patriam, nos miſeros, dolore confectos, cum vitâ meliore, miſerâ hac commutatâ placidiſsimè commigrauit.

Die 24. Iulij, Anno Domini, M. DC. VI. ætatis XLVII.

Obiit Bereſteci,
Patri Chariſſimo,
Mœſtiſſimi Filij, M. PP.

PINCZOVIÆ.

Aureæ lamine inſculptum.

D. O. M. S.

HEVS

HEVS HOSPES,
SIGISMVNDVS MYSZKOWSKI
F V I,
Marchio de Mirow,
In Illuſtrem Gonzagarum Familiam adſcitus
F V I.
Supremus in Repub. Marſchalcus,
Sublimes pro meritis honores geſſi.
Ad maiora præclarè gerenda, ingenuo ingenitæ virtutis amore inflammatus? ni aliquantum progreſſam vitæ fabulam intus latentia corruptionis initia abrumperent.
Heu quantum in rebus inane!
Curis publicis confectus, laboribus Regni fractus, dū in clementiore cœlo Patauij Antenoris quietem quæſiturus ſpiro, exſpiro.
Et non ſum.
Anno Domini, M. DC. XV. Iulij v.
Ætatis Annorum LII. Menſ: IX. Dier: XIV.
Eliſabetha de Ziemblice Boguſſea, vxor pia, corpus vile, orbitatis ſolatium, Patrio ſolo, ſepulchro, Sacrario rurſum poſtliminio reddidit.
Sed tu Hoſpes humana vanis ſpebus ali & falli
Cenſe, ſuſtine.

VLODAVIÆ.

D. O. M. S.
ANNÆ RADZIMINIÆ,
Staniſlai Radziminſki, Palatini Podlachiæ,
Et Theodorę Sanguſzkownæ (Magnorum Lithuaniæ Ducum ſanguis erat) Filiæ.
Matronæ lectiſſimæ,
Vxori optimè meritæ,
Dulciſſimæ, deſideratiſſimæ.
Ob raras ac pænè innumeras virtutes,
Inſignem erga Deum pietatem,
Incomparabilem erga ſe amorem.

Præsertim
Ob exactam secum sine fuco, sine bile,
Triginta & vnius Annorum ætatem.
Raphael Comes in Leszno, Palatinus Belzensis,
Capitaneus Hrubieszouiensis.
Fusis lachrymis P.M.
Obijt Kwidzini Borussorum. Quod Marien werdera est.
Maritum (à quo ne moribunda quidem
diuelli potuit) de pace cum hoste Sueco.
Regis Regnique nomine acturum.
Voto sibi non satis propitio comitata.
Anno Salutis, M. DC. XXXV. Ianuarij xiij.
Ætatis XLIX.

Ibidem in lamina argentea loculo affixa.

ANNA DE TYLINI,
Antiquissimæ Hornostaiorum Familiæ
Propago.
Samuelis Nepte Hornostai, Succamerarij Terrarum Kijouiæ,
pace belloque clarissimi.
Ex Theophila de Goray suscepta filia,
Hieronymi, S. Regiæ M. insignis militum Præfecti, Neptis.
Gabrielis, Palatini Brestensis, Camene. Capitanei, Proneptis.
Ioannis, Palatini Nouogrodensis, Thesaurarij. Marschalci, & Notarij
Magni Ducatus Lithuaniæ, Miscensis, vno eodemque tempore
Slonimensisque Capitanei, Abneptis.
Hoc clauditur tumulo.
CVI
Ob insignem erga Deum pietatem, verum in vera Religione zelum, deuotionem non simulatam, animi moderationem supra sexum, modestiam, aliasque raras virtutes supra ætatem, ob summum deniq; erga se amorem, Coniugi optimæ, dulcissimæ, delideratissimæ, Raphael Capitaneus de Leschno, Palatinides Belzensis, mœstissimus Maritus, fusis lachrymis, Monumentum hoc poni curauit.
Summa cum admiratione omnium, huius viæ pertæsa, cœlestem appetens, mortem non metuendo, imò potiùs eandem expetendo, diem suum clausit.
VŁODAVIÆ,
Anno Salutis, M. DC. XXXIX. Maij XIV. ætatis suæ XXIV.

CZAR-

CZARTORYSCII.

In lamina argentea.

D. O. M. S.
Adsta Viator, & dole.
Dilapsam in cineres facem,
Magnorum Lithuaniæ Ducum.
De Paterna stirpe,
De Materna.
Principum Moldauiæ
Prolis.
Samuelis Korecij,
Turcarum terroris,
Filiæ.
Andreæ Comitis de Leszno,
Palatinidæ Belzensis,
Coniugis,
ANNÆ.
Quicquid mortale fuit,
Hoc clauditur Mausolæo.
Vnico relicto filio cum altero post partum xxx. Maij.
Anno Domini, M. DC. XXXIX.
Cùm vixisset Annos XXI. heu duos & trimestre tantum
cum Marito,
Olim felicissimo, nunc mœstissimo,
Fatis concessit.
Abijt tamen illa, non obijt.
Quicquid enim decoris, quicquid miri, quicquid fausti cœlum
naturaque habuere, in hanc contulere omnia.
Hoc
Æterna memoria mori non sinet.
Vno verbo

Non

Non
Tumulum,
Sed
Virtutum cumulum
Vides.
Vale Viator,
Nec dole,
Dilapſam in cineres facem,
Feliciſſimæ vxori,
Infelix Maritus
Poſuit.

Triſtis vt fleret, tantum ipſi Parca dolorum
Oſtendit potiùs perfida, quam tribuit.

Obijt Czartoryſci, ibidemque ſepulta. Anno M. DC. XL. Menſe Feb.

KOCKOVIÆ.

D. O. M. S.
Quiſquis hic ſubſiſtis
VIATOR,
Contemplare
Mortalitatis exuuias, immortalis memoriæ,
Monumentum.
STANISLAI DE SBĄSZYN SBĄSKI,
Illuſtriſſima & antiquiſſima Nałęciorum Gente.
Nati.
Patre Abrahamo de Sbąſzyn,
Magno in Repub. Ciue.
Matre Eliſabetha de Ziemlice,
Illuſtri Boguſſiorum Proſapiâ.

QVI
Pietate in Deum, meritis in Patriam,
Officijs in Amicos, liberalitate in omnes,
Claris decori, Magnanimis amori, Fortibus desiderio
VIXIT.
Opibus, viribus, vigilijs, vitæ non parcendo,
In bellis Scythicis, Turcicis, Moschouiticis,
Rege Regnoque teste
Verè Miles.
Dum præclara Maiorum in Rempub. merita æmulis
Virtutibus æquat, secundum supra octo lustra
fermè complens annum, conscientiâ pacatâ,
Domo dispositâ, in ipsis ad Deum ardentibus suspirijs,
Vetè Christianus moritur.
Anno Domini, 1642. die 30. Mensis Septemb. nocte mediâ.
Helena Constantia de Przyima,
Vxore optimâ, nunc mœstissima Vidua,
Prolequè binâ, Ioanne & Anna relictis.
A quibus hoc amoris & memoriæ æternum pignus reportat.
Kockouiæ, 24. Nouemb. Anno D, 1642.
Sepultus.

HOLVBIIS.

D. T. O. M. S.
Adsta Viator: Quo properas? Nostri monumenta doloris aspice.
Effigiem poscis? puluis est, characterem virtutis? accipe.
Mihi Magistra vitæ pietas, Religio Dux, virtus Comes.
Deo vixi, mundum neglexi.
Pacem amaui, honores sprcui.
Quò tranquilliorem, eò beatiorem vitam duxi.
Procul à curis, procul à negotijs vixi.
Quorum omnium hos fructus percepi,
Conscientiam seruaui, inuidiam vitaui.
Molestiam effugi, gratiam merui.

Hunc

Nunc vocatus à Domino, ſedes ad æthereas properans,
Corpus humo mando, Animam Deo commendo.

V I X I,

Vixiſſe quid profuit, ni benè vixiſſe ſucceſſerit?
Vixiſſe iam perijt, benè vixiſſe durat.
Hæc paucula poſuit Illuſtriſſimo Parenti ſuo,
Magnifico Domino Ioanni Firley à Dambrowica
Filius mœſtiſſimus,
ANDREAS FIRLEY.

BRODNICIÆ.

Sereniſſima Princeps, D. Anna Infans Sueciæ.
Sereniſsimis, Ioanne Rege Sueciæ, & Catharinâ Iagellonia, Sereniſsimi Sigiſmundi Primi Regis Poloniæ, & Magni Ducis Lithuaniæ, ex Bona Sfortia Duce Mediolanenſi & Baren. filia, nec non Sereniſsimi Sigiſmundi Auguſti itidem Poloniæ Regis Sorore nata, eademque Sereniſsimi & Potentiſsimi Principis Domini, D. Sigiſmundi III. Poloniæ & Sueciæ nunc feliciter regnantis poſt natu maiorem, olim in tenera ætate defunctum.

Vnica Soror.

Quæ paterno & materno generi à Magnis Regibus
longa ſerie ducto,
Regijs & Heroicis virtutibus præclarè reſpondens,

F V I T.

Animo exculto, benigno, liberali, mira erga omnes comitate, rara & ſexum ſuperante conſtantia, virgo pudiciſsima, Princeps magnanima, Heroina illuſtris.

C V I V S

Manus & opes ſemper patuerunt orphanis & egentibus, clementia afflictis, myrothecia infirmis, munificentia bene meritis.

Q V A M

Cæteræ quoque virtutes adeò exornabant, vt nihil ad ſummam gloriam, & verum decus in ea defuerit, & licet religionis à Catholica diuerſæ tenax, attamen nec inimica fuit.

Brodnicij

Poſt longam morborum moleſtiam è viuis die vj. Feb. Anno Salutis, M. DC. XXV. Ætatis verò ſuæ LVI. ſublatam, Sereniſsimus & Potentiſsimus Princeps DD. Sigiſmundus Poloniæ & Sueciæ Rex, Frater Sororem optimam in hoc Sarcophago condi curauit.

CZĘSTO-

CZESTOCHOVIENSIA.

Generoso Domino Felici Necanda Trepka, & in Kamyk Hæredi, de domo Toporow, viro militari, strenuo & forti; moribus graui & maturo. In viros probitate conspicuos, benigno & gratioso: Generosus D. Ioannes Necanda Trepka, Iudex Terræ Cracouien. Nepos Auo suo dilectissimo, hoc monumentum fieri curauit. Anno Domini, 1597.

Barbara de Szydłowiec, Illustris & Magnifici Domini, D. Spytkonis, Comitis de Tarnow, Palatini Siradiensis vxor, spectatæ pudicitiæ fœmina, Anno Domini, M. D. LXV. Mense Februario hic requiescit.

In operculo Sepulchri.

Ostium mortale, quod primus Gentis suæ calcat Gaspar Donhoff, vt vitæ Magister sic mortis: hac felici via dux posteris Cuius fata sibi dura orba Coniunx, mœsti liberi, lachrymis scribunt in marmore læsi.

Luge Hospes,
Si virtutem æstimas,
Extinctam leges.
HIC SITVS EST
Magnâ Domo de Liuonum Gente ortus,
GASPAR DONHOFF,
Patriâ dignitate: Siradiensium Palatinus,
Peregrinâ: Romani Imperij Princeps.
Diuinorum: Catholicus Cultor.
Domus Regiæ: Optimus Senator.
Ephœbus. Adolescens.
Amœnus ingenio, validus consilio.
Sigismundi III. Imperatorij senis gratiam
Præ reliquis

Non tantum habuit, sed & meruit.
Quo loco (mortalibus lubrico)
Grandior annis,
Sic Rempublicam tractauit,
Vt cùm nullius non magni consilij,
Vel Author, vel magna pars esset.
Nihil sibi vindicare, omnia ad Principem referre.
Multa ad Senatus socios,
Hoc assecutus est.
V T
Cùm semper extra inuidiam esset,
Nunquam extra gloriam fuerit.
Domum Principis, & Aulam sic moderatus est,
Beneficus omnibus, vt nulli noxius esset.
Parandi amicitias, offensas declinandi, Magnus artifex.
Iniuriarum contemptor, non vindex
Pacis.
In Domo Regia,
(Vbi potentiæ colliderentur)
Perpetuus Pararius.
Omnibus idem, nunquam pars, vel partium Dux.
H I N C
Cunctis ex æquo venerabilis,
Magnum Aulæ instrumentum, non ostentum.
His artibus
Eandem sui charitatem,
A D
Filium Regem VLADISLAVM IV.
(Quod arduum mortalibus)
Propagauit.
Q V I
Et amauit virum Magnum, & æstimauit.
H I N C
Ad componendum orbem
Destinatus Legatus.
Cùm fata eum nollent componi,
Eam curam Patriæ impendit.

Eius

Eius consilio
Vindicata postliminio Prussia,
Liberata cruento bello Respublica.
De Cæsarum Domo
Sponsam Cæciliam Renatam,
Regi Domino fideliter deduxit.
Cuius cur Aulæ Præfectus esset,
Verè
(Nisi liuor adsit)
Totius fuit
Priuatim.
Sanctè, nemini grauis vixit,
Magnis domibus annexus.
Per suas & liberorum affinitates,
Suam fortunam
Isidem
In longam asseruit posteritatem.
S I C
Hoc Oraculum Sarmaticum,
C V M
Deo, Patriæ, Principi, sibi, suisque,
Pius, prudens, felix,
Vixisset.
Tot seculis dignus, quot annis
LVII. Ætatis.
M. DC. XLV. Salutis
Anno.
Ad D. IV. Nonas Iulias.
Varsauiæ,
Cum omnium bonorum luctu,
Mortalitatem exuit,
Ora Hospes.

Inscriptio in argentea lamina ad caput defuncti eiusdem.

Palatini Siradien.

Magne rerum finis, nihil.
Sacra res eſt depoſitum.
Non ergo
Tanquam nullius illud occupato,
Non
Tanquam pro derelicto tibi vſurpato.
Hoc pignus
Reuerſura depoſuit anima.
Quanquam igitur fide malâ,
Exangue adtrectaueris cadauer.
VEL
Heroica illa exoſſaueris membra.
AVT
In minutum attriueris puluerem.
Vel denique
Quod tuæ nihilæ ſummum potentiæ,
Ipſas in orbem terrarum ſufflaueris Atomos.
Tamen is idem
GASPAR DONHOFF,
Non derelictus, ſed depoſitus.
Suæ magnâ die reſtituetur Dominæ.
Nil agis,
Mortale nihil,
Sacra res eſt depoſitum.

Epitaphium Magnifici ac Generoſi Domini,
NICOLAI BOGLEWSKI,
Iudicis Terræ Czernenſis, &c.
Sepulti in Templo Łencieſzyceń.

Quiſquis es, ô Viator, paululùm hîc ſubſiſte, atque in hoc Vexillo veluti in tabula, dolorem noſtrum religioſum lege. Quidnî enim Patrem amantes filij, Benefactorem addicti clientes, Fundatorem humiles exoratores, comploratione hac non honoremus? Et ne diu mente ſuſpenſus hæreas perenni memoria digniſsimi, genere non minùs quàm virtute Illuſtris Herois Magnifici Domini D. Nicolai à Boglewice Boglewski, Iudicis

Terræ

Terræ Czernenſis, hoc tenue magnorum meritorum eſt elogium. Qui domi primùm in iuuenili ætate literis humanioribus excultus, tum verò & Germaniam peragratus, adoleſcentiæ tyrocinium poſuit in Aula Maximiliani Archiducis Auſtriæ, cui à ſecreto Cubiculo fuerat, etiam carceris ipſius indiuiduus comes. Adultior factus Marti ſe & Bellonæ conſecrauerat, potiſsimùm in expeditionibus Moldauicis & Valachicis, ſub Magno Exercituum Regni Duce Ioanne Szario Zamoſcio, per integrum ſeptennium ſtipendia bellica glorioſus miles merebat.

Donec tandem iuſta ætate adimpleta, domum reuerſus, in Thori conſortium de Domo Wodin Otoliam Zabicka nobiliſsimam virginem Succamerarij Zakrocinenſis filiam duxit, cum qua piè, laudabiliter, concorditer 50. integros annos vixit: omninò rude vel ideò à honeſtate maritali donandus.

Et ne quid gloriæ nominis ipſius deeſſet, Iudex Terræ Czernenſis ex virtute & merito à Sigiſmundo III. Rege creatus: in quo Tribunali 26. annos cum maxima auctoritate, integritatem iudicij nulla corruptione paſſus diminui, veritati amicitior quàm reo ſupplici.

Semper conſulere ſolitus, vt cauſarum non hominum totus eſſet Heros è ſua Domo: præter innatam hoſpitalitatem; ſi experientia poſcitur, verſatiſsimus: ſi peritiam Iuris Patrij, ſcientiſsimus: ſi negotia amicorum, probatiſsimus. Inſuper & à pietate commendatiſsimus extitit, vtpotè per quem Eccleſia Łencieſzycenſis à fundamentis extructa, aræ erectæ, depicti parietes, Sacrarium Crucibus, Calicibus argenteis, & alia ſacra ſupellectili dotatum.

Vtque æternùm in Deum & Deiparam Częſtochouienſem pietatis illius extaret monumentum; hæredem omnium bonorum ſuorum, cum perpetua Fundatione, Monaſterium Claromontanum ex aſſe inſtituit.

Sic ex ſe vno ſufficienter poſteritati prouidens, quando pro ſucceſſore Religionem S. Pauli Primi Eremitæ (dixerim potiùs) ipſam pietatem æternum per ſe victuram reliquit.

Atque ita plenus virtutum & annorum, Chriſtiana vita ritè functus & perfunctus eſt, poſtquam 85. annos implêſſet, omnibus Sacramentis munitus, pientiſsimè ex hac vita ad meliorem abijt, die 16. Aprilis, Anno à Partu Virginis, M. DC. L II.

D. O. M. S.

Quiſquis ades, ſubſiſte.

Si peregrinus, in publicum vulnus inquire.

Si Ciuis, defle.

Rebus humanis nimium maturè exemptus is, quem ſuperſtitem
Diuina & humana requirunt, extinctum dolent.

RAPHAEL, vetuſtâ claritudine Generis, LESCINIVS.

Patria

Patria dignitate, Belzenſis Palatinus, ac Hrubieſzouiæ Præfectus.
Peregrinâ Romani Imperij Comes.
Qui inuicta animi conſtantiâ, qua in Diuinis fuit,
Fidem Patriæ ac Regi probauit.
Munificentiâ in egenos, Hoſpitalitate in extorres illuſtris.
Liberorum indulgens Pater, ac educandi peritus.
Amicis omni officio promptus,
Maleuolorum per modeſtiam victor,
Hoc clauditur Mauſolæo.
Princeps, Senatus, Eques, luge,
Occidit Patriæ, ſi non Pater, bonus Ciuis.
In cuius vulneribus medendis, toties proſpero euentu,
Fide ac induſtria incredibili fuit, vt ſuffragio ac conſcientia hominum, Senatoris prudentiſsimi, &
Optimi Ciuis nomen mereretur.
Cùm Togatus Rempublicam tractaret, Summi Imperatoris munus impleuit, parta ſine cæde & ſanguine pace ac ſalute Prouincijs Pruthenicis, acerbo bello feſsis, ac ad imminens trementibus. Quibus omnibus præclarè geſtis, pacis ipſe terreſtris ſatur, æternæ indigus, ſibi ſalutem,
mœſtis liberis orbitatem
Properauit.
Obijt Włodauiæ xxix. Martij,
Anno Salutis, M. DC. XXXVI. Ætatis LVII.
Vale Viator, & æternitatem cogita.
MM. Liberi, hoc monumentum acerbitatis
Memoriam PP.

Inſcriptio argenteæ laminæ, loculo ſuper impoſitæ.

D. O. M. S.
Raphaeli Comiti Leſcinio,
Belzenſium Palatino, Hrubieſzouien. Præfecto.
Andreæ Comitis in Leſzno,
Palatini Breſtenſis in Cuiauia.
Et Annæ Firleiownæ (Andrea Firleio
Lublinenſi Caſtellano nata erat) Filio,
Parenti optimo,
Benigniſſimo, deſideratiſſimo.

Ob incom-

Ob incomparabiles animi dotes ac virtutes,
Iusignem erga Deum pietatem,
In liberos ac Propinquos amorem.
Erga omnes benè merendi ſtudium.
Præſertim
Ob indefeſſum in Patria, à turbis, qua internis,
Qua bellis externis aſſerenda laborem,
Non Ciuibus modò,
Sed & exteris.
Imperatori, Regibus, Principibus,
Summis infimis.
Rerum tam proſperos ſucceſſus, quàm
aduerſos expertis.
Notiſſimo, chariſſimo.
Quaterna maſcula proles, fæminea quinta
Fuſis acerbiſſimis lachrymis M P.
Wlodauiæ Lithuanorum, cùm poſt confectam,
ac redditam Boruſsiæ ac toti Regno pacem,
aliquam laborum quietem ſperaret,
ſpirare deſijt.
Anno Salutis, M. DC. XXXVI. Martij xxix. ætatis LVII.
Poſt vxoris ſuauiſſimæ obitum.
Menſe XV.

OLIVENSIA.

Encomium Illuſtriſſimi Principis Suantopolci, à Patribus huius Monaſterij eius contemporaneis, metricè ſcriptum.

DVX Suantopolcus perſoluit debita mortis,
Ingenuus, ſapiens, ac ad certamina fortis.
Atque Dei cultor, fidei defenſor, & vltor:
Veri zelator, magnus Cleri venerator.
Oſor iniquorum, vehemens corroſor eorum,
Iuſte cenſebat, oppreſſis ſubueniebat.

Sicut

Sicut debebat, oppreſſores reprimebat.
Cauſas cunctarum primo tractans viduarum,
Iuri Cauſarum poſt intendens reliquarum.
Terram defendit propriam mira probitate,
Nullum ſuſpendit, quia plenus erat pietate.
Sed delinquentes, & contra ius facientes,
Carcere claudendo, ſpoliando bonis, capiendo.
Sic caſtigauit: nullum vita ſpoliauit.
Imò prodentes hunc tradere qui voluerunt,
Non nece damnauit aliquos ſicut meruerunt.

Obijt Anno M. CC. LXVII. iij. Idus Ianuarij.
Cùm vixiſſet Annos XCVIII. cuius funus filij
Miſſiuinus & Vartiſlaus, ſolenni ritu Oliuæ

Curarunt.

Elogium Sereniſſimo CASIMIRO III. Regi Poloniæ, Magno Duci Lithuaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, &c.

JAgelloneâ CASIMIRVS origine Princeps,
Res benè Sarmaticas rexit, & auxit opes.
Fratri ſufficitur non illi pace, vel armis
Impar: inque Deum non pietate minor.
Fortuna potior certè, cadit ille ſub armis,
Agmina Turcarum dum ſine fine quatit.
Hoc terrente viri faſtum poſuêre ſuperbi,
Dives quam pelago Viſtula mittit aquas.
Cedit ei MARIÆ, non vi, ſed fœdere caſtrum
Cedunt Choynitiæ, vi ſatagente plagæ.
Mitia iura dedit Pruſsis, cupientibus vltrò
Extulit, & ſub eo rurſus Oliua caput.
Ducentem reliquæ fælicia tempora vitæ,
Fata pium terris eripuere Ducem.
Si tamen ereptus, quem regnet vt æthere cœli,
Antiqua vegetet ſemper Oliua fide.

Natus Anno XXVII. Coronatus anno XLVII.
Denatus Anno XCII. ſupra M. CCCC.

EPITAPHIVM

Reuerendiſs. D. Ditthardi Primi Abbatis Oliuenſis.

PRæfuit hic primus, qui vita non fuit imus,
Abbas Ditthardus, redolens vt florida Nardus.

Sobrius

Sobrius & largus ſenſu fuit inſuper Argus,
Carne fuit caſtus, deuitans dæmonis aſtus,
Ipſum ſeduxit, ſeductus ipſe reduxit,
Per ſolidos mores, dans noſſe vias meliores,
Curauit rebus, quo noctibus atque diebus,
Fratrum grex Chriſto, clauſtro ſeruiret in iſto.
Veſtitu tantum Monachatum non fore ſanctum.
Semper prædixit, dum viuus corpore vixit.
Idcirco in cœlis laudes canit iſte fidelis,
Cuius in hac foſſa, ſeruantur corporis oſſa.
Incluſa hoc muro, ſed ſurrectura futuro
Tempore, ventura vita non poſt moritura.
Laude tua Chriſte, benedictus ſit locus iſte.
Quem benedixiſti, tua gratia dum dedit iſti
Ditthardo, flores virtutum, res, & honores.
O lux prædiua, cunctos Fratres in Oliua
Sub Chriſti dextra præſerues intus & extra.

HIC VENERARE PATRES CVM BERNADO BENE DICTVM,
PER QVOS INDICTVM VITÆ GENVS, ORDINE PATRES.

Hoc S. M. veneranda antiquitas D. Gotthardo,
Primo Abbati Oliuenſi, Profeſſo Colbacen. poſuit.
Anno Domini, M. C. LXXXIX.

Reuerendiſſimi Dñi Alberti Abba. Oliueń.

M. trecenteno ſemel octo ſepruageno Stephani dum colitur inuentio quippe moritur. Albertus Gratus Abbas Roden. vocitatus viuat in cœlis, rogitet rogo quiſque fidelis.

Epitaphium Rñdiſs. Domini Caſpari Geſchkau, Abbatis Oliuenſis.

(*Sequentes duo verſus ſupra Imaginem extremi Iudicij ſunt.*

Filius enim hominis venturus eſt in gloria Patris ſui, cum Angelis ſuis, & tunc reddet vnicuique ſecundum opera eius.

Matthæi 16.

Reuerendus Dñus Gaſparus Geſchkau Abbas Oliuæ, & MARIÆ Paradyſi; Adminiſtrator Epiſcopatus Pomeſanienſis, viſitator Ordinis Ciſterſienſis in Regno Poloniæ & Pruſsia, nec non ſecretarius S. R. Maieſtatis Poloniæ, Reſtaurator huius Monaſterij Oliuenſis in tumultu Gedanenſi Anno Domini, M. D. LXXVII. diruti. Obijt anno Domini, M. DLXXXIV. Die VII. Menſis Aprilis, Ætatis ſuæ LXIII. Præfuit hic Monaſterio annos XVIII. Eius anima requieſcat in pace Amen. M. D. LXXX.

EPITAPHIVM

Reuerendiſſimi Domini Dauidis Konarſki,
Abbatis Oliuenſis.

D. O. M.
Honor & Gloria.

Dauid Konarski Nobiliſsima & Illuſtri Konarſciorum Familia natus. Ex Canonico Cracouienſi & Varmienſi, ad Abbatiam Oliuenſem vocatus, rara prudentia & vita religioſa, per XXVII. annos Monaſterio ſumma cum laude & immortali memoria præfuit. Quod tumultu Gedanen: dirutum, & à D. memoriæ Stephano Rege certa pecunia per conditiones attributa, à Deceſſore ipſius Gaſparo Geſchkau inſtaurari cœptum, ipſe ex ſuis, Monaſterijque reditibus longe maiore ſumptu perfecit, ampliauit, auxit, ornauit. Poſſeſsiones pleraſque ac potiſsimas, temporum iniuria à Monaſterio abalienatas diſtractaſq; ſumma vigilantia, labore, induſtria, ſumptu omnes recuperauit. Fratribus ne victu rebuſque neceſſarijs deſtituti officijs pietatis deeſſent, prouentus peculiares, certos ac perpetuos deſignauit: atque ita conuentum ad ſummam paucitatem anguſtiaſque redactum, diſciplinamque omnem penitus collapſam, ei quæ nunc eſt, frequentiæ, ſplendori, integritatique reſtituit. Infula inſuper, inſtante Sño Rege Sigiſmundo III. pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis, à fælicis recordationis PP. Clemente VIII impetrata, Monaſterium decorauit. Verè Abbas, verè Pater, digniſsimus quem æternâ memoria, & pijs precibus conſequens poſteritas proſequatur.

Natus Anno Domini, M. D. LXIV. die xvij. Menſis Aprilis.
Obijt Anno D. M. DC. XVI. die xvij. Menſis Maij.

In lapide Sepulchrali.

Hic ſitus eſt, lapſam qui vita clarus Oliuam
Præclaram fecit, clarior aſt moritur.

In lapide Ioannis Grabinſki, Abbatis Oliuenſis.

Joannes ſaxo tegitur Grabinſcius iſto,
Abbas è gremio, ſumptus Oliua tuo.
Stemmate clarus erat, clarus virtute, per ipſum
Hæc ædes varijs ſtat decorata modis.
Actibus inde ſuis linquens monumenta futuris,
Octo annos Præſul vixit, & immoritur.

Anno Domini, M. DC. XXXVIII. xi. Septembris.
Ætatis XXXIX. Monaſticæ Profeſs. XVIII.

In eodem

In eodem lapide Inſcriptio Alexandri Grabinſki, Abbatis Oliuenſis.

Frater Alexander ſimul hic Grabinſcius Abbas
Conditur, heu Menſes non niſi quinque præeſt.
Obijt Anno D. M. DC. XXXIX. Kal: Iunij. Ætatis XXXVII.

In lapide ſepulchrali Michaelis Konarſki, Abbatis Oliuenſis.

Virtus me decorat, belli quæſita labore,
Et mutuat Patrui lumen imago mihi.
Obijt Anno Domini, M. DC. XLI. xxiij. Maij.

In lapide ſepulchrali Adm. Rñdi Ioannis à Preuek, Canonici Varmien.

Reuerendo ac Nob. Ioanni à Preuek Hoſij, Card: ſorore nato, Prothonot. Apoſtolico, Canonico Varmien. hinc belli tempeſtate exacto, per quadriennium Romæ exuli, inde tranquillitatis ſpe in Patriam redacto, ſacra Oliua ipſi viuenti familiaris, feſſo hoſpitium, ægroto obſequium, morienti ſuffragium, defuncto ſepulchrum, vt potuit, beneficij grata exhibuit. Cui hoc R. D. Andreas Łyſakowski, Canonicus Varmienſis, Teſtamenti Executor poſuit. Anno Domini, M. DC. XXXI. xvj. Kalend: Octob.

Gotthica me Romam pepulerunt arma, Boruſſis
Spes & amor Patriæ reddidit: hic tumulor.
Warmia erat viuo ſedeſq; decuſq; ſepulchrum,
Optaui in gremio ſemper Oliua tuo.
Obrigit; hinc Chriſto fidentior obuius ibo,
Bernardi agminibus ſeptus vtrinque Patris.

Admodum Rñdus D. Zacharias Cultius, S. Th. Doctor, Canonicus B. M. Halberſteynenſis, Præpoſitus ad S. Iacobum, in Oliua annis XLI. belli & peſtis tempore conſtans. Obijt in bonis ſuis ad Altas aquas, die 2. Maij, Anno Domini, 1638. Ætatis 73. Cui hoc benè mœrenti Conuentus Oliuenſis poſuit.

EPITAPHIVM

Adm̃. Rñdi D. Parochi & Officialis Gedanenſis.

D. O. M.

Nicolao Milonio, Dantiſci apud D. Mariam Parocho & Officiali, cum virtute, ac in fide Catholica defendenda, conſtantia, morũm grauitate, vita integerrimè acta, literarum Iuris Pontificij, diuinæ Scripturæ cumulata doctrina, religiosè viuenti, religioſiùs Supremo die, qui fuit xxiij. Octob. functo, Anno Domini, M. DC. XI. ætatis LXVI.

Nil breuiùs vita, vita nil longiùs, illam
Noxa tulit; virtus hanc tibi perpetuat.

Epitaphium Generoſi D. Heydenſteynij.

D. O. M. S.

PRuſſia mi Patria eſt, Heydenſteyno Patre natum,
Edidit in gelidas, Anna Krokowna plagas.
Grata Solecinium Domus, optatiſſima nobis
Nupta, Konarſcinij nominis, vxor erat.
Chara Erdmunda Thori, quæ pignora terna iugalis
Virginei ſexus, filiolumq; dedit.
Poſt natale ſolum, Germana atque Itala tellus,
Gallia poſt artes me docuére bonas.
Queis Stephano placui Regi, Regiq; Siſmundo,
Forſan & à ſera poſteritate ſciar.
Nondum prima meas cinxit lanugine malas
Ætas, iam norat me Stephani aula ſuum.
Aſſiduè hinc tracto dum magna negotia Regum,
Quando etiam Orator publica iuſſa fero.
Sunt tamen ingenij quoque, quæ monumenta reliqui,
Plura quidem, ſed quæ plurima fama ferat.
Scripſimus indomitos modo fractos viribus hoſtes,
Moſcos, & Latio geſta Polona ſtylo.
Inter triſtia, læta, labores, inter & horum
Præmia, mors tacito venit & ipſa pede.
Vita quid eſt? vmbræ niſi tranſcurrentis imago?
CHRISTE tibi tantum ſit placuiſſe precor.

In lapide

In lapide sepulchrali.

D. O. M. S.

Generosus Reinoldus Heidenstin in Solecino, Pamiętowo & alibi Hæres. Duorum Regum Stephani I. & Sigismundi III. Secretarius. Et Erdmunda de Konarscin coniuges communis sortis memores, Monumentum hoc, in quo mortui conderentur, viui sibi pararunt construxeruntque. Illati in id sunt ipse, Anno Domini, M. DC. XX. die 25. Dec. ætat. 64. Paulisper adhuc subsiste lector: est quod paucis te velimus, qui nunc misericordiam Supremi Iudicis expectantes hic iacemus. Quod tu nunc es, ipsi ante quoque fuimus. Reuerere manes: sine nos quiescere: neuè moueto, neue alium inferto, nisi forte ex liberis nostris: ipse etiam faueto, lingua, precibus, suffragio mortuis; quod nobis nunc præstas, ab alijs postea expectaturus. Non est quod amplius te moremur, perge felix, & dum viuis, mortis memento.

Pietati & Memoriæ Sacrum.

Generoso D. Nicolao Koss, maiorum gloria, propriâ in Deum pietate, in Ecclesias, clerum, egentes beneficentia, liberalitate, in patriam fide, in amicos integritate illustri: omnibus bonis desideratissimo. Obijt M. D. XC. IX. Nouemb: XXV. Ætatis LX. Nobilis: D. Iustinæ Konarska ipsius honestis: coniugi: quæ omni pietate insignis vna cum Marito ad extructionem huius Ecclesiæ organorum florenos mille contulit. A viri morte pijs misericordiæ operibus iugiter intenta. De hac Ecclesia, alijsque locis ac personis Deo dicatis benè merita. Cum à Reuerendissimo Domino S. Ordinis Cisterci: Generali sortem meritorum ordinis pijs votis obtinuisset, deuotam ac Religiosam agens vitam. Altare S. Coronæ CHRISTI erexit. Nata annos LXXV. decessit M. DC. XXI. Anno Die VIII. Octobris.

Appositi Parentibus Filij.

Ioannes Koss puerulus ante exactum ætatis annum in cœlum abijt. M. D. LXXXI. Generosus Dominus Andreas Koss, vera paternæ pietatis, candoris munificentiæ imago: publicæ ac priuatorum pacis studiosis: Officio erga amicos constanti. In summa expectatione annum agens XXXVIII. febri virulenta abreptus est. Anno Christiano M. DC. XVIII. Februarij XXIII.

Adm̄.

Adm̃. R. D. Fœlix Koss, Abbas Poplineń.
eodem anno Kal: April.

In anteriori parte erecti monumenti hæc duo Districha habentur.

QVid bone lector aues? an longum forsitan esse?
Esse tuum vt nostrum, desinet esse breui.
Incertum, velox, Angustum tempus, & æuum.
Excipit æternans esse, perenne fore

(In posteriori verò hæc duo sunt)

Cur inflaris homo? cur terra cinisq; superbis.
Sta, pensa, vt vermes viscera nostra vorant.
Deciperis votis, momento falleris vno.
Mors ridet curas, anxia vita nihil.

In lapide sepulchrali Abb. Poplineń.

Admodum Reńdus D. Fœlix Koss Abbas Poplinensis, Commissarius Generalis Ordinis Cisterciensis, per Polon: & Pomer: S. R. Maiestatis Poloniæ Secretarius. Hic Oliuæ febri correptus. Obijt Anno M. DC. XVIII. Kal: Aprilis ætat. XL.
Abbas bis quatuor tres Commissarius annos.
Vixi atque è medijs cursibus abripior.

Venerabili Patri Philippo Adler, Priori Oliuæ.
Quam curâ & industriâ singulari
Rigatam
Deo incrementum dante,
Florentem, vberem, fructiferam
Reliquit.
Conuentus benè mœrenti mœrens,
Piæ gratæque memoriæ
Posuit.
Obijt 11. Septembris, Anno M. DC. XXX.
Ætatis LXIV.
Prior XXXVIII.

In Ossorio

In Cœmeterio Oliuensi.

Sta, Lege, Considera.

RIsi, ploro: fui, non sum: studui, requiesco.
Lusi, non ludo: cecini, mutesco: nutriui
Corpus, alo vermes: vigilaui, dormio, Dixi
Salue, dico Vale socijs, quod iure ego vixi.
Lege etiam morior, non obsto, obstare requiro.
Terra fui quondam, rursus sum terra: nihil sum.
Terra caduca vale: vermes saluete, recumbo.

Expecto, veni.

Miseremini mei, miseremini mei, vos saltem amici mei.

MIRACVLVM

De Pane in lapidem conuerso in Monasterio Oliuensi, Anno Domini, 1217.

Sta, & considera mirabilia Dei. Iob. 37.

M. duo C, bis L, XV. post tempora Christi
Tempora sunt cara, mors vndiq; regnat amara.
Bladi pro marca, modius mercatur ab arca,
Hic lapis efficitur, tunc qui de pane videtur.

In Monasterio Oliuensi in Prussia lapis monstratur, qui antea panis verus fuerat, & tali modo effectus. Erat tempore quodam penuria maxima, multiq́ue homines præ inedia moriebantut, dabaturq́; ex eodem Monasterio vnicuiq́ue pauperi petenti Eleemosyna, panis nimirum & scyphus cereuisiæ. Venit tempore illo Peregrinus quidam (Prutenus à Gerdauen) à via longinqua peregrinatione, videlicet S. Iacobi, petens & ipse Eleemosynam, qua accepta, iter arripuit Gedanum versus. Ambulante illo in itinere, obuiam habuit quandam fœminam pauperem, portantem filium vnum in brachio, alterum manu ducentem, tertium verò Matrem sequentem, qui eiulando matrem inclamabat: Panem charissima mater panem porrigito, mater verò stans, cœpit rogare Peregrinum illum ob honorem S. Iacobi, vt pauxillum panis daret puero, cessaretq́ue flere quousq́ue ad Monasterium venirent; ille verò, qui panem habebat, per Deum iurabat se nullum aut nihil habere. Tum illa, nonne in Monasterio fuistis? ibiq́; panem accepistis? Peregrinus ait; comedi illum. Illa rursus: in sinu partem habetis, & pauperi petenti ob Honorem S. Iacobi subuenire non vultis. Ipse verò aiebat, ex lapide quem porto, magnus apparet sinus. Et ecce de instanti fames cœpit eum arripere

ripere intolerabilis, mittens ille manum ſuam in ſinum, & vti mulieri dixerat, ita ei contigit, quia panem, quem pauperi erogare aut elargiri nolebat, de inſtanti conuerſus eſt in lapidem, ea propter pœnitentia ductus, regreſſus eſt in Monaſterium, & nunciauit omnibus quæ illi in via acciderant: acceptaq; ibi ſalutari pœnitentiâ, receſsit, lapidem verò illum (qui antea panis fuerat) Fratres Conuentuales acceperunt, & vſque in hodiernum diem ad deſignandum hoc miraculum, ſeruatur in eodem Monaſterio. Factum hoc Anno Domini, 1217.

D. O. M.

Admodum Reuerendus D. Iacobus Lettau, Artium liberalium & Philoſophiæ Magiſter, S. Theol. Licent. Parochus in Langnau & Roſenberg hic ſitus eſt. Obijt Anno Domini, 1640. Die xvj. Ianuarij.

Hic expecto, donec veniat immutatio mea. Iob. 14.

D. O. M.

Reuerendus D. Matthæus Rautenberg,
Archidiaconus & Officialis Cameneń.
Obijt Oliuæ Anno Domini, M. DC. XXXII. xxv. Februarij.
Sancta & ſalubris eſt cogitatio pro Defunctis exorare.
II. Mach: xij.

In lapide D. Ioannis Schelzorw.

Quod ſibi quiſque ſerit præſentis tempore vitæ,
Hoc ſibi meſſis erit, cùm dicitur ite, venite.

VIATOR,

Siſte gradum parumper.
Et hominum te memineris ex alieno fato.
GASPARVS FORSTERVS,
Ciuis & Bibliopola Gedanenſis,
Atque Muſices in Templo Vrbis primario Præfectus,
Vitæ integritate, literarum ſcientia,
Ac morum ſuauitate incomparabilis.
Qui

Hetero-

Heterodoxorum erroribus implicatus,
Cùm oculis ſub decrepitum ætatis caligare cæpiſſet,
Lumen Orthodoxæ Fidei diuinitùs aſpexit,
Et vanitatibus huius mundi renunciatis,
Bono pacis æternæ omine,
In Oliuenſi Ciſtercienſium Cœnobio,
Ritu Catholico Exomologeſi expiatus,
Placidè ex his terris in cœleſtem Patriam
Anno Salutis, M. DC. LII.
Demigrauit.
Tu ſi eodem aſpiras, Viator
Æmulare pietatem,
Et piè defuncto præmium immortalitatis precare.
S. S.

In Marmore.

D. O. M.
Æternæque Memoriæ,
Viri Præclariſſimi,
GASPARI FORSTERI,
Muſices peritiſſimi.
Et Capellæ in Vrbe Gedanenſi Præfecti,
Vitæ innocentia, morum integritate,
Et animi candore inſignis.
Anno Dei in carne patefacti,
M. DC. LII.
Ad Regalem cœli Curiam acciti.
GEORGIVS FORSTERVS,
S. R. M. Bibliopola,
Pietatis, Naturæ, atque Officij memor,
Parenti deſideratiſsimo, atque optimè merito,
Hoc Mnemoſinon
Mæſtiſſimus poſuit.
S. S.

STAROGARDIÆ.

IN PAROCHIALI ECCLESIA.

Quisquis hic transis, & quis sim scire aues?

Sta, lege, considera.

Georgius fui de Lubieniecz Niemoiewski, ex Equestri Familia Roliana. Patre Culmensis Terræ Castellano, Matre Kostkana Prosapia Oriunda prognatus, in fide Romana educatus.

Ætatem transactam vis?

Adolescentia liberalibus disciplinis, iuuentus militaribus studijs Virilis Reipublicæ negotijs dedita, Terras quoque exteras, Earumque homines, mores & vrbes si vidisse laus est.

Sustine Viator.

Germaniam vidi, Italiam lustraui, Hungariam peragraui, Ottomanicum Imperium adiui, vbi Patriæ negotium expediui.

His visis & actis, in Paterno Solo requieui, optimam Coniugem nactus, liberisque auctus, beatum me putaui, sed in hoc erraui.

Nam mors inimica, liberis prius ademptis, mihi quoque vsuram huius lucis vix octauam annorum hebdomadam exeunti, eripuit. Normam tamen viuendi nec obscuram, vixi Deo, vixi Patriæ, vixi Amicis, visne plura? virtutem colui, veritatem amaui, gloriæ studui. Quid tamen? Homo fui, ô spes, ô curas hominum fallaces, nunc sum puluis & cinis! Mirum? te quoque manet idem finis. Vixit annos XL. Mortuus XIX. Mensis April. Anno Domini, M. DC. XV.

Abi, & ora pro me, Pater & Aue.

GEDANENSIA.

IN TEMPLO SS. TRINITATIS.

Illustrissimus Dux Georgius de Zbaraż, Castellanus Cracouiensis, &c.

Hoc beneuolentiæ curauit poni monumentum.

Ioannes de la Blanque Nobilis Gallus, in Suecia apud Ioannem Regem

supra

ſupra exercitus Legati officio ſub tribus belli Ducibus magna laude functus eſt. Poſtea Sigiſmundum legitt: Regem ſecutus, præclarum fidei inremeratæ edidit ſpecimen. Tandem anno ætatis 86. Gedani placidè expirauit, relicta honeſta ſui memoria ac deſiderio, Anno M. DC. XXVI. Die 21. Februarij.

In Vexillo.

Ioanni Cabrol de la Blanque, Nobili Gallo.

Sub Rege Nauarræo militum Duci, inde in Suecia Generalis locum tenenti, poſt annorum xxviij. in Aula & bellicis expeditionibus Regi Sueciæ legittimo nauatam operam, emerito ſeni hoſpitium, mortuo ſepulchrum præbuit Gedanum, deceſſit Anno Domini, 1626. ætatis ſuæ 86.

Ex altera parte.

Hunc geſtum in Moſchis bellum ſub Rege Ioanne
Illuſtrat magis, aſt intemerata fides.
Hanc Sigiſmundo potiùs ſeruauit,
Quarum non exiguos diuitiaſque ſibi:
Scilicet haud tantum terreni, ſed quoque fidus,
Cœleſtis miles Principis ille fuit.

BARTHOLOMÆO KECKERMANNO,
Philoſopho celeberrimo.
SS. TH. L. Clariſſimo.
Qui mortalitatis exuuias hoc loco poſuit,
Mentem cœlo, vnde profecta eſt, reddidit.
Famam nominis æternitati conſecrauit.
Mirandi imperij, iudicijque acutiſsimi.
Doctrina, ſcriptis, vita, moribus,
Patriæ, Gymnaſio, omnibus profuit.
Omnibus bonis amabili, deſiderabili.
Monumentum hoc ſinceri amoris, amari doloris
Ioannes & Gaſpar Czyrenbergij fratres,
ſuis impenſis PP. Anno 1622.
Natus Anno 1572. 1. Auguſti. Obijt Anno 1609. 6. Iulij.

Generosus Dn. Guilhelmus ab Heuel.

Postquam auspicio Sacræ Poloniæ & Sueciæ Regiæ Maiestatis & Reipublicæ Poloniæ tanquam Capitaneus extraordinarius militum Germanorum in Liuonia Moscouiaq; per IX. annos meruisset pie mortuus est. Gedani die IV. Iunij. Anno M. DC. XXXV. ætatis XLVI.

Hic positus requiescit vsque dum aggregetur militiæ cælestis exercitus.

Corpus habet tellus sed spiritus astra petiuit.
Spes tenet extremo surget vterq; die.

Epitaphium Magnifici & Amplissimi Domini, Martini Rauenwalt Burgrabij & Senatoris Reipublicæ Dantiscanæ, qui obijt Anno D. 1520.

EFFigies ne te post fallat amice Viator,
Accipe quem referam picta tabella virum.
Floruit insignis Gedanæ Burgrabius vrbis,
Cuius in hoc tumulo molliter ossa cubant.
Fœlicem coniunx ter quinta prole beauit,
Producens casti munera grata thori.
Ipse Senator erat prudens & Tullius ore,
Iustitiæ & Patriæ commoditatis amans.
Ipse erat & scelerum vindex, & cultor honesti,
Iuraq; reddebat ciuibus æqua suis.
Nunc populus tristi sublatum funere plangit,
Quod turbata sua est hoc moriente salus.
Terra licet teneat sua debita iam tamen ipse,
Spiritus Astra colit fama perennis erit.

IN TEMPLO PAROCHIALI B. V. MARIÆ.

Supra Sacristiam.

Anno Domini, M. CCC. XLIII.
Feria Quarta post Lætare, positus
est primus lapis muri Ciuitatis
Danczyk.

Et postea proxima Feria Sexta positus est primus lapis muri Ecclesiæ B.V. Mariæ, cuius Dedicatio celebratur Dominica proxima post Festū Natiuitatis Mariæ.

Domi-

Dominus Ioannes Siſenberg Famatus, Ciuis Vladiſlauienſis, vir admodum egregius, fide Catholicus, in pauperes munificus, in omnes beneuolus. Dantiſci diem ſuum obijt xxij. Octob. Anno Domini, M. DC. ætatis verò ſuæ XLVIII. Cui fidiſſima Coniunx & Propinqui, in perpetuam memoriam hoc Epitaphium & monumentum poſuêre.

Spectabilis D. Ioanes Philippi & vxor eius D. Margareta Ciues Gedanenſ: orbati prole fratres Dominicanos Hæredes bonorum ſuorum omnium mobiliũ & immobilium fecerunt, Conuentuiq; eorum Gedanen: & Eccleſiæ S. Nicolai perpetuo legauerunt, corpora eorundem hic ſepulta quieſunt. Animas vero & proles eorundem Catholicas æternam obtinuere requiem.

Patres & fratres Dominicani in quotidianis Orationibus & Miſsis precaturos ſe pro eis & ſucceſſores ſuos obligauerunt. Obierunt Anno Domini, M. DC. XIV. ipſe primo XXIII. Februarij. Ipſa verò die XIII. Iulij.

Hic ſepultus iacet Generoſus Ioannes à Konopat Magnifici Georgij à Konopat Caſtellani Culmenſis Filius, qui cum obuiam Sereniſsimo Regi Sigiſmundo III. è Regno hæreditario Suecico in Poloniam redeunti vna cum Magnifico Parente Gedanum veniſſet morbo correptus vltimum diem Obijt Anno 1694. 27. Auguſti cui Parens mœſtus hoc poſuit Monumentum.

Hic exantlatos tandem poſt mille labores.
Martini Rami molliter oſſa cubant.
Grammaticam docuit ſed declinare ſepulchrum,
Effætus ſedis ipſemet haud potuit.
Exiſtens viuus conquæſtus ſæpè labores,
Forti quos animo nunc ſuperauit ouans.
Pro ſtudijs varijs indefeſſoq; labore,
Quem templo vigilans præſtitit atq; Scholæ.
Reddita digna illi eſt merces in luce beata,
Lætus ibi cœli ſede locatus agit.
Fœlix qui Spartam ritè exornare laborat,
Huius enim laus & fama perennis erit.

Obijt Anno poſt Chriſtum natum M. DC. XXXI. 24. Aprilis.

Mors Sceptra ligonibus æquat,
Quies, Immortalitas, Labor.

DOMI-

DOMINVS IOANNES BRANDES,
Intimæ huius Ciuitatis Proconſul, Domini Dethardi Brandes Senatoris, & Dorotheæ Filiæ Domini Matthiæ Cimermani Proconſulis, legittimus Filius,
In hanc lucem prodijt.

Anno partæ Salutis M. D. III. Ianuarij die XXIX. qui ducta Anno M. D. XXXII. Heduige Domini Georgij Proitem Senatoris filia, ex ea Dorotheam, Eliſabetham, Heduigem, Barbaram, Annam, Ioannem, Catharinam, Georgium, Mariam Dorotheam, IIm̃. & Elizabetham IIm̃. procreauit: eaque Anno M. D. XLIX. pie defuncta, Alteram Dorotheam Domini Georgij Scheperij Senatoris filiam, Primo Georgio Klick (cui Georgium filium) deinde Domino Ioanni Cirenbergio Senatori (cui Ioannem, Henricum, & Danielem peperit) nuptam ſibi matrimonio Anno M. D. L. iunxit, & ex hac Dethardium, Brigittam, Ioanni Schwartzwalt iunctam Gerhardum & Matthiam genuit. Vir Nobilis & ampliſsimus. Et vt auita dignitate, ita proprijs virtutibus conſpicuus in Senatum cooptatus Anno gratiæ M. D. XXXVIII. cumq; prudentia & rerum gerendarum peritia emineret. Anno M. D. XLVIII. Ad pro Conſularem dignitatem euectus eſt. Cui duce virtute, Comite fortuna vtramq; vero diuina patria gubernante XXIX. Annis cum laude præfuit.

Tandem verò annis ſatur, curiſq; & laboribus fractus, Anno M.D.LXX. VIII. Aprilis die 28. ætat: vero LXXIV. Circiter.
Vitam hanc miſeram cum beata immortalitate commutauit.
Quem Anno ſubſequenti M. D. LXX VIII. Maij. die XIV.

Dorothea Coniunx.

Fœmina virtutum Matrimonialium laude clariſsimâ Annum LXIII. Ætatis agens, piè & ipſa in Chriſto obdormiens, ſubſecuta eſt.
Quibus & Publicè & Reipublicæ & bonis omnibus, ita priuatim de ſe ſingulis benè meritis Parentibus, pietatis & perennis deſiderij Monumentum Liberi mœrentes PP.
In terris labor eſt: Requies in morte: Fide Spes.
Nititur in cœlis vita perennis erit.

P. M. S.

Georgio Wildtbergero Ruperti in Auſtria vrbe Linnza ad Danubium Senatoris filio: Qui puer in Tubingenſi, adoleſcens in Argentoratenſi Academia pietatem & bonas artes didicit, Iuuenis in Italia induſtriæ laude, & morum probitate omnibus inprimis quibuſdam ſummo apud Suecos loco natis, gratiſsimus fuit, à quibus poſtea inuitatus in Sueciam ſe contulit, vbi Sereniſsimo Regi Ioanni & deinde huius filio Sigiſmundo

mundo III. Poloniæ Regi fideliter inseruiendo, Secretarius intimus diuersis legationibus diligenter perfunctus est: viro prudentia, virtute, & vitæ integritate præstantissimo ac vere nobili, Petrus Wildtbergerus & Thomas Pulshlamer, hæredes mœsti posuere: Mortem obijt Anno M. D. XCIII. die 8. Mensis Februarij cum vixisset annos XLIV.

Quod es, ego fui:
Quod sum, tu eris.

M. D. CXIII.
P. M.

CHristophorus posuit moriens hic Stormius ossa,
Ciuis in hac genitor nobilis vrbe fuit.
Publica consilijs qui Syndicus Acta regebat,
Moxq; Senatoris munere clarus erat.
Christophorum verò Augustus Rex fouit, eiq;
Stemmata post Patris nobiliora dedit.
Stemmata quæ picta hæc ostendit imagine forma.
Liuor abi: passis sit sua fata Quies.

Ambrosio & Christophoro Stormijs, Patri & Fil. legit. hæredes PP:
Obijt iij. die Decembris, Anno Christi, M. D. XC. ætatis 63.

Simoni Bahr, Factori Regio, vrbis Dantisc: Ciui florent. Qui ob virtutem, officia, fidem erga Reges Sereniss. Ioannem & Sigismundum III. ab Sigismundo eodem Rege Sereniss. Regni Poloniæ Comitijs Anno M. D. XCI. Nobilissimæ antiquæ natalis splendore Familiæ Polonæ Rawitz cooptatus, Illustribus Dembienscijs inserebatur, ornando tenutis magnis Berwaldensi, nec non Marcuskof & Drausnen. Coniug. habuit sine querela fæminam lectissimam ac pudicissimam Iuditham Bartschin, quæ illi IX. liberos creauit, Henricum eis pubem denatum, Barbaram nuptam Nobili Henrico Giesio, deinde Nobili Absoloni Langnaw. Simonem I. Nob. Sophiæ Poisin, post Nob. Catharinæ de Lubocz, tertium Dorotheæ Lewaldtiæ maritum. Iuditham Nob. Ioannis Speimanni, von der spe Equitis Aurati ac Proconsulis vxorem Claram, Nobili Eggerto à Kempen Procons. & Præsidi huius Ciuitatis nuptam. Henricum alterum, Nob. Agathæ Braunin maritum, Annam virginem mortuam, Martinum Generosæ Annæ Krusin Suecæ consortem. Denique Sigismundum sub terra locatum adhuc puerum. Fecit Pater Annos LXIII. Mater LIIX. vterque pij, Deo, Regiq́ue grati, placidè obdormiêre intra octiduum, Anno XP. M. DC. VI. Hæredes hoc MM. posuêre. Anno Domini, M. DC. XX. Mense Ianuarij.

Anno

Anno Domini, 1611.

MEMENTO MORI.

Epitaphium Thomæ Wolderi Stolpensis.

DA lachrymas tumulo, qui transis chare Viator,
Scilicet hæc tellus exulis ossa tegit.
Quem proferre quidem potuit Pomeranica Stolpe,
Sed non & potuit condere membra solo.
Ille volens Patriæ, & capto succurrere fratri
Implorauit opem, Carole Diue tuam.
Nec tu destitutis profugum, sed litera mundans,
Protinus Augusto nomine scripta dabat.
Quam tamen vt vidit Patriæ, Fratriq; sibiq;,
Tristia non aliquo damna leuare modo.
Dulcibus heu procul à Natis & Coninge fida
Absumptus nimio fata dolore subit.
Verùm non potuit melius decedere vita,
Nam benè pro Patria qui iacet ille iacet.
Et quia spes illi tu Maxime Christe fuisti,
Pro Patria cœli mens pia munus habet.
Iam cessent lachrymæ, iam non lugendus exul,
Cui præbent Patrios sydera celsa lares.
Nomen erat Thomæ, frater monumenta superstes
Intra Dantiſci mœnia stricta dedit.

Obijt Anno Domini, 1544. Septembris 14. ætatis 32.

QVIES.

Virtutes sunt meliore fato.

Eggerto à Kempen quondam à Rege Sigismundo I. designato Consule huius vrbis qui natus annos tres & octoginta Obijt.

Ioanni à Kempen viro Consulari de vrbe hac deq; Rege suo cum maximo fortunarum suarum discrimine benè merito.

Barbaræ Brandes Fœminæ lectissimæ & incomparabili.

OPTIMIS PARENTIBVS.

Nepos Filius vnicus Mœstus ex ruinis sibi & charissimæ coniugi Claræ Bakrin & Hæredibus mortalitatis memor S. F. C.

Custodit Dominus omnia ossa eorum. Psal: 33.

QVem virtus, quem Dia genit Medicina peremptum
Quem coluere vrbes. Quem coluere Duces.

Felix

Felix ingenio, felicior arte Iacobus
Schadius, hoc tumulum nactus in æde cubat
Charo mœsta viro coniunx, natusque Parenti
Hæc monimenta dedit, plus dare non potuit.
Obijt vij. Iunij Anno Christi,
cIↃIↃ. XIIC.

PAulo Chone, dicto Iaskij, Auo & Patri
Henrico Paulo Marco & Iacobo Fratribus.
Andreas, Seren: Elector Brand: Ioach: Fride:
Ioan: Sigism: & Georgij Gulielmi à consul: secret:
Et Israel Chone, D. Ioaskij Consulis Reip: Geda:
Hoc obseruan: amorisque posuêre monimentum.
Anno Dñi, M. DC. XXVIII.

Ossa arida audite Verbum Domini. Hæc dicit Dominus Deus ossibus his: Ecce ego intromittam in vos spiritum, & viuetis: & dabo super vos neruos, & succrescere faciam super vos carnes, & superextendam in vobis cutem; & dabo vobis spiritum, & viuetis, & scietis quia ego Dominus. *Ezechielis* 37.

Spectabilis Vir Edwardus Blemke natus est Anno Christi M. D. XXVI. Feria sexta post Reminiscere. Matrimonio sibi iunxit spectati & honesti viri Gregorij Barthen Filiam Sophiam, natam anno M. D. XLIV. Dominica Palmarum: ex qua tredecim procreauit liberos: In ordinem Scabinorum cooptatus est. Anno M. D. LXXXI. Die Aprilis XIV. Tandem obdormiuit. Anno Christi M. D. XCIII. Die XXIX. Martij ætatis suæ LVII.

Anno Domini M. D. LXX. Mense Augusto, liberi spectabilis viri D. Ioanis Scachmanni gratitudinis ergo parentibus suis, sibi, posteritatique memoriæ gratia posuerunt.

Anno M. D. XLIII. Die XIV. Mensis Martij. Obijt spectabilis vir D. Ioannes Schachman natus in Polkeuchano Silesiæ ex Nobili familia huius inclytæ ciuitatis vltra Annos XLII. Ciuis, ætatis suæ Anno LXX.

Anno M. D. XVI. Die XXIIII. Iulij. Obijt honesta Anna Domini Ioannis Schachmanni prima vxor hic sepulta.

Anno M. D. LXIV. die XIIJ. Septemb. obijt Thoruniæ in Patria honesta & pia Christina, filia D. Ioannis Bentels, Proconsulis Thorunensis posterior vxor, ætatis suæ Anno XLV.

Hoſpes, in hanc veni Carnicius vrbem,
Hoſpes, & hic cæſus mox feror in tumulum.
Sæua mihi eripuit cognati dextera vitam,
Vita ſed eſt Chriſtus non moritura mihi.

ELEGIDION.

QViſquis ad hæc vultum figis monumenta Viator,
Dum legis exiguæ tædia pelle moræ.
Diſce quod exæquet ſenio mors dira iuuentam,
Cùmque viris blandos quod necet illa procos.
Nil genus aut Proaui, nihil experientia prudens,
Nil honos & formæ, nil decus omne valet.
Dat tibi qui cubat hic documenta Georgius eius,
Quem mors ætatis flore virente tulit.
Patritium genus Hoieridum de ſtirpe vetuſta,
Sundia Balthiaco cui dedit icta ſalo.
Ille hominum varios, mores vt noſſet, & vrbes
Diſsita, nil metuens ad loca flexit iter.
Namque plagas omnes Germanidos attigit oræ,
Atque tulit gelidæ frigora Sarmatiæ.
Hinc latè Heſperiam peragrat, petit ardua Romæ,
Compita, & elatæ mœnia Parthenopes.
Imò alias etiam gens ſe quibus Italia iactat,
Magnificas vrbes cernere cura fuit.
Tranſuolat hinc gelidas Alpes, & Celtica Regna
Permeat: hic Patriæ flagrat amore ſuæ.
Quam ſimul ac curſum tetigiſſet ſoſpite ſoſpes,
Adiecit blando pectora caſta toro.
Te Catharina ſibi legit Brunonia ſponſam,
Sed vetuit thalamos ſcandere Parca tuos.
Namque Riga vt properat natalia ad arma paratus,
Fœdera legitimi ſacra ferire tori.
Heu iuuenem lethi vis intercepit in vrbem,
Dantiſco Codani quam lauat vnda ſinus.
Vernabat primo, tum flore decorus & æui,
Quinque pererrarat lubrica luſtra ſui.
At nunc connubio mens gaudet in æthere Chriſti,
Nacta ſuam requiem tumba cadauer habet.
Maiorum cineres canique habet oſſa Parentis
Sundia, Circipanos, qua mare tundit agros.
Fratris at & Patrui Doctorum iuris in amplæ,
Vrbibus Genotriæ molliter oſſa cubant.

Brixia dies huic, illi dat Roma ſepulchrum,
Tam procul à Patria contumulatur humo.
Viuitur errando, quodcunque hic viuitur æui,
Cœleſtis Patria eſt vnica meta viæ.

PIIS MANIBVS,
Ornatiſsimi Iuuenis virtute ſingulari, & morum comitate præſtantiſs.
Domini Georgij Hoieri Proſapia, ibidemque Patritij, Anno
ætatis 28. rebus humanis morte præpropera exempti
Sacrum.
Anno Chriſti, 1585.

Non homini minus Chriſtiano, nulli impio ne contigit naſci omnia, etiam felicibus dubia. Hinc mœſtiſsimi Parentes Beniamin Fupelke ex Anna Maria Roſſouia, viſcerum ſuorum partes, tres filiolos lugent, binos vna ſeptimana abſtulit, vna dies XXIV. Feb. extulit, fatalis quinarius vtrique: Trimus alter, minor iij. Menſes Ioannes Beniamin: corpareat ignea ingenij vi petechiali exuſtus febri, Adrianus tertio genitus IX. Menſ. probiſsimæ indolis, variolis expirauit. Primus Coniugij floſculus denatus, antequam natus eſt, ita vbique naufragium periturum vnus recondit tumulus, æternum cælo aſſertum: donec ad tubam Archangeli animæ corporibus ſociæ apparebunt tres Angeli innocentes beati, Anno Domini, 1646.

HEu quàm præſentis ſunt lubrica nomina vitæ!
Quàm cunctis rapido mors venit atra pede.
Bartholomæus vbi præcidunt ſtamina Parcæ,
Vitæ Wagnerus, clauditur hoc tumulo.
Nobile, cui nomen, pietas, & maſcula virtus
Dat non auriferi gaza ſuperba Tagi.
Hunc Pallas fama lauro ditauit Apollo,
Archiatrus Gedani Nobilis ille fuit.
Oſſa tenet buſtum: Geſtit mens Enthea Olympo,
Poſteritas laudem, cætera mundus habet.
Diſce mori, vt viuas, pia mors tibi ianua vitæ eſt,
Æternum vt poſſis viuere, diſce mori.
Obijt Anno Domini, 1571. 15. Maij.

NObilis hic Iuuenis Fuluæ mandatus arenæ eſt,
Antiquo qui de Stemmate natus erat.
Wedice Blanckenburg dictus, qui viribus æger
Corporis huc medicam quærere venit opem.

Inde vbi Præsul habet sedem tractumque Camino,
De veteri titulum, nomen, & vrbe gerens.
Sed quia postremæ dubio sine venerat horæ,
Momentum Antidoti vis ibi nulla fuit.
Omnibus ergo suis exhaustus viribus ille,
Summo animam patiens reddidit inde Patri.
Tunc vbi ritè priùs diuina alimenta minister
Præbuit, ac ipsi dogmata sancta dedit.
Christe Dei soboles virtus & imago Parentis,
Pro nostro duram crimine passe necem.
Effice, quo Iuuenis tandem de morte resurgens,
Regna pijs cum alijs in tua lætus eat.

FRigidus à Werden tegit hic lapis ossa Iacobi.
Cui vitæ lucem terra Boruſſa dedit.
In Patria meruit victuræ nomina famæ
Quæ Gedani claret nobilitata solo.
Huic est cura viro templi commissi tuendi
Quod promptus magno pectore gessit onus.
Nobile conspicuo substrauit fornice templum.
A Christi nomen quod Genitrice tenet.
Pulchrius ex omni quod & illud parte refulget
Acceptum tanto si debet esse viro.
Bis denis moritur lustris ætate peractis
Ad cœlum tendens iam nouus hospes iter.
Annos è numero dicto si demperis octo
Emeritæ vitæ tunc tibi summa patet.
Filius & gnatæ tacti pietate pudicæ
Defuncto statuunt hæc monumenta Patri.
Filius à Werden decorauit Stemma Ioannes
Auratus magnâ laude creatus eques.
Præfuit à terræ cura vigilante paternæ.
Quam longo Consul tempore pressit ebur.
Ad fontem ciuius resupinus mutila recurrit.
Quam feret ipsius ventus & vnda decus.
Quisquis es hæc cernes qui saxa busta viator.
Molliter vt recubent hic senis ossa roga.

IOANNES
FREWDENBERGIVS.

Anno Christi M. D. XC.
Bresiæ in Silesia honeste natus.

Ibidem-

Ibidemque.
Qua prima literarum rudimenta.
Fideliter formatus.
Post vberioris eruditionis causa.
In Academijs nobilissimis
Argentoratensi Parisiensi Senensi.
Laudabiliter commoratus.
Germaniæ, Galliæ, Italiæ.
Cultissimas partes.
Prudenter contemplatus.
Omnibus honestis literatis & Musicis.
Vbique valde charus habitus.
Vt nemini innotuerit.
Quin & statim & constanter amaretur.
Ipse honestate literis ac Musices scientia.
Longe ornatissimus.
Anno Christi CIↃ. ICXXV. die XXV. Nouemb. Ætatis suæ XLVI.
Gedani pie & placide denatus.
Hic in spem Resurrectionis conditus est.
Quod te nescire noluerunt.
In honorem.
Filij, propinqui, & amici sui.
Cui vitam conseruare non potuerunt.
Vt memoriam eius conseruarent.
Sc viuis mortuisque.
Maria Eichleria Mater.
Non sine mœrore superstes.
IOANNES KVRTZMANNIVS.
Defuncti Consanguineus.
Et Ioannes Mochingerus.
Vterque inter multos alios Beati amantissimus.
Omnes
Eum aliquando videbimus.
Et cum Beato Frewdenbergio Beati lætabimur. Anno 1636.

Hic iacet modica Ioannes Sectius vrna.
Quem genuit pingui fertili Hala solo.
Octo lustra duos Annos: mea tempora vixi
Pignoribus thalami quatuor auctus eram.

Vtile

Vtile opus varijs miſcebam Pharmaca morbis
Sed prohibent ſummum Pharmaca nulla diem.
Iam ſcis qui fuerim qui nunc ſim diſcito dicam
Quod iacet in putri putre cadauer humo.
Viue memor lethi paucis male viuitur annis.
Poſt mortem demum viuida vita venit.
Obijt Die XXVII. Octobris. Anno Dñi. M. D. LXXVII.
Vt Sol ter nouies Octobris ceſſerat vmbris.
Sèctius aſtra petit terra capit cineres.

HIc iacet eximio Iacobus Smit Stonnæ cretus,
Scabini in patrio cultus honore ſolo.
Quatuor huic gnatæ, ſoboles ac vna virilis,
Anna Grunauin ſunt Genitrici ſatæ.
Poſtquam deceſſit monimentum funebre chari,
Hoc illi hæredes conſtituere loco.
Obijt Anno Epochæ Chriſtianæ CIↃ. IↃ. XCV. die XXVIIII. Aprilis.

REGIOMONTANA.

Matthiæ Stoyo Boruſſo, Philoſopho, Pòétæ, Mathematico & Medico, Doctori celeberrimo: nato Anno Chriſti 1526. die 26. Aprilis & pie anno 83. mortuo. Illuſtriſsimorum Principum Boruſsiæ, Archiatro, & Profeſſori Academiæ Regiomontanæ præcipuo, Catharina ſoror, Vxor Domini Balthaſari Hartmanni poſuit.

Dum mihi vita fuit, rerum natura decuſq́
Mirantem ſtudiis traxit ad aſtra ſuis.
Flores decerpſi tantum ſapientiæ inanes,
Et mihi res plenè cognita nulla fuit.
Nunc coram mundi myſteria cerno, Deiq́
Idq́ mihi partum eſt ſanguine Chriſte tuo.

Viro Clariſsimo & Doctiſsimo M. Chriſtophoro Preijs Pannonio, à Springenburg, Eloquentiæ in hac Regiomontana Academia Profeſſori, eiuſdem Coniugi dilectiſs: Euphemiæ Stolpianæ, parentibus chariſsimis pietatis ergo mœſti Liberi poſuerunt. Anno M. D. XC. quo ille 9. ipſa verò 18. Aprilis, pie in Chriſto obiere.

Sequen-

Sequentes versus idem de se ipso fecit,

Hic recubo chara cum coniuge Christophorus Preijs
Pannonius, patrio nomine post Obitum
Qui qualis fuerim, nouit Deus ipse, scio nil.
Hoc nisi quod Christi discipulus fuerim.
Quo duce, si quidquam didici docuiq́ quod esset
Dignum laude, tibi laus ea Christe manet.
Namque tuus viuus sum, mortuus atque sepultus,
Spesque iterum tecum iam reduiuus ago.

Vxoris Sabini.

VXor in hoc tumulo Vatis iacet Anna Sabini,
Fœmina non humili quæ fuit orta loco.
Ad celebres Albis, Patre nata Melanchtone, ripas,
In quibus Aonidum plectra mouentur, erat.
Vtque viros inter doctos Pater eminet omnes,
Quo non maius habent tempora nostra decus.
Sic quoque laude suâ, Matronas inter honestas
Claruit, ac tanto digna Parente fuit.
Quin & docta fuit linguæque perita Latinæ,
Nam Latio poterat reddere verba sono.
Nec minùs ore decens, & honesto prædita vultu,
(Laudari facie si qua meretur) erat.
Annos bis septem florente peregerat æuo,
Legitimi Consors est vbi facta tori.
Inde remota procul natalibus abfuit oris,
Cumque suo vixit Coniuge lustra duo.
Et semel aucta fuit tantummodo prole virili,
Natas Lucina quinque fauente dedit.
Frigida mors animam placidè subduxit & artus,
Pars melior cœlo est reddita, corpus humo.

ALBERTVS SABINVS.

Obijt v. Calend. Decemb. Anno Domini, 1551.

ALberti gelida consumpti morte Sabini,
Filioli sunt hic ossa sepulta mei.
De quo magna quidem, sed inanis facta Parenti
Spes mihi, detraxit quam fera Parca, fuit.

Corpore

Corpore robuſtus, teneris animoſior annis,
Ingenio præſtans, ore venuſtus erat.
Indicat infelix operoſi cura ſepulchri,
Quanta mihi miſero ſpes ſit adempta Patri.

Idem Sabinus Chriſtophoro filiolo ſuo.

Tu quoque Chriſtophori nomenque Nate gerebas,
Magna ſeneſcentis ſpeſq́ Parentis eras:
Conditus hic dormis, & eodem iuncta ſepulchro,
Hic tua fraternis oſſibus oſſa cubant.
Obijt pridie Nonas Iunij, Anno Domini, M. D. LIII.

Viro clariſſimo, pietate, virtute & doctrina præſtantiſs. D. Ambroſio Lobuuaſſero, I. V. D. Illuſtriſs. Principis Boruſſiæ Conſiliario, atque Profeſſori, qui obijt xxvij. Nouemb. Anno Dñi, 1585. cùm vixiſſet annos LXX. Menſes VII. dies xxij. in memoria mortalitatem, amoriſque ſingularis & gratæ mentis ſignificationem, poni curauit frater Michaël Lobwaſſer.

Epitaphium, quod de ſe ipſo moriturus fecit.

Expertus mundi vanas res eſſe NIHILQVE,
Hic quoque nunc iaceo puluis & vmbra NIHIL.
Sed qui de NIHILO cœlum terramq́ creauit,
Me cum carne mea non ſinet eſſe NIHIL.
Hac ſpe NIL mortem feci, NIHIL omnia feci,
NIL NIHILI vermes, poſſe nocere ſcio.

Mortuus vt ſuperas abijt Keuterus in oras,
Diues opum, ſed plus diues amore Dei.
Publica res, inopumque cohors miſeranda, tuique
Chriſte miniſterij triſtis & orba cohors.
Ad tumulum fleuere, fuit vox omnibus vna,
O Pater, ô tutor, plura dolor vetuit.

Raro hora, breuis mora.

Obijt 89. 12. Martij Iacobus Keuterus.

Viro Nobili, Conſiliario Boruſſiæ Illuſtri, marito dulciſſimo, meritiſs. Ioanni Heydenſteynio. Vrſula Romlouia cum liberis Heydenſtey-

densteynianis mœrens posuit. Natus 1552. Patre Bernhardo, Matre Anna Cracouiana, mortuus 16. Martij, hora 9. vesp. Anno 1600.

Anno 1604.

Flos Patriæ tenerrimus,
Factus cibus sum vermibus:
Tu quid futurus, cogita,
Beatus, at viuens Deo.

ZACHARIAS ENGELS

Posnanienſis, Patre Excellentiſs. Doctiſſimo viro Domino Chriſtophoro Engels, Philoſophiæ & Medicinæ Doctore, Matre Catharina Rhedin piè defuncta; Natus anno 1584. die 12. Aprilis, Adoleſcens ætatis ſuæ 18. repentino morbo Regiomonti correptus, piè in Chriſto obijt, Anno Domini, 1602. die 12. Aprilis.

Stabiliunt Iudicia,
Veritas & Iuſtitia,
Mors ſalutis Chriſtus.

Chriſtophorus Heilsberg I. D. Obijt in Dño 1600. Die 5. Iunij, ætatis ſuæ 48.

Catharina Montfortiana, obijt in Dño Anno Chriſti, 1638. 3. Ianuarij.

Optimum Epitaphium eſt,
Pietas, Scientia, & Virtus.

D. O. M. S.

HOc ego ſub tumulo florentibus integer annis
Depoſui virides corporis exuuias.
Sanguine ſum natus, ſi Gentem quæris, Equeſtri,
Klenouio, nomen de Genitore traho.
Nobilitas ſat clara quidem mihi, ſed decorata
Palladis & Themidos clarius arte micat.
Namque Patris iuſſu doctis verſatus Athenis,
Nomina queis tribuunt non moritura Roſæ.
Et Iuris nodos, legumq; Ænigmata cœpi
Egregia, ingenij ſoluere laude mei.

Hinc vbi Prælegidum Nympharum captus amore,
Et Themidi, & Triuiæ pergo litare Deæ.
Auſoniaſq; breui meditor luſtrare Camœnas,
Nec non, Galle, tuas, acer Ibere, tuas.
Ecce modum figit mihi mors, vitæque viæque,
Et iubet ad cœli ferre Lycea pedem.
Hic ego cum Genitore meo, qui fata ſequutus,
Mox mea perpetui tempora veris ago.
Hic ſunt quæ multi multo ſudore laborant,
Noſſe, ſed haud norunt cognita cuncta mihi.
Felices vitæ, quos è ſtatione vocatos,
Tam cito, tam læta fata quiete beant.

Volradus Klenow, Nobilis Megapolitus, in ipſo ſtudiorum curſu & flore ætatis, Anni 22. obijt 26. Decembris, Anno Domini, 1607. hic ſepultus.

Honeſto & integerrimo viro, Ioanni Weinreich, Aulæ olim Boruſſiacæ Quæſtori, Marito ſuo Coniunx dilectiſſima amoris ergò poſuit.

HOc tumulata ſolo, placidè poſt fata quieſcunt,
Dulcia dilecti Coniugis oſſa mei.
Quem ſat honoratis digniſque Parentibus ortum,
Sub vitæ lucem Francia culta tulit.
Et puerum teneris nutritum, ritè ſub annis
Doctrinæ fouit liberioris ope;
Moribus vt præſtans, & multâ notior arte,
Geſsêre ingenio munera digna ſuo.
Nam qui Boruſſorum ſub forti Principe Quæſtor,
Non Aulæ paruo, clarus honore fuit.
In quo multa ſui veri documenta laboris,
Et fidei dignæ ſigna probata dedit.
Aſt vndena ſui cum luſtra peregerat æui,
Et mihi tum iunctus forte duobus erat.
Corporis exuuijs, & ſæua morte ſolutus,
Vltima diſſecto ſtamine fata tulit.

Obijt Anno Domini, 1566. die 19. Maij.

Epitaphium Nobilis & eruditi viri D. Doct. Abrah. Culuenſis Lituani, &c.

PRæmatura tulit Culuenſis fata Abrahamus,
Qui coluit purâ religione Deum.

Hic in

Hic in Gymnasio Doctoris munere functus,
Stemmate & ingenio clarus, & arte fuit.
Ossa tegit tristis, genuit quam Littaua tellus,
At mens cum Christo non moritura manet.

H. M.

D. Chri: Io: & Magist: Ioan: Hop. Amico candido posuerunt:
Anno Domini, XLVII.

Ano Domini, 1585. die 13. Octob.

Piè in Christo obdormiuit M. Michaël Scrinius Dantiscanus, Illustris Borussiæ Principis Bibliothecarius, & Academiæ Regiomontanæ Profess: Publicus.

Clarissimo & doctissimo viro, D. Hieronymo Dorfein, I. V. D. & Profess: Acad: Regiomon: Publ. die S. Iacobi 1595 in Christo piè defuncto, Coniugi & Parenti, Vidua cum liberis posuêre.

Clariss. pietate, erudita doctrina, & Iuris scientia virtute præstanti, M. Martino Wintero, nato Torgæ in Misnia, Parente M. Salomone Wintero. Anno D. 1553. die 23. Ianu.

HOc ego Martinus Winter cœlestibus aulis
Illatus posui frigida membra solo.
Albidos ad ripas natum me Torga recepit,
Et primum studijs imbuit illa bonis.
Et quia Parca ferox venerandi stamina Patris
Abscidit, annus vbi vix mihi quintus erat.
Principis Augusti cura seruatus & auctus,
Misenæ petij clara Lycea Scholæ.
Excoluit, post hic me Lypsia primaq; laurum
Impositit, studijs præmia digna meis.
Accessi ad Preglæ, ripas mihi cura laborq;
Semper erat modulo, quemque iuuare meo.
Bisq; annos octo docui feliciter artes,
Fidus & oppressis sæpè Patronus eram.
Barbara ducta mihi Coniunx Crameria fecit,
Me quinta mater sedula prole Patrem.

Huic ego discedens & Amicis funera liqui,
Atque Patrem deflet turba relicta suum.
Ast Nati, & Coniunx, & Amici linquite luctum,
Vera Deo coram gaudia lætus ago.

ACcipe, quem tumulus breuis hoc sub marmore claudat,
Si forsan notus non fuit ante tibi.
Ille est, cui proprium tribuit Clementia nomen,
Vitam clementem ducere suetus erat.
Vrbanus placidus dictis, sine felle iocosus,
Iucundus cunctis, cum grauitate tamen.
Is Werdermanni cognomen Gentis habebat,
Vertere id ἑλλαδικῶς ἁγίον ἀνδρα potes.
Hoc quoque conueniens nomen virtutibus eius,
Ac studijs gestis muneribusque fuit.
Nam vir dignus erat, Doctoris dignus honore,
Dignus consilio, Prussiacique Ducis.
Dumque sacris causis ter quinis præfuit annis,
Nemo fuit tanto dignior officio.
Nunc quia seruus erat semper tibi Christe fidelis,
In cœlis per te præmia digna capit.
Anno Domini, 1571.

CHristus in ætherea Iudex Regione sedebit
Iudicij, quando venerit hora sui.
Ingue Cauernosum reprobos damnabit auernum,
Ducet amatores sed super astra suos.
Iordaneo Christus placabilis amne lauatur,
Omnibus vt pandat cœlica Regna piis.
Sic quoque nos homines sacrato fonte lauamur,
Vt simus Regni membra beata Dei.

Bis seX LVstra bonVs StephanVs seX WoLfIVs annIs,
ADDens HæC LIqVIDA CœLICa regna tenet.

HOc sua post obitum tumulanda reliquit ad aram
Defuncti Stephanus Wolfius ossa tori.
Qui sapiens iuuit per septem lustra Senâtor,
Tutari Patrij publica iura fori.
Et simul Oeconomus templi tria lustra fidelis,
In dispensando præbuit ære manus.

Tecta

Tecta Scholæ veteris dubio nutanti à casu,
Auspicijs etiam stant renouata suis.
Sincera fidei constans assertor, & ipso
Se lotam Christi Sanguine passus orem.
Huic moriens ait: Agne Dei, qui crimina mundi
Tollis, & hanc animam nunc tibi tolle meam.
Rursus, nunc in pace tuum dimittito seruum,
Visa salutaris sunt mihi vota tui.
Hic animam dictis solatus, & illa fugati
Sæpius ingeminans, voce precatus, obijt.
Anno Domini, 1561. die 13. Ianuarij.

OCtobrIS rapVIt LVX aLtera præbVIt ortVs,
ChesMarK Ipse tVLI LVstra bIs oCto seneX.

HOc tegitur Senior Ioannes marmore Nimitz,
Ætatis numerans lustra bis octo suæ.
Vrbs huic Cepusij Chesomarcum præbuit ortum,
Qua patet auriferi vena opulenta soli.
Acta per immensos est illi vita labores,
Quos auxit Christi vera professa fides.
Hic tamen eripuit fidentem, & honoribus aucto
Præclarum nostra nomen in vrbe dedit.
Natura facilis, facundus, & æquus in omnes,
Atque bonis studiis non alienus erat.
Consilio grauis, ingenio laudabilis acri,
Priuatas solers auxit & vrbis opes.
Vt bonus Oeconomus pariter Regionibus hisce
Præfuit, auertens publica damna procul.
Noster & est Princeps animi studia ampla fidelis,
Expertus merito iusta paratq; viro.
Ille sed effugiens pertæsæ tempora vitæ,
Occidit, vt somni captus amore senex.
Et nihil in toto cùm cerneret orbe relictum,
Quo cupida auersum mens traheretur, ait:
Hanc animam reddo tibi Christe Salutifer Orbis,
Huic Massæ tua quam tradidit ante manus.
Vtq; laborosam mors finiet vltima vitam,
Sic mihi sit cœli te Duce, parta quies.
Anno Domini, 1556. die 2. Octobris.

Epita-

Epitaphium Nobilis & honestissimæ Matronæ Annæ, viri antiqui generis & virtute præditi, Domini Ioannis Camermeisters, aliàs Camerarij, Principis Borussorum Consiliarij quondam Coniugis. Moritur anno 1580. Maij 28. ætatis suæ 50. min: dies 9.

MM. CC. PC.

D. O. M.

Andreæ Schmitnero, V. C. & Coniugi eius Barbaræ à Russau, moribus & pietate insigni, Liberi Genericque P. Qui vixit annos 71. integer integros. Obijt anno 1565. die 21. Februarij. Illa verò, 1566. die 12. Ianuarij, Maritum sequuta, ætatis Anno: 50.

ANdreas Schmitnerus ego cognomine dicor,
Ossa sub hoc cuius marmore tecta iacent.
Norica terra mihi Patria est, me Gallia vidit,
Florentem iuuenem, vidit & Italia.
Cæsaris ad Papiam victricia signa sequutus,
In Gallos miles fortiter arma tuli.
Casibus hanc varijs tandem delatus ad vrbem,
Hic primum Ciuis, Consul & inde fui.
Nobilis à Russa mihi Barbara contigit vxor,
Præstans virtute & moribus apta meis.
Hac tres atque decem suscepi de Coniuge Natos,
Quam mihi nunc tumulus iungit vt ante torus.
Spes mea Christus erat, qui longæ tempora vitæ
Hic dedit, æternam qui mihi deinde dabit.
Tunc Maiestatis Diuinæ lumina cernam,
In celso ostendit, qualia monte, Tabor.

In spe futuræ vitæ quiescit.

TE Matrem, puero mihi tulerunt,
Sed prius lachrymosa fata Patrem.
Tu Matris mihi, tu loco fuisti
Patris, vix etiam decem per annos
Cum firmo moriens obis in æuo,
Et desiderium mihi relinquis
Non explebile lachrymis, nec vlla
Luctus significatione tristis.

Hæc

Hæc nunc iusta tibi parat Mathias,
Quem per tristia, perque læta clemens
Seruauit Deus hactenus deditque,
Ne Musæ numeros negent quærenti,
Nec res ferrè domesticæ recusent.
Quæ, pro difficili educatione,
Et sancta simul institutione,
A primo genito tibi dicantur.
Sunt hæc parua quidem, tuisque nunquam
Exequanda laboribus, sed ille
Æternus DEVS, vnicusque Christus
Saluator tibi largiùs rependit,
Cuius molliter in sinu quiescit.

Honestæ ac piæ Matronæ Barbaræ Clagcinin, vxori dilectissimæ, amari doloris plenus, Ambrosius Thomas amoris ergò posuit.

HÆc monumenta tibi Coniunx, hæc vltima soluo
Munera, at in luctum non satis illa meum
Occidis, & viridi miserum me deseris æuo,
Cùm tibi vix thalami fœdera nota forent.
In te virtutes, animum vitamq; regebant,
Quæque bonos mores, forma decebat, erat.
Nunc exempta malis media, quem morte vocabas,
Intuitu fueris lætitiaq; Dei
Me desiderium coquit, inuisiq; dolores,
Nominis ac seruant hæc monumenta tui.

Epitaphium Celeberrimi viri Ioannis Reynecij, I. D. hic sepulti.

HIc Genus, hic Iuris prudentia, doctaque lingua
Reynecij cecidit, constitit vna fides.
Indomitam hæc domuit mortem, spreuitq; sepulchrum,
Ille igitur viuit, nec perisse potest.
Christum nosse decus verum est, & vita beata
Nil non in tenebris, hac sine luce manet.

Aliud.

Aliud.

JNgenij vires, vtriuſque ſcientia Iuris
Eloquij lepor, & copia conſilij.
Reynecium morti non ſubduxere perenni,
Sola ſed in Chriſtum cum pietate fides.
Quam ſi quis factis dum viuit præſtat, ad aſtra
Migrat, & hoc linquit nomen in orbe bonum.
Vixit Annis 39. Menſ: 7. Obijt Anno Domini, 1535.
Die Nouembris 22.
Coniunx Coniugi benè merenti poſuit.

Puluis & vmbra ſumus.

Vrſula Coniunx Hieronymi Rothy LL. Doctoris Conſiliarij Illuſtriſs. &c.

NImicius genuit Chriſto Rothus auſpice duxit,
Præluxit puras pax operoſa faces.
Ter denos & tres iuncti tranſegimus annos,
Vt placidum Lachelis polluit atra totum.
Nupta ſemel, peperit decies, ſex pignora cœlo
Reddita, ſunt viduo bis duo ſalua Patri.
Sintque precor longum, feſſoque ſenilibus annis
Expediant, quæ fas imperat, obſequia.
Sex annos & luſtra decem ſine crimine vixi,
Proſequitur cineres candida fama meos.
Hæc te ſcire, Hoſpes ſatis eſt, imitare ſepultam,
Diſce mori, mors eſt certa, ſed hora latet.

Hieronymus Rothus I. V. D. Illuſtriſs: Boruſs. Conſiliarius Emeritus.

Hic mea, quod voui, voluique pijſsima Coniunx
Conſociata tuis oſsibus, oſſa cubant.
Ad breue nos tempus mors inuidioſa diremit,
Morbida diſcludens corpora corporibus.
Mentem non potuit, quam firmo glutine iunxit
Vna fides, vnum fœdus, & vnus amor.
Nunc iunctos, quæ nemo oculis, nemo auribus hauſit,
Nemo animo voluit, gaudia certa beant.
Munde immunde vale, vale ærumnoſa ſenectus,
Sat mihi, ſat veſtri, mors, caro, cura, vale.

Salue

Salue pax animi, ſalue ô Cœlica Tempe,
Salue Sancta Trias, Cœlitumque Chori:
Vos ego contueor, vobiſcum gaudia carpo,
Quid me latiùs aut ſanctiùs eſſe poteſt.
Vixit Annis 85.
Vrſula Coniunx moritur 13. April. Anno 1597.
Hieronymus Roth, I. V. D. moritur 15. Martij, Anno 1606.

ANtiqui generis ſerie, & præſtantibus actis,
Eſt Schlibenorum nobilitata Domus.
Ex illa Guilhelmo Patre Georgius ortus
Nuper, at hac fato functus in vrbe fuit.
Fratris in amplexu ſenioris multa precatus,
Multaq; de Chriſto deq; ſalute gemens.
Vitæ ter denos & quinque peregerat annos,
Cœlebs ſed vitam, nunc agit ante Deum.
Anno Domini, 1569. die 15. Maij.

D. O. M. S.

Michaël Ciſa hic ſitus eſt, nobili antiquaque Familia natus. Quæ Epiſcopatus Warmienſis Præfectos miniſtroſque aliquot Regios protulit, ipſe primum Illuſtriſsimi in Pruſsia Ducis, per complures annos à conſilijs ac ſecretis, deinde Præfectus Regius Borczechouienſis, omnem ætatem in bonarum artium ſtudijs & peregrinationibus: adultiorem in Regum Principumque negotijs tractandis, Legationibus obeundis egit: omnibus gratus, grauis nemini, cum veterum Collegarum & Amicorum inuiſendorum cauſa Borczechouio huc veniſſet, Deo ita volente hic vitam finijt; hic iacet, vbi magnam vitæ partem Illuſtriſsimi Principis, & publicis Ducatus miniſterijs egit, liberos ſuperſtites reliquit ſeptem, filios quatuor, Georgiũ, Michaëlem, Albertum, Reinoldum; filias tres, Eliſabetham, Catharinam, Chriſtinam. Obijt piè 16. Martij, Anno Domini, 1596. ætatis ſuæ 51.
Vrſula Heidenſteinia Marito opt: P. M.

QVem pietas, virtus, longo experientia ac vſu
Pruſſica ſummis euexit honoribus Aula.
Albertus Baro Kitlicius, qui Stemmate longo
Præclaros Atauos, & Auos, Gentiliaq; Arma
Demonſtrare poteſt, ſubiecta hic mole quieſcit.
Exuuias melior pars ad ſupera alta recepta eſt.

Discite mortales, moriendum est omnibus, illud
Nomen & omen habet vestrum: ter at ille beatus,
Qui in Christo moritur redituus, oratq; per Astra.
Anno Domini, 1604. 22. Martij.

PRussia me genuit, iuuenem me Gallia vidit,
Torquentem valida bellica signa manu.
Inde redux Marschallus eram, pars facta Regentum,
Consilijs stabat Patria firma meis.
Bis Coniunx vndena tuli mea pignora lecti,
Quinque tamen post me vita superstes erat.
Fessus ego hic posui languentes corporis artus,
In cœlo vita nunc meliore fruor.
Anno Domini, 1604. Maij 12.

DEcedunt Iusti, nemo considerat omen,
Cùmq; Columna cadit, mox ruet ipsa Domus.
Securus recubo hic, qui Cancellarius Aulam
Pertæsus vixi lustra bis ipse quatuor.
Anno Domini, 1575. die 5. Ianuarij.

MOrlini capiunt hic Præsulis ossa quietem,
Pro Christi vigilans, qui grege Pastor erat.
Quam sibi chara salus ouium, quis pectore zelus
Extiterit, tribus hoc edidit exilijs.
Viribus incubuit totis, vt gloria Christi
Hæresium presso turbine salua foret.
Errantes patrio gemitu reuocabat acerbus,
Christi blasphemis hostibus hostis erat.
Pura ter vndenos vbi dogmata tradidit Annos
Sambius, amissa Coniuge, Præsul obit.
Anno Domini, 1571. die 23. Maij.

Anno D. 1576.

Hoc Antonius est loco sepultus,
De Borken, regione Pomerana
Ortus, tempore qui perinde belli
Quod spectatus, vt in Toga fuisset
Summo floruit hic honore, factus

Non

Non tantum Capitaneus, ſed huius
Extremo in ſenio Magiſter Aulæ.
M. S. D E.
Anno Domini, 1575. die 22. Decembris.

HAc Ioachimus humo Borck tectus in æde quieſcit,
Omnes perculſi quem genuêre pij.
Clarus Auis, clarum bello quoque nomen adeptus,
Marſchalci tandem munere functus obit.
Principibus charus, Chriſto ſed charior ardens
Fulſit in hoc Chriſti zelus, amorque viro.
Omnia præ Chriſto ratus eſt damnoſa, fuitque,
Poſſet vt hunc coram cernere dulce mori.
Anno Domini, 1572. 10. Nouembris.

BOhemos inter clarus, qui Stirpe Barones
Et ſpecimen veræ Nobilitatis erat.
Hac Gilelmus humo poſitus, poſt fata quieſcit,
Exul vbi in Patriam pro pietate fuit.
Hunc animi propter dotes Albertus amauit,
Sub quo recta fuit Pruſſia tuta Duce.
Vna erat illius ſpes & fiducia Chriſtus,
Nunc in cuius agit fata quieta ſinu.
Anno Domini, 1513. die 12. Aprilis.

LVſtra Baro bis, quando nouem bis quatuor annos
Natus eram, ſubij fata ſuprema ſenex.
Stemmate ſic felix, placidis felicior actis,
In ſummo multis charus honore fui.
Parta mihi tandem ſunt fæliciſſima cœli
Gaudia, conſpectu nam fruor ipſe Dei.
Anno Domini, 1604. die 25. Iunij.

D. O. M.

Ioanni filiolo chariſs. Anno Chriſti, 1584. die 9. Septemb. Regiomonti nato, die verò 5. Feb. Anni ſequentis (heu citò nimis!) mortuo, Guilelm Liberbaro ab Heydeck, & Magdalena Comitiſſa à Gleychen, Parentes genere & virtute illuſtres, hoc pietatis & amoris M. PP.

Naſcendo moritur, mediisq; inuoluitur vmbris,
Quid naſci, lucem quidue videre iuuat.
Naſcimur in miſeram vitam, mors abripit illam,
Et meliore beat, cur vereare mori?
Ioannes H. Z. Heydeck, ætatis ſuæ 2.

GAſpar in hoc tumulo de Stemmate natus Equeſtri,
Dormit, & eſt charo Barbara iuncta viro.
Noſtitios hic iactat Auos Atauoſque vetuſtos,
Hanc Radtheimorum Gentis origo manet.
Ille Sileſiacis ſubijt, te Pruſsia Terris,
Illa ſed eſt Heſſo de Genitore ſata.
Ille ſub Alberto præclaros geſsit honores
Principe, cui nunquam charior alter erat.
Conſilijs, grauitate ſua, rebuſque gerendis,
Non ſua, ſed quærens Publica, clarus erat.
Huius inexhauſtis curis, multoque labore,
Horrida quæ fuerat Pruſsia culta nitet.
22. Martij, Anno Domini, 1588. ætatis 88.

HOc Catharina ſolo poſt vltima fata quieſcit,
Quæ decus Olſnitiæ nobile Gentis erat.
Iuncta viro Wernſdorff, claris Natalibus orto,
Suſcepit placidi pignora quinque thori.
Poſt vbi dilectum raperet mors ſæua maritum,
Exegit lachrymis tempora mœſta ſuis.
Quos verò diſiungit humus, cœli atria iungunt,
Et iunges reditu Chriſte benigne tuo.
Anno Domini, 1590. Feſt: SS. Trinitatis.
Wolffgangus à Wernſdorff filius, Matri ſuæ chariſsimæ, pietatis gratia mœſtus P.

HAc terra requieſcit Vldericus
Schonbergerus, & Artium Magiſter.
Et cum nota Sophies, perennis olli
Dulces nox oculos triennij ademis.
At natura fauentior, Deuſque
Millenas animo faces, diemque
Cœlo ſideribuſque puriorem
Succendit triplicis theatra mundi.

Rerum

Rerum ortus obituſque, & inuolucra
Cauſarum abdita quælibet ſagaci
Perluſtrauit acumine, & ſerena
Mentis luce, oculiſque certus hauſit
Pandens cuncta fideliter iuuentæ,
Quid linguas Orientis hic narrem;
Quid Graiam Latiamque? Quid cicutas
Choſdaſque artificem bonum decenti
Iunctura potuiſſe comparare?
Hoc rapto nece Phocidem vniuerſam,
Se Centone ferunt Apollinemque
Inuoluiſſe, dieſque lachrymarum,
Noctesque officio dediſſe totas.
Impendes tu quoque lachrymas Viator,
Miratus potuiſſe tantum obire.

Natus eſt Weydæ Palatinorum, Anno D. 1601.
Denatus Regiomonti Boruſſorum, Anno Dñi, 1649.

D. O. M.

JOannem Maſium Holſat.
Phil: & Med: D. rarum erudit.
Et modeſtiæ exemplum Maritum
Chariß: dum in Friſia
Belgioque auitas ingenij dotes hèic
Rei literariæ docendo impendit.
Qua pollebat iucundi oris dexterit:
XXIIX. annos natum, M. DC. XLII. XIV.
Kal: Iunij denatum cum Ioanne Georgio
Filio vnico, bienni fatum Patris mox
Secuto, M. DC. XLIII iij. Non: Iun. hic
Reconditum hoc ſummi deſiderij
Monimento ab obliuione vindicandum ſtatuit.

Catharina Lothia, Anno Domini, ætatis ſuæ XXI. ſecundum vidua.

NE neſcias ſum, Lector, vrna Crugeri,
Artes probè cunctas Machaonum docti,

Hunc

Hunc alma poſtquam Leucoris dedit Natum
Parentibus, quos fama conſecrat cœlo.
Et orbitam virtutis vſque ſeruantem
Anactoris ſinu excipit fauens molli,
Claroque Cœtui Medentium accenſet,
Pubique gaudet deſtinare Doctorem.
At ille lætus ante filia dulci,
Qua gnata magni cùm beauerat Lothi,
Dum morbidorum ſedulus vacat curæ,
Bis terna triſtis luſtra computans æui,
Daniique oſſa terræ, ſpiritum igneum Cœlo,
Chartis perenne doctioribus nomen,
Quam ſeruat alijs, ipſe perdidit vitam.

Epitaphium

Clariſsimi & Excellentiſs. D. Ioannis Bartholomæi Crugeri, Medicinæ Licentiati, eiuſdemque in Acad: Regiomon. Profeſſoris quondam Publ. Anno D. 1638. 2. die Nouembris piè defuncti.

Absoluit numeros viri graduſq;
Sola Maſius eruditione,
Et candore alium virum probauit,
Mores innocuos modeſtiamq;
Si ſpectes, alium; viros tot vnus
Perfecit, quod habebat ille dotes,
Et deſiderijs pijs bonorum.
Dum tantus moritur, modum imperabit,
Aut culpare quis audeat querelas
Fidæ tothidas? vrna clauſit iſthæc,
Denos funere Maſios ſub vno.

Non ius
In noſtras Mors
Habet atra
Animas.

Spes mihi magna ſubit, tua vulnera cùm pie Chriſte
Spes mihi, reſpicio cum mea facta cadit.
Sum rea maſſa tibi, ſed pro me victima Chriſte
Factus es, hanc ergo ſuſcipe, quæſo, animam.

Moriens ipſe fecit, Anno Domini, 1602. die 14. Septemb.

1602.

1602.
SALVATOR.

SVm pulcher; At nemo tamen me diligit,
Sum nobilis, nemo est mihi qui seruiat:
Sum diues, à me nemo quicquam postulat.
Et cuncta possum, nemo me tamen timet,
Æternus exto, quæror à pauciſsimis:
Prudenſque sum, sed me quis est qui consulit.
Et sum via, at per me quotusquisque ambulat?
Sum veritas, quare mihi non creditis,
Sum vita, verùm rarus est, qui me petit:
Sum vera lux, videre me nemo cupit.
Sum misericors, nullus fidem in me collocat;
Tu si peris, non id mihi imputes homo,
Salus tibi est à me parata, hac vtere.

VARMIENSIA.

MEmento rebus vanidis diffidere,
Opes, genus, forma, decor caduca sunt.
Ad ossa nuda mors reducit omnia,
Cœlo repositus optimus thesaurus est.
Quem cùm Valentinus vir omnium optimus,
Bodekherus essет prosecutus vnicè.
Dum viueret, contemneretque vanida,
Pro vanidis æterna consecutus est.
Anno 1575. die 13. Martij.

PAVLO GORNICKI,
IOANNIS ZAMOSCII

Magni Cancellarij, & Exercituum Supremi Ducis, Cameræ Præfecto, post ab eodem Regi Stephano Battoreo commendato, & numero Secretariorum adscripto. Tandem Canonicatu Vilnensi, & Præpositura Varmiensi, Sigismundo III. Regnante aucto, pietate in Deum. & multis virtutibus ornato viro, de hac Ecclesia optimè merito. Residentia Frauenburgensi multorum annorum per Succos pulsò, & alienum solum vertere coacto:

Postremò

Postremò, suspensis ad tempus armis reuerso, Vartenburgiq́ue hærenti, ac ibidem mortuo, inque Ecclesia Patrum Bernardinorum sepulto. Lucas Gornicki ex Fratre filius, Decanus Varmiensis, Patruo Cliens, grati animi posuit monumentum. Vixit annis LXXXII. Mortuus anno M. DC. XXXII. Die viij. Martij.

C. S. S.
BALTHAZAR ZAHN,
Gloga-Silesius,
Edecumatæ Eruditionis
Iureconsultus.
Regi apud Gloganos Dicasterij
Ad Ann: xxiij. Secretarius.
Inter mortales, quoad vixit lepidè
Versatus,
De quibusuis, quantum potuit, pulchrè
Meritus,
Spe Immortalitatis certa per Christum
Fretus.
Mortalitatis suæ exuuias hic posuit.
Natus Anno 1582. die 5. Ianuarij.
Denatus Anno 1640. die 27. Maij.
Tu qui superes,
Perinde viuito, vt mori placidè beatèq́ue exinde possis.

D. O. M. S.
M. ZACHARIAS HERBERGERVS THEOLOGVS,
Ob singulares virtutes, Doctrinam, Iudicium, Eloquentiam,
Zelum Religionis, & vitæ integritatem,
Clarissimus.
Cùm vix
Viuere didicisset,
In primo Gloriæ & Gratiæ flore
Viuere desiit.

Immò

Immò
Viuere primùm incepit.
Dum
Christiana fide & patientia
Animam
In Abrahæ Patris,
Corpus
Terræ Matris
In sinum deposuit.
Relicto
Liberis exemplo,
Amicis mœrore.
Anno
Ætatis suæ 40.
Æræ Christi, 1631.
Die 13. Martij.
Tu pie Lector,
Disce mori viuens, moriens
Vt viuere possis.
Orbi huic qui moritur, viuet in vrbe Dei.

Siste gradum Viator,
ET
Orbem vrbis istius recognosce.
Quondam
In Orbe & vrbe isthac,
Cum
Gratia & Inuidia
Vixit.
FABIANVS VECHNERVS LINDVS.
Annis crudus, meritis canus
Mortuus.
Sanctam Animam Deo reddidit,
Bonam famam posteris reliquit.

Cadauer
Hoc terræ fermento repoſtum putreſcit,
Donec
Igne amoris Diuini ad cœlica reſuſcitetur.
Tantum eſt
Tu huius vitam & fatum trahe ad exemplum,
Vt viuas rectè, & moriare piè, altera fatum
Sic vita excipiet: ſpe potiora feres.
Natus Anno 1564.
Denatus Anno 1613.

A. I. O.
Anno Æræ Chriſtianæ,
1622.
Die 15. Menſis Aprilis.
Gertrudis
Matthiæ II. Filia Lamprechtia,
Fabiani II. Vechneri Coniunx,
XII. Liberorum Mater,
Pia, Pudica, Proba.
Cùm
Miſeræ iſtius vitæ tranſegiſſet
Ann: 54. Menſe 10. die 25.
In patientia & ſpe,
Ad cœleſtia placidè conceſſit,
Corporis verò exuuias depoſuit.
Hic, vbi quondam
Mariti vnicè dilecti corpus reconditum.
Vt quos eadem fides viuos,
Eadem quoque telus examines haberet.
T V
Qui hæc legis,
Pius vale, cautus ſequere
Surſum
Q. D. E. N.

A. I. O.

A. I. O.
Archiatri Regii,
ET
In Patria Physici Ordinarij,
D. Matthæi Vechneri Frauſtod:
Corpus,
Peccatis mortuum
SVB
Hoc glebæ manipulo
Vocem iucunditatis Dominicæ,
Ad ſanctiſſimam vitam expectat.
Animus
In cœlis triumphat.
Tu qui tranſis
Viator,
Huius exemplo & Symbolico Aphoriſmo
Mundana deſpice,
Inque
Patientia & ſpe
Surſum.
Q. D. E. N.
Natus Anno Chriſti, 1587. 1. April.
Denatus Anno Chriſti, 1630. 22. Nouemb.

B. F.
REGINVLA
Matthæo Vechnero M. D.
Ex Regina Mencelia
Calend: Maij nata.
Ijſdem Chriſto Renata,
Poſtridie Mundo denata.
Beata permutat,

Scandala ſecli præuen:
Spiritum Deo reſignauit,
Exuuias terræ huic iuxta cineres auitos mandauit,
Anno Domini, 1618.

D. D.
GEORGIVS VECHNERVS,
Ciuis & Mercator Frauſtadienſis,
Optimorum Parentum
Filius & Nepos, haud Deneger,
Dum Maiorum inſtituto
Iuſtitiæ & prudentiæ ductu,
Mundanas ſedulus inquirit opes,
Cœleſtes offendit Gazas,
Itaque
Terræ valedicens, quod terrenum erat ſui, hic depoſuit.
Anno ætatis ſuæ XXXVIII.
Epochæ Chriſtianæ, 1627. 17. Martij.
Animum applicuit ad ſuperum.
Vbi
Deo fruitur æternum.
Lector
Vale & ſequere.

MARIA MENCELIA.
M. Georgij Wirthi primùm,
Georgij Wechneri poſthac
Coniunx,
Pia, morata, præſtans,
Anno Chriſti,
M. DC. XXXV.
Ætatis XLV.
Naturæ debitum exſoluit lubens,
Fidei præmium retulit gratis,

Nec

Nec fugax, nec fallax.
Lector
Si cautus es,
Fidem ſerua, ſeruabis vitam.

D. O. M. S.
Quiſquis es, qui præteris, ſubſiſte.
Si Ciuis, publicum vulnus defle,
Si Peregrinus, in illud inquire.
DAVIDIS HENNINGII
FRAVSTADIENSIS,
Philoſophiæ & Medicinæ Doct.
Reipublicæ, Patriæ, Procos.
Quod ſuperfuit,
Hoc clauditur Mauſolæo
Monumentum
Viro,
QVEM
In Patria
Diuina & Humana,
Rebus priuatis aliquando intercepra,
Nunc aliquantulum ſibi reddita.
DVM
Præteritorum memoria,
Ad imminentium metum,
Pallent & contremiſcunt,
Superſtitem requirunt.
Nimis maturè amiſſum dolent,
Spectatus omnibus
Candor.
In animis hominum, æternitate temporum,
Fama rerum manſurum
Excitauit.

AT
REGINA MENCELIA,
Marito post Magnum Vechnerum desideratissimo.
HOC
Etiam, quod vides,
Perennium lachrymarum fonte rigatum,
Acerbitatis memoriam,
Inter gemitus & suspiria,
Cum perpetuæ Recordationis voto,
Superstruxit.
Obiit
Anno Christi, M. DC. XLII.
Nouemb. xxx Ætatis XXXIX. ineunte.
Vale Viator, & Æternitatem cogita.

Æternitati Sacrum.
Siste Viator, nec Manes lædito,
Quod fuisti fui. Non es quod sum
Vt me vides, te alij fortè videbunt breui.
Incerta certi fati hora,
Christina Ionstonia,
Genere Hortensia
Fœmina.
In ipsa mortis vmbra, æternis virtutum facibus illustris,
Delicium Mariti, solatium Patris,
In ipso ætatis flore migrauit.
Vnde venerat,
Mortua vt viueret.
Victura nobiscum, cùm mortua mors fuerit,
Coniugi octo septimanarum & vel
Ideò desideratissimæ.
Ioannes Ionstonus Philosophiæ & Med: Doctor.
Illustr: Comitis in Leschno
Physicus,
Contra votum posuit.

Obijt

Obijt xij. Iulij,
Anno Christi, M. DC. XXXVII.
Ætatis XXI.
Vale Viator, & Æternitatem ad exemplum Beatæ cogita.

D. O. M. S.
Sub hoc saxo
Vir verè saxeus,
Dominus
BARTHOLOMÆVS SAXO FRAVSTADIENSIS,
Mortalia condidit,
QVI
Templo, Scholæ, Curiæ,
Curator, Inspector.
Proconsul, Consul, Iudex,
Ita præfuit dum fuit.
Vt priuatum censum breuem
Commune magnum haberet.
Vnde
Saxi & Themini instar.
Neutrius, fortunæ vultu, potuit moueri,
Tandem Apoplexia cedit.
Fraustadij xxij. Decembris
Anno Christi, 1623.
Vbi ipse annos egisset LIV.
Cuius pijs Manibus
Relicta Vidua & Hæredes,
H. M. P.

SAT
Orbi notus
VALERIVS HERBERGERVS VIR,
CVI
IESVS Amor,

IESVS

IESVS Timor,
Omnia IESVS.
Hic
IESVM rediturum
Expectat.
Ab Anno M. DC. XXVIII. die xviij. Maij.
Cùm Annum ætatis LXVI. incepisset.
Hospes, ego hospitio excepi constanter IESVM,
Nunc meus ille Poli est Hospes in Hospitio.

D. O. M.

Nec non conseruandæ in posteros gratæ memoriæ Illustrissimi & Reuerendissimi Domini, D. Simonis Rudnicki, ex Comitibus de Bechzice Episcopi Varmien. Beneficentissimi, Capitulum Varmien. Aram hanc posuit: vt hostilem iniuriam priori monumento illatã suffecto sacratiori opere vindicaret. Anno Domini, M. DC. XXXVII.

In Saxo.

Reuerendiss. D. Simon Rudnicki, Episcopus Varmien. hic sepultus est. Obijt Heilsbergæ Anno Domini, M. DC. XXI. die 4. Iulij, ætatis suæ Anno LXIX. Deus Animæ eius sit clemens & propitius.

Reuertatur puluis in terram suam vnde erat, & spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum. Eccl: XII.

Executores Testamenti & Hæredes posuerunt.

D. O. M.

Æternæ memoriæ Generosi Stephani Sadorski, S. R. M. Secretarij, viri grauitate, prudentia, cæterisque animi dotibus ornatissimi. Ideò Regi ac Regni Proceribus apprimè grato, præsertim Magno Antistiti Simoni Rudnicki, Episcopo Varmiensi, à quo in Legationibus ad Regem, ab eoq; ad Ducem Prussiæ sæpiùs adhibitus, ijs feliciter peractis, fortunæ suæ repe it incrementa, Lindensem Ecclesiam pio conatu erexit, dotauitque. Patres Societatis Iesu primus Resselium liberali manu induxit: Sacrum Rorate in hoc Sacello fundauit, Capitulum Varmiense ex Asse Hæredem instituit, Prælati & Canonici Varmien. hoc grati animi monumentũ posuère. Obijt 2. Iulij, Anno Domini, 1641. Ætatis suæ 57.

D. O. M.

D. O. M.

Maria Pesseria Virgo Monialis, Amsterodami honesto loco nata cũ postea ibidem in Monasterio D. Barbaræ annos XXXVI. Deo Opt: Max: castè & religiosè inseruisset, atque inde furore Hæreticorum vnà cum alijs Sororibus exturbata esset, consensu Superioris sui, & Amicorum consilio, in Castrum Dãæ ad Germanum D. Petrum Pesserium in ea Ecclesia Vicariũ se recepit, à quo benignè accepta. Vbi apud eum annos tres deotè transegisset, tandem diuturno morbo consumpta, ad meliorem vitam migrauit. Anno Domini, M. D. LXXXIII. Die xxv. Martij. Frater mœrens Sorori charissimæ P.

D. O. M.

Petra Petrum tegit hæc,
Animamque fouet Petra Christus,
Saluum sic retinent
Vtraque Petra Petrum.

Venerabilis Dominus Petrus Pesserius mortalitatis memor viuens posuit. Obijt autem Anno Domini, M. DC. die xxv. Aprilis, Ætatis suæ LXX.

Hoc æternæ gratitudinis Monumentum

Perillustri & Admodum Reuerendo Domino Andreæ Lyskowski, Canonico Varmiensi, Genere, doctrina, virtutibus verè illustri. Qui Canonum peritior an obseruantior fuerit, dubium posteris reliquit, vel hinc verè Canonicus, quod cùm hæres fieri cuperet in cœlis, posthabito Fratre ac Nepotibus, Ecclesiam bonorum suorum hæredem instituit in terris: Confratri desideratissimo Canonici Varmien. posuerunt. Obijt Anno Christi, M. DC. XXXV. die xxj. Mensis April. ætatis suæ LVIII.

CASIMIRIÆ.

Nicolaus Przybylo, Consul Casimirienſis, qui hanc Ecclesiam Beatæ Mariæ fundauit, præcipuèque dotauit, Ciuitatem Casimirienſem grauitate, prudentia, morum elegantia, fama celebri decorauit, & Beneficijs affecit. Cardinalem Radiuilum cum frequenti Clero & Curia sub visitatione Conuiuio suo excepit & magnificè tractauit. Tot aduersa, ad extremum cæcitatem magno animo pertulit. Hoc sibi monumentum ab Amicis virtutis poni meruit. Obijt Anno D. M. DC. XXVII. die xiv. Mensis Aug.

TORVNENSIA.

HÆc Genti monumenta ſuæ poſuêre Nepotes,
Qui de Lindano Stemmate nomen habent.
Annos ter centum, cuius Generoſa Propago
Aſſeruit Patrium, req́ fideq́ ſolum.
Perpetuamq́ ſibi peperit poſt funera famam,
Cuius honore nouo nunc quoque floret honos.

Nobilis atque Clariſſimus vir Dominus Nicolaus Wonderlinde Senior, Conſul Regiæ vrbis Thorunenſis, obijt xvij. Decembris. Anno D. M. D. LXIII. Nobilis atque Clariſſimus vir D. Nicolaus Wonderlinde Iunior Filius, ſuperioris Conſul Regiæ Ciuitatis Thorunenſis, obijt xj. Aprilis, Anno Domini, M. D. LXXIV.

Spectatiſſimæ virtutis Matrona, D. Anna Fridewald, Coniunx Domini Nicolai Wonderlinden Senioris, obijt vj. Nouemb. Anno Domini, M. D. LVII. Spectatiſſimæ virtutis Matrona, Domina Barbara Ficken, Domini Nicolai Wonderlinde, Iunioris Coniunx, obijt xv. Septemb. Anno Domini, M. D. LXXXIV.

Ibidem in Lapide.

Hoc tumulo conditus eſt Dominus Nicolaus (à Filia) aliàs vonder Linde, Conſul Thorunenſis, obijt Anno Domini, M. D. LXIII. xvij. Decemb. & Anna eius Coniunx D. Nicolai Friderwalden, ſeu Conſulis Filia, obijt Anno Domini M. D. LVII. vj. die Nou.

Iob. XIX.

Scio, quod Redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terra reſurrecturus ſum, & rurſum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum.

MARTINVS MOCHINGER,
Medicinæ Doctor,

Conſul

Conſul & Burgrabius
Patriæ.

Natus Anno Salutis, cIↃCCCCXXXV.
Moritur Anno clↃlↃ. Kalend : Nouemb.

D. O. M.

Generoſus Nobilis ac ſtrenuus Fromholboſten, cognomento Sacken, hæreditarius in Sackenhauſen, Sereniſs. Pol: & Sueciæ Regis Vladiſlai IV. Cubicularius, ciuſque militiæ Capitaneus, Familiæ ſuæ, rebus contra Turcam ac Moſchum in Regis præſentia præclarè geſtis, ſummum decus. Torunij Anno Salutis M. DC. XXXV. x. Feb. Diuina prouidentia ſic diſponente, ſpiritum in ipſo ætatis flore cœlo reddidit, mortem nec quidquam timens, ſed vocantem ſe, Ducem ſuum intrepidè accedens, ac indubitatam cœleſtis coronæ ſibi omnibuſque fideliter militantibus, à Rege gloriæ IESV Chriſto imponendam ſpem retinens. Cuius tu mortalibus exuuijs Viator, tranquillam quietem vouebis, & quandoquidem humanis in rebus nil ſtabile, ſuperna quærere ſtudebis.

D. O. M.

Henricus à Tiſenhauſen à Boſte, vir Generoſus & ſtrenuus antiqua Nobilitate clarus, de Repub. Polona. & Rege ſuo, circa expeditionem in Liuonia & Moſchouia optimè meritus, in Goldbek, Kerſtfin, & Sluczk hæres, diem ſuum obijt 20. Decemb. Anno Domini, 1622. Ætatis ſuæ annum 45. agens.

D. O. M.

Nobilis Lucas Oſtromiecki, ſuſceptis ex Nobili Margaretha Chodowſka vxore ſua liberis ſuis, piè in Domino obdormiens, hic ſepultus quieſcit, Ætatis ſuæ Anno 47. 2. Martij, Anno D. 1606.

Monumentum
GEORGII MATTHIÆ NEYSSERI,

Exuuias tenues crebris attritaq́ morbis
Hoc mea membra loco, paucula terra capit.
Spiritus at propter tua vulnera Chriſte Supremo
Redditus Authori viuit ouatq́ ſuo.

Heus Viator,
Vitæ ſumma breuis ſpem nos vetat inchoare longam.
IOANNES EGO
Ioannis Muccij à Muchendorf,
Ducis Lignicenſis, Bregenſis, Conſiliarij.
Ex Chriſtina Mylia à Mulnberg
Vnicus Filius.
Lignicij Anno D. M. DC. XVI. die xv. Auguſti natus,
Spiritu Sancto renatus,
Muſis dicatus,
Chriſtum videre ſemper cupidus,
Humanis exemptus,
Torunio ad cœleſtem Panegyrim
Placidiſſima morte
Anno Domini, M. DC. XXXIII. die xxvij Ianua.
Adoleſcens annorum nondum XVII.
Euocatus.
Nihil hic
Niſi mortales corporis exuuias ſalutifera primogeniti ex mortuis virtute ad tubæ nouiſsimæ ſonitum reparando depoſui.

Ad mortem ſic vita fluit, velut ad mare flumen,
Correpta Chriſti naue perire nequit.

---

1. Cor: xv.
Quoniam quidem per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum: Et ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur.
Henricus Mochinger, Iudicij Terreſtris Culmeń.
Aſſeſſor.
Reipublicæ, Patriæ,
Iudex, Conſul, Burgrabius.
A. S. M. D. LXXIV. Prid: Non: Iunij
Natus.
M. DC. XVII. pro Prid: Non: Feb.
Denatus
Hic quieſcit. 1. Cor:

1. Cor: XV.

Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Cùm autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo, qui scriptus est:

Absorpta est mors in victoria.

Nicolaus Mochinger animi corporis fortunæ

Eximias dotes

Patriæ pollicitus.

Anno Salutis, cIↃIↃ. LXXVII.

Vitam adeptus,

cIↃIↃ. XIII. Eid: Septem.

Vita functus

Hic situs est.

PERGANO AD ILLAM.

Via rosa & bellua est, flatus, flamma & breue tempus

Fugna frequens Superum si diadema cupit.

Ne sis viator nescius.

IOANNES.

Ioannis Muccij à Muchendorf.

Ducis Silesiæ Lignicen & Bregen. Consiliarij.

Ex CHRISTINA.

Ioannis Mylii à Mulnberg

Consiliarij & Archiatri Lignicen.

FILIA

Filius vnicus

Lignicij Anno M. DC. XVI. die x. Aug: natus.

Spiritu renatus. Musis dicatus, bonis probatus.

Auo, Patriq; inuerso ordine superstitibus amatus

Anno M. DC. XXXIII. Die XXVI.

Adolescens annorum nondum XVII. denatus

Gimnasio Torunensi valere iusso

Summæ Sanctorum vniuersitati

Rectore Christo IESV.

Immatriculatus

DEO gratus

Hoc quod Mortale habuit
Patris amori
In Beatæ reparationis ſpem
Condendum hic reliquit.
Tu cui contingit terris adhuc immorarier
Chriſto confidas petra eſt, ſat firma tueri
Fidentem fido dextera fida Deus.

Hæc tua mors acies agis, hos inferne triumphos
Per cœli Chriſtus lumina victor ouat.

HIc terrena iacent Ioannis oſſa
Kiſlingi, pariter viri boniqúe
Ciuis, quanquam decet fide colentis
Æternum Dominum Deumqúe verum.
Sed non mortua prorſus hæc quieſcunt,
Circumſperſa Dei beatus hic vir,
Cui fortuna ſuos obire dies,
In Chriſto dederit perennis omnis,
In Chriſto periens perire neſcit,

HIc Dorothea iacet, pia, pulchra, pudica,
Olim Chriſtophori filia Pannonij:
Corpus habet tellus, ſpiritus incolit aſtra,
Vnde fuit, iunget donec vtrumque Deus.
Vixit Annos XX. Menſes 5. Dies 11.
Anno Chriſti, M. D. LXXV.
Menſe Iunio, die xx eiuſdem Menſis
Piè obijt.

D. O. M. S.

Martino Gnedero Ciui Torunenſi, Templi huius Præfecto, Ptochotrophion curatori, nato Graudenti Anno Salutis, M. D. XXX. Die xvij Octob. denato Torunij, Anno Salutis, M. D. XCVIII. die xviij. Tunc Marito ac Patri meritiſſimo vxor & filij mœſtiſſimi, Martini Gender recumbenti hic, ſpiritus in Chriſti viuit ouatqúe ſinu boni.

L. T.

Sum-

Summi Pastoris
IESV CHRISTI,
Fidelis seruus
PETRVS ARTOMIVS,
Spe magnæ illius resurrectionis, in qua Deus
Secundum opera vnicuique retribuet.
Quiescit sub hoc saxo, quod mœsti Hæredes
Posuerunt, obijt in via vocationis suæ IV. Non: Sext.
Anno Domini, M DC. IX.

Ioanni Cimermano Reipub. Toruneń.
Burgrabio Regio, ac Proconsuli emerito,
Anno Salutis. M. DC. XLIII. vitá functo, Hæredes PP.

S. S. S.
IOANNI PRATILS,
Anno cIↃIↃ. LXXIX. Mense Iunio, die xxij.
Ex Patre cognomine Consule & Camerario, Matre Barbara Koia,
Matrona præstantissima, vtrisque auitæ Nobilitatis Familiæ
NATO.
Gentis suæ ornamento, ac delicio Patriæ, in Iudicijs & consilijs Ciuilibus,
Ecclesiasticis, Scholasticis, per XXV. Annos Adsessori & Præsidi; prudenti,
facundo, constanti, ad Burgrabiatum Principis gratia aliquoties euecto.
Fidem in Regnum, merita in Patriam, cùm cIↃIↃcXXIX. Febr. 25.
hostis Ciuitatem impeteret, & ille Burgrabij sirmul ac Proconsulis vices
sustineret, felicissimè obsignanti. Dehinc me infirmitatę contracta,
interiori virtutis, tam immotæ fruitioni, sequentis Aprilis
die 3. cum magno bonorum desiderio
Subducto.
Monumentum hoc ex Maria Grotschia
Maioribus similiter præclaris orta.
Et Anno cIↃDC. XXVI. Nouemb. x. ante eum placidè defuncta,
cum lachrymis PP.
Superstites Filij.

Excellentissimus vir Franciscus Tidicæus, Philosophiæ & Medicinæ Doctor,

næ Doctor, Reipublicæque Toruneń. Physicus Ordinarius. Natus Gedani Anno M. D. LIV. moritur Torunij, A M. DC. XVII. Consors eius Nobilis Anna Gretzschia, nata Anno M. D. LX. Obijt Anno M. DC. XXXII.

D. O. M.

Nobilis & Generosus Dominus Cunrad Bremer Serenissimi ac potentissimi Principis ac Dni. D. Sigismundi III. Poloniæ & Sueciæ Regis &c. per 30. annos pacis & belli tempore fidelis aulicus XXVII. Iulij Anno Christi CIↃIↃCXXVII. hic quod mortale fuit deposuit.

Cœlestia cœlo reddidit, ætat: suæ LV. Anno exacto

Viator.

Mortalitatis memor viue & abi.

D. O. M.

Generoso Henrico Vxkul Aulico Regio in Moscul Maykendorib, & Reperbek hæredi qui vetustæ nobilitatis in Liuonia claritudinem, fide erga Reges & Regnum Poloniæ non temporum iniquitate, non bonorum amissione, non exilio, debilitata ac XXX Annorum obsequio clariorem fecit. Iuuentam militaribus studijs exercitam ad honorata principum ministeria, afferens Regiæ salutis custos inter aulicos primum Sigismundi III. deinde Vladislai IV. cooptatus, in Liuonicis, Prussicis, Moschouiticis, Turcicis expeditionibus, quâ Regis stipendijs qua suis militauit, reliquum tempus innocentia, grauitate, erga se afflictos beneuolentia transegit, ac postremò æui & gloriæ maturus nouem liberorum parens. Varsauiæ diem extremum clausit XXXI. Mensis Iulij. Anno M. D. XXXV.

Lachrymis & viduitate tantum in extrema senecta.

Superstes coniunx generq; & filia posuere.

Spes mea CHRISTVS.

D. O. M.

Sacræ Maiestatis Regiæ &c. in Polonia & Suecia &c.

Satelles

Andreas Siferson Suecus.

Anno Domini 1622.

Die Mensis Octobr: XIX.

Hic sepultus ouans optat.

Vt

Vt
Lector pie viuas quod benè mori queas
Certando certamen bonum cursum currendo pium.
Regi Deor: prælliti viuificam semper fidem.
Summa Dei nunc gratia fruor, Corona cœlica quam reddidit IESVS mihi, quam reddidit omnibus pijs.

D. O. M.

Strenuo viro Andreæ Bochm Præf: cohortis pedit: ac mensori Leg: Arcischeuianæ, cuius in expedit: varijs virtutem milites, in vitæ munijs, integritatem boni omnes probauerunt.
Hic Torunij cIↃ. DC. XXXVIII. 25 April: defuncto.
Elias ab Arcischow Arciszewski August: Poloniæ Succiæq;
Regis Vladislai IV. Cubicularius familiaris & miles
Tribunus fortitudinis illius, suæ mortalitatis memor.
F F.

Vita tibi Bohemi validis est acta sub armis
At placido repetis sidera fine domi.
Hostem sæpe prius nunc mortem vincis & ipsa
In patria pro qua viuere suetus eras.

Perpeti memoriæ
Viri periti & honesti
Reichardi Haag
Ciuis & chirurgi Torunensis.
Nati.
Anno M. D. LXXXIX.
Die VI Febru:
Non sine desiderio suorum
Monumentum hoc pietatis ergo posuit
Andreas Meisner priuignus & per testamentum
Hæres.
Hæc lector intuens sis memor
Vt semel es natus sic morieris semel.
Tantum

Extra Ruchardus patriam cubat Hagius oram
Est nobis cœlum patria nonne domi.
Vita animam saluat vitam luit aspicit ipsum
Finem, mors vitam Dia gementus habet.

D. O. M.

Prudentiſsimo atque ornatiſsimo viro Mathiæ Grethchio, Conſulatu, & alijs honoribus, in hac ciuitate ritè perfuncto, & in reditu ex comitijs non longe ab vrbe pie in Chriſto defuncto, in vrbemque relato, & in hoc templo ſepulto, Marito ac parenti chariſs: vxor & liberi mæſtiſ: poſuerunt.

Matthias templo requieſcit Grotſchius iſto
Iſtius Conſul qui vigil vrbis erat.
Qui dum pro patria, pro libertate tuenda
Legati toties munera dura ſubit.
Viribus exhauſtis florenti ætate refertur
Ante diem ex naui mortuus ipſe domum.
Hunc vulgi ſtupuit procerumq; corona loquentem
Sarmaticos quoties, miſit ab ore ſonos.
Iuncta etenim dulci fuerat prudentia linguæ
Menſq; tenax recti iuſtitiæq; vigor.
At nunc amiſſum lugent columenq; decuſq;
Et Patria & Ciues, inclita turba ſuum
Præcipuè hunc plangit paruis ſtipata puellis
Vxor quæ iuncta eſt Lipſido vrbe viro.
Ferrea ſed nullo flectuntur fata dolore
Corpus terra tegit ſpiritus aſtra colit.

Epitaphium ab Artomio Ciue Torunenſi, erectum vxori ſuæ Margarithæ Kcimirin.

ACcipe perpetui, ſed flebile pignus amoris
Margaris, ô thalami ſplendida gemma mei.
Hæc monumenta olim nomen poſt funera clarum,
Vnde recognoſcant ſæcula longa tuum.
Tu pietate grauis fueras, virtuteque præſtans
Atque fugax litis ſobria comis eras.
Nunc es apud ſuperos, recubant hoc oſſa ſepulchro,
Inque Beatorum ſpe cumulata cubant.

Nata Anno Domini, 1518. Menſe Nouemb. die 15. Vixit in Matrimonio Annum I. Menſes V. Defuncta verò poſt partum die 18. Maij, Anno Domini, 1607.

Conradus Graſer Regiom: Franc.
Hic iacet.

Miles

Miles IESV Christi strenuus, & in eius aduersarium, spiritu, ore, calamo vigilantissimus, cursu militiæ suæ feliciter absoluto, graubusque qui in hominem Christianum cadere possunt exantlatis laboribus, tandem in hoc campo placide occubit: arrhabonem, quem Iudex ille Generalis, in extremo Iudicio suis distribuet expectans, cuius memoria, sit in benedictione, sorsque illius inter filios dinumeretur.

Tantum dic Viator & abi.

Militare deserit III. Cal: Ianuarij, Anno Domini, M. DC. XIII. ad VI. vespertinam, cùm vixisset annos LVI. Mens: 8. dies 14. Monumentum hoc ei PP. AA.

HOc Bheuuernicij sua condidit ossa Iacobi,
Coniunx Fabiana Barbara stirpe solo.
Quæ palmare decus Matronas inter honestas,
Et probitatis apex, & pietatis erat.
Qua duce solamen miseris & Mater egenis,
Semper & exulibus fida ministra fuit.
Seruauitq; suum castè sine bile cubile,
Linquens sex soc ij pignora chara Thori.
Octo sed exactis lustris annisq; duobus,
Cœlo animam rursum reddidit vnde fuit.
Qui legis hæc, reputa sortis mortisq;, quod idem
Te certus maneat terminus inde tuus.

IN MONASTERIO VIRGINVM.

D. O. M.
B. M. V.

Generosissimo D. Iuueni Gabrieli de Konopat Comiti, Palatinidæ Culmensi, Fratri desideratiss. Ioannes de Conopat, & Iacobus Octauianus Comites, FF. mœstissimi PP. Obijt xix. Maij, Anno à Partu Virgineo, M DC. XVII. ætatis suæ xxj. Requiescat in pace.

IN TEMPLO S. IOANNIS.

D. O. M.

PETRVS à GRABIE GRABSKI,
Vexillifer Breſtenſis primùm,
Poſtea Capitaneus Cruſuicienſis,
Vtroque officio laudabiliter peracto,
Filio ceſſit.

Reliquum vitæ procul negotijs tranſegit.
Cùm in adoleſcentia & virili ætate ſummam in omnibus induſtriam & dexteritatem probaſſet.
Vir ingenio & doctrina magnus
Catholicus.

Obijt 10. Decemb. Anno Domini, 1649. exactis 84.
Annis, & tribus Menſibus.
In cuius memoriam Matthias à Grabie Grabski,
Vexillifer Breſtenſis, deſideratiſsimo Parenti poſuit.

D. O. M.

Paulus à Dzialyn Palatinides Breſtenſis, Capitaneus Inouladiſlauien:
Nieſzeuienſis hic denaſci iuſſus vt cœlo ſuperſtaret.
Adora Manes, viator mori neſcios.
Virtutem in illis ac auorum ſtantes Ceras plus mirabere.
Si cognoris vtrumq; in hærede renaſci.
Virum cogitas.

Stirps illi nunquam non Heroas docta parere, tot ad trabeam togatos ciues dedit, quot partus: iuuenem externa Regna, ita in literis formarunt vt mores non deformarent: redux inde in patriam primis contra Guſtauum ſignis, parum habuit centuriare accenſos ſuos niſi propriam ijs ſupputaret & vitam, mori tamen tunc non potuit cum vellet, quod ætatem deberet Reipub: obſequijs, quibus interim toties parabatur patriæ quot Iudicijs deputabatur Iudex.

Ducta poſt ex Illuſtriſsima Grudzenſciorum domo.
Thori ſocia & vitæ meruit per illam beatus dici.
Quod poſt mortem ſuam ſuperſtes foret in poſteris ſibi mundus
Demum pietate in Deum quem ampliſsimis eleemoſynis,
Obſeruantia in amicos, quam maximis promeritis maturus magis quam annis,
Moritur ætatis 48. 16. Cal: Ianuarij.
Deſideratiſsimo parenti mœſtiſsimus Filius Sigiſmundus à Dzialyn.
Anno Domini, 1649. P P.

D. O. M.

D. O. M.

Generoſiſs: ac Nobiliſs: Fabianus Plemiecki, quem natura ad omnem laudis atque nominis nobilitatem magnum atq; excelſum produxit: voluntas exercuit: fortuna ſeruauit: ſuam proſapiam ducenti ab his quos iuſtitiæ inprimis ac fortitudinis laude claruiſſe liquet. Viro ſpectatæ virtutis inter prudentes expertiſsimo, inter expertos cordatiſsimo, inter cordatos ſedatiſsimo, inter ſedatos generoſiſsimo, in actionibus circumſpecto, verbis moderato, famâ celeberrimo, vitâ integerrimo & Catholicæ religionis propugnatori acerrimo, templorum fundatori cultoriq; tàm religioſiſsimo quàm diligentiſsimo, in amicicijs fideliſsimo, in exteros candidiſsimo: poſtquam naturæ ceſſit & cœlitus ex hac volubili ſtatione ad æternam vocatus. die 13. Ianuarij. illuſtriſsimus & Magnificus Dominus Nicolaus Raphael à Sztemberg Koſtka vna cum conſorte ſua Sophia à Plęmięcij recto radio ſanguinis conſtricti, non ſine magno mœrore, digno præconio abeuntem proſequentes Indice amore poſuere. Anno Domini, 1622.

Hoc tumulo ſepultus Dominus Eraſmus Eſke & in Deo defunctus. 1648.

Annæ filiolæ dilectæ quadrimæ Melchior Pirneſius Medicinæ Doctor hanc licet paruam docta tamen manu pictam tabellam P P. Obijt Anno Domini, M. D. LXXVI die XII. Iunij.

Cranium ad Viatorem.

Tu quod es ipſe fui modo, quod ſum tu ipſe futurus
Aſt nunc puluis ineris, tunc homo viuus eram
Extremi quare ſemper memor eſto diei
Cum Deus vt mortis ſis memor ipſe velit
Nec quis enim ante mori didicit quam ſit moriendum
Huic veniet triſtis mors & amara nimis

Meditatio mortis ſumma eſt Philoſophia.

Illuſtriſs: Princeps Dñus D. Albertus Polo: Rex Apoplexia hic Torunij moritur Anno Domini, 1501. die 17. Iunij Ætatis 41. cuius viſcera hic ſepulta corpore Crac: tranſlato Regni An: VIII.

Non parem Paulo gratiam requiro
Veniam Petri neque poſco, ſed quam
In ligno Crucis Latroni dediſti,
Sedulus oro.

NICOLAO COPERNICO TORVNIENSI
Abſolutæ ſubtilitatis Mathematico, apud exteros celeberrimo, ne in ſua patria tanti viri periret memoria hoc monumentum poſitum: Moritur Varmiæ in ſuo Canonicatu. Anno Domini, 1543. Die 2. Iunij. Ætatis ſuæ 73.

Victor ouans agito proſtrata morte triumphum
Muneror & populo cœlica dona meo.

Chriſto Seruatori Sacrum.

Gaſpari Friſio Scabino Torunenſi cum in coniugio Añ. XXXVII. ſuſcepiſſet ex vxore ſua liberos XI. placide mortuo XXVII. Octob. Añ. Chriſti cIↃIↃLIV. & Annæ Gnaupneræ eiuſdem coniugi quæ Añ. 22 vdui exegit & in vera Dei agnitione pie deceſsit 23. Decembr. Añ. M. D. LXXVI. Parentibus chariſsimis, gratæ memoriæ ergo hæredes Hoc M. P. CC. Anno Chriſti, cIↃIↃXXCVI.

Conditus eſt ſub hoc ſaxo eximius prudentiſsimuſq; vir Dominus Michael Siffert Reipub: Torunenſis Senator, qui in Dño. obdormiuit. Anno partæ ſalutis 1578. die 9. Ianu.

In cruce pendentem rigida me care viator
Aſpice nam propter te mala tanta fero.
Tamen hunc Chriſtum cœlo deſignat imago
Rebus in aduerſis in tua vota voces.

Ornatam artifici manu & politam ne mirere videns viator vrnam, hæc ſeruat veteri Sebaſtianum natum ſtemmate Troſtium ſequeſtro commiſſum, patria Torunienſem qui dignus patria dignus parente, dignus nominis inditi decore, ſeptem climata cum videret ortus, ſi tot ſingula metiamur annis immaturus obit, ſuiq́ue triſte, Heu, deſiderium reliquit orbi, omnes huius ob id dolete mortem, quod ſtirps peruetus illa Troſtiorum Troſtio perit omnis in Μεσαμνω. Obijt Añ. M. D. LXXVIII. 25 Mar: Ætatis ſuæ 49. Climacterico. Coniunx mœſtiſsima amoris ergo P.

Floria-

FLorianus membra mea hac ſub vrna
Condidi, cœli ſupera ſed æde
Mens colit vera pietate ſummum
Caſta tonantem.
Qui nutritores Heliconis almos
Artibus ſacris docui fideles
Vt forent noſtræ patriæ ſalutis
Magna columna.
Ante formido truculenta parcæ
Tempus abrupti fera ſtamina æui
Carperem vt vitæ radiante cœlo
Sæcula longa.
Sic lucrum letho petitur profeſſo
Chriſte te vera pietate vitæ
Stat quibus ſpes in meritis ſalutis
Fixa perennis.

Gradum viator ſiſte buſtum tranſiens.
Et graue tibi ni fuerit ex me diſcito.
Matrona quæ paruo hoc cubat ſub marmore.
Fuit Anna nomen Abentnach domus Auſtria altrix.
Maritus Melchior Pirneſius arte medica cultus.
Sepulchrum Pruſsia heu quanta mater liberis ſolatia moriens rapuit.
Tu cum voles abi.
Satis iam ſcis viator.
Et pius ſi es mortuæ coniugis vt oſſa molliter cubent roga.
Anno D. M. D. LXXIII. die 25. Maij ætat: XLVIII.

IN TEMPLO DOMINICANORVM.

D. O. M.

Lucas à Klionouo Klionowski de domo & antiquiſsima Leſciciorum familia Hæres in Zembow Sikorze & Swiętoſław vir de Sancta Eccleſia Catholica, cuius præcepta, zelum, religionem in viros Eccleſiaſticos, reuerentia vſq; ad extrema vitæ ſuæ momenta coluit & ſeruauit, & de Repub: Polona pro cuius amore in iuuentute bellis Moſchouitico ſub ſignis Illuſtriſs: Dñi Martini Kazanowski Palatini Podoliæ moderni Ducis exercituum campeſtris, paucis autem ante elapſis annis in Pruſsia contra Guſtauum Sudermaniæ Principem ipſius primis reſiſtendo conatibus, proprijs impenſis in comitatu illuſtrium D. Dñ. Dzialyniorum

totius

totius Vexilliferum agens cohortis, multa inuicto animo vitæ ſuſtinuīt pericula, optime meritus, ob quas animi ſui dotes Ssmis Regibus Sigiſmundo III. & Vladiſlao IV. ſemper charus extitit, tandem quem nec ferox Moſchus, nec ignitus proſternere potuit Suecus, æque inuidi ac maleuoli doloſa Tyrranicaque vicini, ſuorumq; ſatellitum manus & quidem dum ſe nullum putaret habere inimicum. Añ. D. 1635. die 8. Febr: SacroSanctæ Miſſæ peracto Sacrificio, in ipſo Eccleſiæ Iazznen: Cimiterio crudeliſsime multis affectum vulneribus proſtrauit, hic igitur, ſui innocentiſsimi ſanguinis decus expectans vindictam, quieſcit. Obijt 25. Martij. Anno Domini, 1635. vitæ vero ſuæ Anno 41.

D. O. M.

Generoſiſsimo Adoleſcenti D. Iacobo Oſtromecki antiqua eaq; ſplendida & Illuſtri Oſtromeciorum familia Palatinatus Culmenſis Luca ab Oſtromeck, & Margaretha ab Oporow parentibus orto, orthodoxæ fidei zelozo & conſtanti, ad res magnas nato omnibus ob morum comitatem & elegantiam charo, in egenos liberali, paleſtram omnium virtutum ingredienti, mors præpropera curſum non modo vitæ & laudis, & gloriæ præripuit, viuereq; vix incipientem tranſuehi mortalitatis pelagus ad vitamque perennem remeare iuſsit, magno cunctis ſui deſiderio relicto, febri acuta correptus extinguitur, anno reparatæ ſalutis, 1624. Men: Martij 23. ætat: ſuæ 20. Sorores mœſtiſsimæ hoc vltimæ voluntatis amoriſque ſignum fratri deſideratiſsimo non ſine lachrymis poſuêre.

Oretur pro eo
Dominus Deus noſter.
Virerent, ô vtinam, tales multi.

Hic iacet Generoſus Dominus Albertus Ruſinowſki, de Ruſinowo à Geplo, Subdapifer, Palatinatus Innowladiſlauienſis, &c. qui viuens hoc ſibi monumentum comparauit, Anno Domini, M. D. XCVII. Menſe April. Ætatis verò ſuæ Anno XLIV.
Obijt Anno Domini, 1597. Menſe Iunij die v.
Cuius anima requieſcat in pace ſancta.

Qui modo purpureum referebat corpore florem,
Mox ſpeciem breuis ah gloria mortis habet.
Beati mortui, qui in Domino moriuntur.
Anno Domini, 1596. die Maij, moritur honeſtus vir Ioannes Dias, qui multa bona fecit Conuentui loci iſtius.
Oretur pro eo. Requieſcat in pace. D.O.M.

D. O. M.

Nobilis & Generosæ Domus Proles Adamus Tylicki de Tylice, Iacobi bellicis artibus strenui filius, Petri Episcopi Crac. & Bartholomæi Castell: Rogozinen. Nepos, ab exteris Nationibus Patriam reuersus, literis, morumq; probitate apprimè instructus, linguarum peregrinarum scientia excellens, Aulæ Regis adscriptus, semestris ab reditu non transacto, Patre & Amicis aspectu suo vix recreatis, improuido sclopeti ictu occumbit.

O mors immatura ni inuidisses, magnum decus Patria vidisset.

Heu spes mortalium inanis.

Quæ inter manus amplectentium quasi vmbra dissiliunt, en vix edoctus viuere morior. Ast vitam incipio meliorem, à Parta Salute, M. DC. XIII.

Vixit Annos XIX. die IV. Iunij, Menses vj. Dies XXI.

D. O. M.

Illustribus & Generosis DD. Bartholomæo Castellano Brestensi, Rogozinen. Sluchouien. Capitaneo. Iacobo Pincernæ Calisien. à Tylicæ, viris generis antiqua Nobilitate ornatis. Religionis Christianæ propugnatoribus acerrimis, mira prudentia immortaliq́ue omnium virtutum, tam Senatorij, quàm equestris Ordinis splendore clarisſ hoc monumentum mœsta Posteritas posuit. Vixerunt Ecclesiæ Dei subsidio, Patriæ consilio, Amicis ornamento, Bartholomæusq́ue obijt Anno D. 1615. die S. Catharinæ.

Pie Lector precare requiem.

Hic iacet sepultus Generosus Dominus Ioannes Paprocki, Notarius Zupæ Torunensis, qui viuens vnà cum Anna Consorte sua clarissima, hoc sibi posteriſq́ue suis monumentum amoris ergò comparauit, Anno Domini, 1597. Mensis Maij die 28.

VLADISLAVIENSIA.

D. O. M.

Balthasar Miaskowski, S. Th. Doctor, è vetusta Leliuarum Stirpe ortus, vir pietate, doctrina, ac vitæ integritate insignis, moribus suauis, consilio ac iudicio grauis, pro immunitatibus Ecclesiasticis zelans, eiusq́ue disciplinam obseruans. Qui cùm à Magno illo Episcopo Hieronymo Rozrazewski ad Canonicatum & prædicationem verbi Dei, post ad Archidiaconatum Pomeraniæ in hac Ecclesia, cuius etiam opera in rebus Reipub.

a duis tractandis vtebatur, assumptus; tandem à Paulo Wolucki ad Episcopatum Margareten. & Suffraganeatum Vladislauien. euectus esset, fœtibus ingenij nonnullis typo mandatis Ecclesia in Fordan latere cocto ædificata, post multos in Ecclesia Dei in hac etiam per annos XL. exantlatos labores propè septuagenarius piè obdormiuit in Domino, die XIX. Mensis April. Anno Domini, M. DC. XXXIII.

Admodum Rñdo D. Alberto Brzyszewski, I. V. D. Canonicoque Vladislauien. viro pietate, doctrina, morum elegantia, animi candore, & rerum gerendarum dexteritate insigni, qui supra quadragesimum ætatis suæ annum agens, magno sui desiderio relicto, piè obdormiuit in Domino, die XVJ. Nouemb. Anno Domini Incarnationis, M. DC. XXVI.

Ioannes Karnkowski, Episcopus Vladislauien. sciens se esse morituum, hoc suo cadaueri monumentum viuens adhuc ipse iussit fieri, Anno Domini, M.D. XXXVIII. die II. Decemb.

Vincentius de Przerompczyce, Cancell: Reg: Pol tandem Płocen post Vladislauien. Pontifex, hic sepultus est. Obijt Anno Domini, 1513. die 20. Septembris.

D. O. M.

Reuerendo Domino Ioanni Begellio, Iurisprudentiæ Doctori, Canonico Vladislauien. Custodi S. Michaelis Crac. viro optimo, & ad res gerendas planè nato, cuius fidem, prudentiam, industriam, diligentiamque Illustrissimus ac Reuerendissimus Dominus Hieronymus Comes à Rozdrazew, Episcopus Vladislauien. multis annis in negotijs publicis & priuatis probauit, atque eum propterea charum habuit, honoribusque Ecclesiastic ornauit, & quem viuum dilexerat, eundem mortuum hoc tumulo condidit. Obijt Anno ætatis suæ XXXX. die XIX. Ianuarij.

D. O. M.

Admodum Reuerendo Domino Sebastiano Rostkouio, I. V. D. Archidiacono Pomeraniæ, Canonico Łouicien si, ingenio, eruditione, animi candore insigni, acerrimo propugnatori iustitiæ, in colenda & retinenda amicitia constantissimo, cuius fidem, prudentiam, industriam, diligentiamque

tiamque Illustrissimus & Reuerendissimus DD. Andreas à Lipe Lipski, Episcopus Vladislauiensis & Pomeraniæ, multis in negotijs publicis ac priuatis, potissimùm vero in munere Officialatus probauit. Alexander à Brzezie Brzeski, Decanus Vladislauien. Cantor Plocen. quem viuum dilexit, mortuum hoc monumento condidit. Obijt anno ætatis suæ LIV. die 7. Mensis Iulij, Anno Domini, M. DC. XXVII.

D. O. M.

Meruit Matthias Pstrokonski de Buzenin, dum viueret, summi decoris laudem, natus Illustri Rozarum Familia fuit, Regens Cancellariæ, Referendarius, Episcopus Premislien. Vice Cancell. Supremus Cancellarius Regni, Episcopus Cuiauien. Senator consilio pollens, eruditus, in omni actione constans, prudens, magnanimus, magnis negotijs par: Patriæ, quam bello ciuili turbatam suis consilijs pacauit, & Regis amans bonis ob virtutem amabilis, Sacerdos pius, conscius, in egenos munificus, zelo diuini honoris propagandi ardens: id agentem mors anno ætatis LVI. Christi, M. DC. IX. die iij. Calend: Iulij in Arce Raciaznensi non incautum, sed in ipso exitu piè Diuinæ voluntati obsequentem intercepit.

Eius memoriæ hoc monumentum

Matthias Łubienski Pomianus, ex Consobrina Sorore Nepos, ab ineunte ætate alumnus, Auunculi virtutes æmulatus, ex Posnanensi in Vladislau. Episcopatum XXII. post mortem ipsius anno successor cliens Patrono posuit, suumque eidem tumulo post mortem corpus supremis tabulis, si ita Diuinæ voluntati placuerit, inferendum ordinauit.

D. O. M.

PAVLO WOŁVCKI,

Vladislauiensi & Pomeraniæ Episcopo.

Viro pietate, ac totius vitæ moderatione insigni, in Episcopali functione ad prisci plus quam sui morem æui compositio; qui post Legationem ad Paulum V. Pont: Max. nomine Sigismundi III. Regis, & Regni cum laude obitam Ecclesiæ Vladislauien Præfectus, eidem viuens & moriens ampla auri, argenti, sacræ supellectilis donaria dedit. Sanctissimam Eucharistiam in hanc à se exornatam Capellam transtulit, ac vt in perpetuum tanti Sacramenti honorem Missa hic caneretur, perenne Mansionarijs stipendium attribuit, Patriam inter Turcica laborantem arma, lecta ac numerosa militum manu iuuit. Seminario Clericorum vij. millia florenorum in augmentum census quotannis donauit. Societatem IESV Luceoriæ dotatam, Rauæ collocatam amplo reditu auxit, ibidemque pro institutione xij. Nobilium perpetuum prouentum addixit: in redimendis à seruitute

barbarica captiuis non mediocrem argenti vim omneinque ferè substantiam liberaliter in alios pios vsus testamento legauit. Obijt Anno Domini, M. DC. XXII. die xv. Nouemb. mortalitatis suæ LXIII. Philippus Wolucki Palatinus, & Sebastianus Wolucki Capitaneus Rauensis, desideratissimo Fratri suo posuerunt.

D. O. M.

Generosus D. Martinus Tolibowski, Vexillifer Palatinatus Brestensis, in genere & Stemmatum vetustate illustris, in Catholica Religione, dignitate Regia tuenda, arduisque Reipub. functionibus obeundis constans, probus, & solicitus Ciuis: ingenij expediti, iudicij recti maturique vir, ætatis suæ Anno 42. die 4. Octob. 1603. piè obdormiuit, cui monumentum hoc Frater Germanus Andreas Iudex Terræ Brzesten. in pignus amoris erexit.

Non mihi sat fuerat viuenti vincere mortem,
Hanc nisi defunctus vincere posse probem.

Venerabili Alberto à Kazimierz, Ecclesiæ Cathed: Vladislauien. Vicario perpetuo, Altariæ huius nouæ tabulæ & supellectilis sacræ instauratori, SS. Missæ ad altare priuilegiatum tertij ministerij Fundatori, viro pio, modesto, benefico, Executores posuerunt. Obijt die IX. Ianuarij, 1623.

Venerabilis Albertus Vistkicius, Art: & Philos: Baccal. Vicarius perpetuus Pœnitentiarius, qui in hac Ecclesia Cathedrali per annos 36. officijs strenuè ac grauiter deseruiens, missis ad altare S. Crucis quarti ministerij, alijsque ministerijs & officijs fundatis, plusquam sexagenarius obdormiuit in Domino, Vladislauiæ 20. Ianuarij, Anno Domini, 1636.

Hic iacet D. Ioannes Sokołowski de Wrząca, Canonicus Vladislauiensis. Obijt die S. Michaelis, Orate pro eo. Anno M. D. III.

D. O. M.

Lucæ Comiti à Gorka, ex Palatino Posnanien: Episcopo Vladislauien:, & Pomeraniæ, humanitate & prudentia, facundia eximio. In Repub: bono Patriæ Ciui, in Pontificali munere laudato Antistiti, pauperum patri,

Fidei

Fidei Catholicæ contra noua tunc pullulantia dogmata, cùm alibi tum & pro Concionibus, sacris ad populum sæpè habitis, assertori libertatis, iurium ac bonorum Ecclesiæ propugnatori, erga Capitulum hoc beneficio, cui moriens totos vnius anni Episcopales reditus suos raro exemplo legauit. Capellæ huius in qua & Cineres sui, anno Domini M. D. XLII. depositi quiescunt, structori, Missæ de B. M. V. quæ hic quotidie canitur fundatori, ob receptum in societatem sepulturæ Paulum Wolucki, Episcopum Vladislauien: Philippus Wolucki Castellanus, & Sebastianus Wolucki, Capitaneus Rauensis, posuerunt, A.D. M. DC. XXVI.

Suentoslaus de Wrząca Sokołowski Archidiaconus & Canonicus Vladislauiensis. Anno Domini, M. D. XXXX. VII.

Anno Domini M. D. VIII. VII. Iulij. Obijt Venerabilis vir Cristinus de Bolantouo Canonicus Vladisla: orate pro eo.

D. O. M.

Reuerendo Domino Matthiæ Zizinio Petricouien? S. T. Doctori, Protonotario Apostolico, Ecclesiæ huius Canonico ac Ecclesiastæ, Theologo eruditissimo, oratori eminentissimo, qui liberalitate Cardinalis Radiuili Romam missus post Hieronimo Solikouio Abbati Wachocensi in Galliam Comes adiunctus, inde redux Simoni Rudnicio Episcopo Varmiensi adhæsit: ac deinceps ab Alberto Baranouio tunc Episcopo Vladislauien: Canonicatu huius Ecclesiæ ornatus, Sacrum Euangelicæ prædicationis munus per Annos XVII. cum summa laude obijt. Bursam apud Academiam Cracouien: pro institutione duodecim alumnorum censu pro octodecem millibus florenorum in prouisionem eorum empto fundauit, ac tandem pijs alijs monumentis relictis moritur die 8. Mensis Iulij. Anno Domini, 1625.

D. O. M.

Admodum Reuerendo Domino Petro Pikarski, I. V. D. Cancellario Vladislauien: Decano Krusuicen: Luceorien: Can: viro probitate Iuris peritia & ingenij acumine Excellenti, qui cum tàm Officialis in hac Ecclesia, quàm Iudicis tribunalis Regni functiones egregie obiuisset in medio vitæ cursu obdormiuit in Domino die XII. Mensis Nouembris. Anno D. M. DC. XXIX.

D. O. M.

Admodum Reuerendo D. Lucæ Bratkowski I. V. Doctori, Vladislauien:

& Varmienſi Canonico, viro pietate, eruditione morum & iudicij grauitate excellenti, in Capella hac Præbendæ S. Andreæ Fundatori, huius Eccleſiæ, pro Miſſa à Tobia olim Ianikowski fundata, cenſu aucto & multis alijs pijs monumentis relictis, obdormiuit in Domino die 19. Aug: Anno D. 1629. Ætatis ſuæ Anno 63. Executores poſuere.

D. O. M.

Admodum Reuerendus Dñus Stephanus Wilgoſtowſki Canonicus Vladiſla: Præpoſitus Oſuieci: S. R. M. Secreta: Miſſarum altaris huius Fundator, communem mortalitatis legem expectans, exuuias corporis ſui hic depoſiturus, tabulam poni hanc curauit. Anno Domini, M. DC. XXXVI.

D. O. M.

V. Staniſlao à Szpital Cathedr: huius Vicario perpetuo; qui Eccleſia in Kobia regali proprijs ſumptibus extructa & ornata, dote ipſius vindicata, ædificijs ſinè veſtigio Parochialibus excitatis ac perfectis, ſupellectili ampliata, Eccleſia ſponſa Parochis ſucceſſoribus relicta, Obijt in Domino die Men: Maij. M. DC. XLI.

D. O. M.

Hic depoſitus quieſcit.

Staniſlaus Pomorski, I. V. D. Canonicus Vladiſlauienſis.

Quid illi graduati honores?
Vapor ad modicum parens
Quid ingenuæ artes?
Diſce viuere diſce mori.
Quid Nodoſus Ariſtoteles?
Viuimus, ergo morimur.
Quid perplexus Iuſtinianus?
Statutum eſt cuique ſemel mori.

H I C

Viuere didicerat annis 63.
Sua Eccleſijs hoſpitalibus erogando.
Sciebat mori 12. Nouembr: 1644.

Virtutibus.

Cleri

Cleri inopumque à se fundatas preces adiungendo.
Et tu moriturus precare viator.
Execu: Hoc Monu: Posu:

D. O. M.

FRANCISCO ŁANSKI.

Nobili genere nato.

Qui cum pueritiæ adolescentiæque annos in literarum studio, tàm in Regno, quàm in exteris nationibus, cum laude expoliuisset, grauiorem ætatem, ad inseruiendum piæ memoriæ, Hieronymo Rozdrazewski Episcopo Vladislauien: lubens dedicauit, ipsumque in curis laboribusque Ecclesiæ & Reipub: ferendis gnauiter iuuit, ob cuius insignem doctrinam, Eloquentiam incomparabilem, stili elegantiam, in rebus gerendis dexteritatem, erga Ecclesiam Dei zelum vitæq; integritarem eundem, Magnus ille Episcopus. Primum ad Archidiaconatum Pomeraniæ, post ad Episcopatum Margariten: ac Suffraganea: Vladisla: euexit, Honoresq; Secretarij S. R. Maiestatis insigniuit, morbo rympanitidis correptus, Ætatis LV. Restitutæ verò salutis M. DC. XVII. Anno, Die XIX. Men: Ianua: Naturæ debitum exoluit. Executores Testamenti mœsti posuere.

Ad M. D. G.

Hieronymo Comiti à Rozdrazew.
Vladislauiensi & Pomeraniæ Episcopo.

Qui cum Pastoralem vigilantiam Annis prope 20. Pontificatum gerens, in propagando cultu Diuino præstitisset, plurimas ex Hæteticorum manibus vindicasset Ecclesias, suam Cathedralem, ac alias variè adornasset, Clerum ac Monasteria per vniuersam Diœcesim, ingenti conatu temperasset, restituissetq; ferè collapsam disciplinam Ecclesiasticam, Carthusianos post liminio, in veterem reduxisset sedem, Societatem Iesu Dantisci, per se collocatam locupletasset à fundamentis Episcoporum Ædes extruxisset alias, alias in augustiorem redegisset formam, grauissimis quoque legationibus, alijsq; pro Patria & Repub: Christiana laboribus perfunctus, vbiq; boni Pastoris insignia, exempla, atque documenta reliquit: ac tandem Romæ Anno Sancto M. DC. vltimum diem sanctè clausit, vbi & sepultus quiescit. Tanti Antistitis memoriæ successor ab eo tertius Paulus Wolucki, Episcopus Vladislauien: & Pomera: Cenotaphium hoc anno salutis M. DC. XIX. F F.

D. O. M.

D. O. M.

Reuerendus D. Koſkowſki Canonicus Vladiſlauien: viriudicio maturus, moribus compoſitus & grauis, in colenda amicitia conſtans & ſincerus. Anno 1579. Die 8. Septemb: Ætatis ſuæ Añ. 70. vitam finiuit, cui tumulum & tabulam chari Executores poſuere.

D. O. M.

Reuerendus Staniſlaus Zakrzewski, Præpoſitus Vladiſlanien: & Cruſuicienſis Canonicus, vir nobilis, Sacerdos integerrimus, Prælatus præcellens, in diſciplina Eccleſiaſtica propaganda zelozus, in pauperes liberalis, amicitiæ cultor ſincerus, magno omnium deſiderio bonorum, moritur Vladislauiæ. Anno Domini, M. DC. III. Die XVIII. Maij. Ætatis vero ſuæ LIV.

Cui monumentum hoc, Pij poſuere Fxecutores.

D. O. M.

Admodum Reuerendo D. Nicolao Brzezinski, Illmi, & Rmi. Domini Hieronymi olim Comitis à Rozrazow Epiſcopi Vladiſl: Familiari: à quo Vladiſl: & Cruſuicien: Canonicatu ornatus aliquot annos munere Officialis Generalis, apud hanc Eccleſiam probè functus, ac in pluribus alijs negotijs grauibus, benè de ea meritus magno ſui deſiderio ob animi candorem ac morum elegantiam relicto, piè vita deceſsit. Anno Chriſti 1622. Ætatis ſuæ 63. Menſis Maij. die 18. Qui hæc legiſti ne fruſtra legeris, ora Chriſtum pro eo, parem mortalitatis legem expectans.

D. O. M.

Reuerendus Dominus Thomas Zakrzewſki, de Diſtrictu Koualien: Cano. Vlad. Philoſophiæ & Medicinæ Doctor, vltimus hæres antiquæ familiæ Obijt. Anno Domini, 1607.

D. O. M.

Reuerendiſsimus in Chriſto Pr. D. Matthias Wieliczki de Krowiczyn Dei Gratia & Apoſtolicæ Sedis Authoritate Epiſcopus Margareten: Suffraganeus & Decanus Vladiſlauien. Canonicus Sendomirien: Cruſuicien: Pultouien: vir pius & integer, ingenij placidi ac moderati, Pauper: fautor atque promotor benigniſsimus, qui apud Eccleſiam hanc Cathe-

Cathedralem Wladislauien: Resides Anno ætatis suæ LX. vel paulò minùs impleto, in calores continuos & lenes incidens, piè ac placidè 28. Nouemb. Anno Salutis nostræ, M.D.LXXXV. surreptus, maximo desiderio multis relicto, ex hac miserabili vita commigrauit ad Superos in Christo, cui hic sepulto, pij atque mœrentissimi Fratres, hoc monumentum posuêre, vt requiescat in Domino,& pace sancta. Oretur pro illo.

D. O. M.

Catharina de Golcz Mokronowska, quæ illustri loco nata, splendori natalium proprias virtutes, laudabilem per omnem vitæ cursum, morum grauitatem,tum sobolis insignem educationem adiunxit,singulari in rebus domesticis tractandis dexteritate, felicior quam sexus ferebat, fuit veræ erga Deum pietas, cuius professione in morbo, primum lethali illustrata diuturnum errorem Pœnitentiæ feruore, quantum potuit compensauit. Obijt 20. April. Anno Domini, M. DC. V. Andreas Mokronowski, Capitaneus Vladislauien. Matri desideratissimæ posuit.

D. O. M.

Reuerendo & Excellentissimo Domino Gaspari Lindener Posnanień. Philosophiæ & Medicinæ Doctori, Canonico Vladislauien. & Cruswicien. Custodi Volborien. ob insignem pietatem, & eruditionem, morum elegantiam & suauitatem, in arte Medica felicem peritiam, Fratri charissimo Executores posuêre. Obijt Anno Domini, M. DC. XI. die 24. Iunij, ætatis anno 49.

D. O. M.

Adamus Wysocki de Domo Godziembarum, Ecclesiæ huius Cathedralis Vladislauien Vicarius perpetuus, vir pius & probus, liberalis & hospitalis, de literis humanioribus & arte Musica bene meritus, quem mors in medio ætatis cursu veluti arborem virentem,& ad fructus vberiores matureſcentem sustulit, ac vt in die resurrectionis, illud quod mortale & corruptibile fuit, reflorescat, hic deposuit. Obijt Anno D. 1642. die 5. Mensis Ianua.

PETRO DE BNINO,
Vladislauiensi Pontifici,
Religioso & Sapienti,
Positum procuratione Calimachi,
Experientis Amici concordissimi.
Anno Domini, M. CCCC. LXXXIII.

IOANNES DE ŁASKO,
Archiepiſcopus Gneſnenſis,
Alumnus ſuo Patrono,
Creslao de Curoſwanki,
Epiſcopo Vladiſlauienſi,
Capulum condidit vita functo Volboriæ,
Anno Domini, 1503. Aprilis.

Vincentius de Przeramb,
Vice-Cancellarius Regni Pol.
Tandem Plocenſis poſt Vladiſlauien. Pontifex,
Hic ſepultus eſt.
Obijt Anno Domini, 1513. die 20. Septemb.

Reuerendus Pater D. Sbilutas,
Epiſcopus Vladiſlauienſis,
Moritur, & hic iacet ſepultus.
Anno Domini, 1283.

QVI luſtras Lector, Koſkouius iſte Ioannes,
Cuius Manes recubant, mole grauatus atra.
Præfuit hic ſacris Magnorum cura virorum,
Atque tui cuſtos Chriſte decoris erat.
Non pietas vitæ, non lingua diſerta vocato
Defuit, aut mores conſilijq; decus.
Dira tamen mors hunc crudeli falce repente
Suſtulit, heu celebrem laude domoq; virum.
Parce tamen lachrymis, mœrori parce Viator,
Vitam etenim ſuperat, qui bene vixit habet.
Dic gemitu triſti, te noſtra voce precamur,
Da famulo veniam, da requiemq; Deus.

Bonum eſt iudicium mortis, confecto ætate. *Eccl. XLI.*

CRVSVICIENSIA.

Memoriæ Perenni,

ET

ET

Nunquam intermorituræ virtuti trium Episcoporum, qui primi Crusuiciæ Sede constituta, in his regionibus Religionem Christianam doctrina sua disseminârunt, peruigili cura amplificârunt, vitæ sanctitate confirmârunt, Lucidi, Laurentij, Marcellini, quorum primus Anno Domini, 993. secundus 1014. tertius 1033. ex hâc vita in meliorem commigrauerunt, & hic sepulti requiescunt. Erectum monumentum ab Illustrissimo & Reuerendissimo D. Laurentio Gembicki, Episcopo Vladislauiæ & Pomeraniæ, Anno M. DC. IV.

SISTE QVI TRANSIS
Contemplare
Antiquitatem & vices rerum humanarum.

Iacent hic duo Episcopi Crusuicien. Vincentius, & Andreas Romanus, ille IV. in ordine Episcopali, Anno 1055. hic 5. Anno 1081. vitam terminârunt. Ingemisce, & dic: Hem quanta argumenta vbique loquantur antiquitatem Catholicam, quanta refellunt vbique nouitatem hæreticam. Posuit pio affectu erga Antecessores dictus Illustrissimus & Reuerendissimus D. Laurentius Gembicki, Episcopus Vladislauien. & Pomeraniæ, Anno D. M. DC. IV.

Ioanni Sztemberg, Episcopo Crusuicienſi, qui obijt Anno 1082.

Crusuicias sacra dat Præsul Baptista per oras,
Gregorius vigil his inuigilare iubet.
Romulea natu celebris de sanguine Gentis,
Pallas huic roseum sparserat ore decus.
Spiritus irradiat superis, Ecclesia chari,
Pastoris cineres Crusuicienſis habet.

VIELICIENSIA.

D. O. M.

Nobilis Stanislaus Gawronski de Armis Rauitarum, Vice Zupparius Vielicen. Capella hac erecta, fundata & dotata, in Honorem Dei, & Sanctorum, & pro salute animæ suæ, & Maiorum suorum Sacrificio peragendo,

Præbendarium ſuum Ioannem (filium Generoſi & ſtrenui Laurentij Gawronski Paulidis, dicti Ptaſzek, Exercituum in Vngaria Ioannis Regis Vngariæ Campiductoris, & ibidem in Vngariæ Regno mortui.) Hic terræ mandari fecit, Anno Dñi, 1608. qui vixit annis 77. vitam agens ſine querela, modeſtia clarus in vtraque fortuna, qui relictis filijs ſuperſtitibus duobus, Staniſlao & Martino, obijt. Huius animæ miſereatur Deus.

Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo,
Et ſubito caſu qua valuere ruunt.
Omnia mens hominum ſtudio reparare potis eſt,
Quæque videbantur iam ruitura valent.
Mortem effugere datum eſt nemini,
Siue gnarus ille ſit, ſiue ſtrenuus:
Vnuſquiſque namque in commune naſcitur,
Conditione mortalitatis.

HIc Albertus Oporouia de Gente quieſcit,
Albertus generis ſpes fugitiua ſui.
Prodierat clara Hieronymi è Stirpe Milonſki,
Sed non æquauit fata benigna Patris.
Nam Pater Auricoma meritorum luce coruſcans,
Promeruit titulo ſplendidiore frui.
Secretarius eſt Regis, præſenſque Zupparum,
Diuitias quarum Cracia ora tenet.
At natum Lacheſis properanti falce peremit,
Nec ſiuit Patrios dura videre dies.
Ordinis haud rerum gnara eſt mors quatuor annos,
Natum ſæua nimis ſuſtulit ante Patrem.
Publica res ictum poſcebat viuere nati,
Annos coniunctim debuit atque ſuos.
Anno Virginei Partus, 1626. Menſe Nouembri, die ſecunda.

Hoc recubant tumulo Stanislai oſſa Gebałka,
Cura Salinarum, cui pia ſemper erat.
Munificus cunctis, & exorandus egenis,
Ipſe Sacerdotum dulce leuamen erat.
Romanæ fidei conſtans, Cultorq; Tonantis
Scandit ad Ætherei Regna beata Poli.

Chriſto-

Christophorus Buczkowski,
Annæ Bercneriæ, Consorti pudicissimæ & fidelissimæ, annorum ætatis XXXIII. in medio Ecclesiæ huius sub Figura Crucifixi, Anno Christi, M. DC. XLI. xviij. Aprilis sepultæ. Ipse postmodum in eodem loco vltimo die resumendum corpus repositurus, annũ tunc agens LV. pingi curauit. Anno Verbi Incarnati, M. DC. XLIII. vt æternum viuat, Lector apprecare.

Albertus Krupka, Præpositus Ecclesiæ huius, memor mortalitatis, hic corpus ad supremum Iudicij diem resumendum depositurus sibi, & memoriæ Patrui sui Admodum Reuerendi olim Sebastiani Krupka, I. V. D. Canonici Cracouien Præpositi Vielicien. in Cathedrali Cracouien sepulti, quem constans in Deum fides, in omnes pietas, in pauperes liberalitas, plane immortalem ante obitum reddidere, hoc monumentum posuit, Anno Domini, 1627. die 6. Maij.

Generosus Dominus Bartholomæus Dziecmiarowski, Maior Polonus, Generosæ D. Annæ de Suchoraba, Filiæ Generosi olim Hieronymi Suchorabski, Consorti verò suæ desideratissimæ, monumentum hoc amoris ergò mœstus extrui curauit. Vixit virgo annis XVII. casta Coniunx annis XXXIV. Menses iij. Obijt Anno Salutis, M. D. XCII. die xxv. Aprilis, hic sepulta quiescit. Oretur Deus pro ea.

Stephano Skarmirscio, in Maiori Polonia nato, omnibus boni Ciuis muneribus in hac Ciuitate, ad extremum vsque spiritum functo, viro moribus antiquo, eruditione claro, rerum vsu inter suos celebri, Patri desideratissimo liberi P. Vixit annos 75. mortuus Anno Domini, M. DC. x. Calend: Augusti.

Dominus Vrbanus Czarnocki, Stemmate clarus, Stigarius præterea nomine, reque vigilantiss.

Hoc poni fecit Natis, Sociaq; Thalami,
Vt memores lethi Regna beata petant.

Spectabilis Hieronymus Gorracki Crac. oriundus Consul Vielicien.

cien. Fidei & Religionis Christianæ cultor irreprehensibilis, vitæ probitate, morum honestate, doctrina non contemnenda conspicuus, humanitatis beneuolentiæque studiosissimus, de Repub. Ciuitatis huius benè meritus. Epitaphium hoc indicem ex opposito proximè monumenti sibi posterisque extructi fieri fecit.

Martino Ramszouicio, Zupparum Vielicien. Stigario, Nobilissimæque Matronæ Rozæ Domaszowszczanæ, tertij Connubij ipsius Consorti, monumentum hoc in perpetuam memoriam Matri prentiss.mæ à filio erectum. Vixit annos LXX. moritur M. DC. XII. die xvij. Februarij.

Nobilis Ioannis Orczynski Bolko, quem Magna Polonia edidit, Rex Magnus Stephanus Aulicum habuit. Monumentum hoc vides, breuis terra eum capit, quam ipse amplam concepit, laudibus ac rebus bellicis dum peragrauit, sed mente contempsit, quæ cœlum & alta suspexit. Amicitiæ cultor, candore, fide, officijs, quietis cultor, sine lite, fraude, prole vitam habuit, quale alius votum

vt nunc quoque æterna ei quies sit. Lector votis faue,
lætus abi, & Vale.

Nobili Christophoro Iazwiecki, Notario Bochnensium, dehinc Stigario & Notario Vielicien. Zupparum, benè de omnibus merito, & filio suo Stanislao, in perpetuam memoriam, mœstissima Coniunx hoc monumentum erexit. Vixit annos 48. moritur anno Domini, 1630. die 21. Iulij. Lector odisti viuum, parce mortuo.

Cæcilia Huberowna, Marito charissimo, & posteritati fieri curauit.

Nobilis & Generosus Dominus Frezer de Prądnik, Nobili & Generosæ Dominæ Helisabethæ vxori charissimæ. Nobilis olim D. Ioseph Kobierski de Kobierzyn, filiæ pudoris illibati flore ornatæ, Matronæ dotibus nominum ad ipsius generis pulchritudinem, quàm ad virtutis commendationem eximiæ mulieri, in promptitudine animi erga Numen Diuinum deuotæ Feminæ, erga egenos & pauperes, eleemosinæ affectu Matri, in quotidianis laboribus ad exantlandas incredibiles circa educationem liberorum molestias vigilantissimæ Parenti, hoc monumentum doloris plenum

ris plenum, in quo & ipse post funera extrema, vnà cum posteritate sua quiescceret, extrui curauit; die 17. Aprilis, Anno Domini, M. DC. I. vitæ primam lucem conspexit. Die verò XIX. Martij, Anno Domini, M. DC. XXXIII. vitam morte permutauit.

Generosus Dominus Georgius Absolon Zaleyski de Zalesie, Iudex Zupparum Vielicien. ac Bochnen. Camerarius Terræ Lelouien. hic tumulatus quiescit: vir pietate erga Deum, humanitate erga proximum, liberalitate erga pauperes satis abundans, Religionis Catholicæ constans. Patriæ ac domesticis optimus Ciuis semper fuit.

Obijt Anno Christi, 1649. die 26. Maij, Ætatis suæ 63.

Coniunx mœstissima cum lachrymis Agnes Bielska hoc monumento perenni decorauit. Tu qui legis, dic, animæ parce precor, Deus.

Viator siste gradum,

Illustrissimus ac Magnificus Dominus, D. Petrus de Zabawa Zabawski, Ex Auita Seligarum Familia oriundus, hic funeratus quiescit.

Qui

Teneram ætatem in Palladis theatro rudimentis Catholicæ Fidei exercuit.

Florentes Annos

Nationes Italicas: Romam, Domum Lauretanam, & alia loca sacra cum summa continentia visitauit.

Vir

In Vngaria contra Turcas strenuus miles, pro Patria & Repub. interfuit. Domi: Humanitate, affabilitate, amore contra proximos & necessarios satis liberalis. summo cum luctu Consanguineorum ac liberorum telo mortis ictus. Abijt non obijt, annum agens 56. Maij 18. Anno Domini, 1647.

Cui mœstissima Coniunx de Boguslawice, cum liberis derelictis, monumentum fieri curauit.

Viator mortuo immortalem apprecare vitam.

D. O. M.

MATTHÆI STANISLAI KAWECKI,
Gente Gozdawa, Equitis Poloni,
Thesauri Regis, Reipub. à Rationibus Officialis.
Et Agnetis Stirpe Veneta Nobilissimæ Huberianes Richardineæ
suo Coniugum Carissimo Filiolo.

Morte

Morte intempeſta ſibi ſuiſque abrepto, Parentes mœſti M. P.
Vixit Annos V. Menſes VII. Dies 11. Mortuus Anno
Domini, 1626. Die 26. Aprilis.

In Tabula argentea.

CATHARINA KOSVCKA,
Nobilis viri Chriſtophori Iazwiecki, Zuparum Notarij,
Et Cæciliæ Huberowna Coniugum,
Lectiſſimæ Filiæ;
Inſignis pietatis, ſummæ virtutis
Matronæ;
Morum grauitate, & iudicij maturitate
Incomparabili;
Generis, Nobilitatis, & Sanguinis coniunctionibus
Clariſſimæ;
Venerandæ omnibus, nemini exoſæ, Thori ſociæ
Perquam dulciſſimæ.
Lugens Maritus Sebaſtianus Koſucki, Conſul & Stigarius
Zupparum Vielicien. poſuit.
Obijt Anno Salutis, 1654. die 17. Maij, ætatis ſuæ 35.

PILSNENSIA.

D. O. M.
Mortalitatis exuuiæ
Hic
Honeſtæ Agnetis, Gaſparis Lubecki
Conſulis ac Organarij Pilznenſis Conſortis chariſſimæ,
Requieſcunt.
Huic tu pie Viator

Vt cla-

Vt claris Parentibus oriundæ, ita vitæ integritate, morum probitate conſpicuæ,
Æternam Requiem precare, & voue.
Anno Reparatæ Salutis, M. DC. XLIX. die 22. Feb.
Ætatis ſuæ 25.

Omnes ſicientes venite ad aquas,
Et qui non habetis argentum, properate:
Emite, & comedite, *Iſaiæ 55.*
Orta Deo Summo poſtremo eſt gratia Chriſti,
Sanguine, cui cœlum domus eſt, cui ſydera parent:
Qui lux ſuccedens nocturnis alma tenebris,
Vna Patris proles æterni, & victima mundo eſt.

Spectatæ virtutis Viro,
Optimarum Artium, & Philoſophiæ Doctori celeber.
Iacobo Cogelio, Minoris quondam Collegij Cracouien. Profeſs.
Conſuli Pilſnenſi,
Viro in perferendis Polyticis laboribus,
Cum omni bonorum laude indefatigabili,
Morbo tandem graui exhauſto die 17. Martij, hora 20.
Anno Domini, c1ɔ1ɔ. XCIV. corpore mortali relicto,
Vxor Marito deſideratiſſimo mœſta poſuit.

Martinus Glicius Pilſnenſis,
Philoſophiæ & Sacræ Theologiæ in Academia Cracouienſi Doctor,
Eccleſiarum Cathed: Vratiſlauien. & Collegiatæ Clepardien.
Canonicus,
Atque in Cathedrali Eccleſia Cracouien. Ordinarius
Et Maiorum Feſtiuitatum
Concionator.
Famatis Ciuibus Pilſnen. Ioanni Glicza, & Sophiæ Paren: ſuis chariſs.
Sibiq́ue cum Fratribus & Sororibus deſideratiſs.
Hoc amoris monumentum,
Domus Dei ornamentum,
Chriſti fidelium ad pietatem incitamentum
Poſuit.
Die 30. Decembris. Anno Domini, 1571.
Requiem æternam dona ei Domine, Amen.

D. O. M.
ÆTERNÆ MEMORIÆ.
Generosi Domini Staniſlai Kamienſki,
Hæredis in Lipiny,
Chriſtophori Kamienſki, Tribuni Sandomirien.
FILIO.
Quem
Virtus literarumque diſciplina,
Et Deo carum, & Amicis amabilem, cunctis propè fecerat gratioſum.
Hic Generoſitate animi innutritus,
Patriæ amores impendit
Et contra Guſtauum in Pruſſia,
Contra Rebelles Coſacos in finibus Regni,
Miles induſtriam declarauit.
In Hæroicis virtutibus ſtrenuè inſudantem,
Mortalitas immaturum Amicis,
Ætate maturum cœlo decerpſit.
Cùm vixiſſet annos XXVIII.
Menſis Auguſti die 12.
Coniunx mœſtiſſima Barbara Popowſka,
Deſideratiſſimi Mariti memoriæ
Appendit.
Anno Chriſti, M. DC. XXXVIII.

Æterno Numini,
Generoſus ac Magnificus Dominus D. Andreas Kamienski de Kamion,
Hic compoſitus in pace quieſcit.
Qui
In florida ætate,
Artibus liberalibus in Alma Academia Crac. ſeptennium imbutus,
Primò ad Aulam Illuſtriſs: ac Magnif: DD. Hermolai Ligęza,
Supremi Theſaurarij Regni Poloniæ,
Quinquennium conſumpſit.
Poſt
Ad Illuſt: ac Mag: DD- Palatinum Pomeraniæ cùm ſe contuliſſet,
Ibi

Ibi laudabiliter munus (vt aiunt, maior domo) peregit.
Patrios Lares in Distrietu Pilsnensi dum inuisit,
Adolescentiæ suæ vltimum vitæ finem clausit,
Ætatis suæ 27.
Cuius pijs Manibus mœstissima Parens amoris ergò
Profusa in lachrymas, hoc monumentum affigi curauit.
Anno à Partu Virgineo, M. DC. XXXIX.

Viator
Quisquis transis,
Conditus hoc tumulo,
Generosus Dominus Sigismundus Burzynski.
Antiqua Strzemieniorum Familia egr egijs semper renouata virtutibus
Ortus
Cuius gloriam, laudesque propagauit, & auxit.
Domi forisque militiæ cultu.
Ne in Aulis desidens, adulationi horrendo seruitutis sceleri,
libertatem prostitueret.
Insistens Maiorum exemplis, noua Posteritati reliquit.
Disce mori,
Nemo melius mortuus est, nec poterat secus, qui benè vixit
Amicis purus, vicinis amabilis, vniuersis necessarius.
Vita & fortunis clarus, annis plenus.
Dispositis omnibus, & in partem hæreditatis Ecclesia accita.
Moritur æternùm victurus,
Qui vixit moriturus.
Annosam in perennem vitam commutauit, die 10. Feb.
Anno Domini, 1634.
Anna de Hyssow Marito, Adrianus Fratri, Sigismundus Patruo,
Posteritas Antesignano cum lachrymis posuêre.

D. O. M.
Honoratam olim Catharinam Groszadlowa defunctam continet
Sarcophagus iste Ziebinianus.
Quadrato sub lapide scriptis literis notato,
Quæ optimis Alexandro Rabroczki,& Anna Ciuibus Iasliscen:
Pijs clarisque Parentibus nata.

Spectabili ac Famato Staniſlao Groſzadſo,
Conſulari & Vice-Aduocato Pilſnenſi,
Die 5. Februarij, Anno Domini, 1640. nupta,
Per annos 8. & 5. Menſes cum eo vixit integerrima.
Sterilis quidem prole, ſed fœcunda virtutibus,
Deo enim eiuſque Sanctiſſimæ Matri,
In Fraternitate Roſarij deuota.
Sermone parca, manu in Clerum & pauperes larga.
In humilitate, modeſtia, abſtinentia, iniuriarumque obliuione,
Inter vicinos exemplaris,
Sæpiùs diris morbis, per vnum cum medio anno exagitata,
Diſſolui & eſſe cum Chriſto,
Voce cum gemitu ſupplex orans,
Animam in Dei manus reddidit.
Corpus autem mœſtiſsimo Coniugi, Parentibuſque chariſs. relinquens.
Obijt Anno ætatis ſuæ 28. Iulij, Anno Domini, 1648.

D. O. M.
Quiſquis es Hoſpes,
Veni huc, morare paululum,
Marmor hoc rogat ſacrum,
Vt ſe intuearis.
BARTHOLOMÆVS BELZA,
Fœlix, quem Crac: edidit, Illuſtribus & Conſularibus Parentibus,
Hoc ſub marmore iacet.
Pilſnanæ quoque Reipub. Conſul digniſſimus,
In quem Spectabilis Thomas Paſſer, Conſul Tarnouien.
Hanc teſſeram repoſuit, amiciſsimus amiciſsimo.
Vixit Annos XXXXIX.
Defunctus Anno Domini, M. DC. XIX. 12. Ianuarij.

D. O. M.
Hic quieſcit
ADAMVS LATOSZYNSKI,
Vetuſtæ & de Eccleſia ac Repub. meritiſsimæ Stirpis ſurculus.
Qui ad ſumma virtutum decora natus,

Cum

Cum pietate & optimis artibus.
Acre & excitatum ſuum ingenium in Academijs celeberrimis.
Cracouienſi & Herbipolenſi excoluiſſet.
Vereque virtutis guſtum delibaſſet.
Perpetuo in honeſtatis curſu ſe exercuit.
Quod teſtatur ſumma in Deum religio,
Erga Deiparam Veneratio,
In Sanctos cultus.
Hanc pietatem exornauit magna rerum agendarum prudentia & dexteritate.
Miro quodam animi ſui candore & bonitate.
Inuſitata in amicos fide, amore, & obſequio
Singulari in egenos liberalitate.
Incredibili in omnes comitate & obſeruantia,
Itaque rariſsimum illud in vita humana conſecutus eſt.
Quod nulli moleſtus eſſet, omnibus prodeſſe vellet,
HVNC
Tam incomparabilem Ciuem.
Mors inurbana Patriæ & Nobiliſſimæ ſuæ Stirpi immaturum rapuit,
Quod tamen immortale in eo inuenit,
Cum virtutibus cœlo dedit.
Ætatis illius Anno XLII.
Anno Domini, M. DC. XXXIX.
Obijt VI. Iunij hora XX.

Hoſpes, Monumentum hoc
Virtuti erectum cenſe.
Pijſque manibus.
Nobilis & Generoſi Dñi Alberti de Zabierzow Zabierzowſki,
Camerarij Terræ Pilſnenſis.
QVEM
Cælum & religio purum fidei cultorem
Antiqua Oſtoiorum familia non degenerem
Reipublicæ theſaurus olim fidelem Notarium
Amici vicinique candidum
Egeni Patronum
Agnouerunt, Senſerunt.
Cum his tamen ornamentis, duræ legi mortis ſuccubuit
Decem dierum febre exuſtus.

Tu qui legis
Illi refrigerium apprecare
Moritur Anno 1647. die 6. Ianuarij ætatis 62. morte scilicet climatericos non computante.
Generosa Theophila Ztymbarku Coniunx marito charissimo.
Et hæredes Parenti desideratissimo.
Posuerunt.

D. O. M.
Generosa Heroina à Przyłęk Marchocka.
Generosi olim Mariani de Przyłęk & Rebecæ Piotrowska Palatinatus Cracouie.
Districtus Lelouiensis
Parentum vnica filia
Sub hoc Marmore quiescit.
Quæ varijs variorum morborum cruciatibus per annos 11. opressa.
Charissimis pignoribus.
Vnico filio & 4. filiabus.
Desideratissimo Marito relictis.
Ad Patriam inenarrabilibus refertam delicijs ex hac miseriarum valle migrauit.
Die 20. Martij. Anno Domini, 1638.
Generosus Ioannes de Marchocyce Marchocki.
Charissimæ consorti in pignus amoris sui posuit.

BROSTECIÆ

Generosus Paulus à Troianowice Troianowski
Illustri vetustaque Familia.
Ossa sua condidit.
Comædiam ille vitæ suæ
Læta fortuna ipse iucunde, omnium vero cum laude plausuque viuens.
Annos 53. transegit.
Vtpote vir hospitalissimus
Pacatissimus, integerrimus,
Extremam tamen scænam eiusdem fabulæ
Miserando casu, scilicet in anno 1644. 20. Septembr.
Sub noctem domi suæ in Ianuszkowice.
à Prædonibus ex Podbieszczadzie fraudulenter
Sub specie hospitum, quos tum forte expectabat, præuentus.

Dómo

Domo funditus expilata,
Globo traiectus, ab ijsdem etiam misere & tyrannicè afflictus
Dolori cruciatuique suo diem vnum superstes dum relinquitur
Postera die cum mœrore luctuque omnium, tragice clausit
Simul cum Generoso Nicodemo Borkownicki Affine suo
Milite strenuo.
De signis Illustrissimi Dñi Stanislai Lubomierski
Qui aliquot cæsis prædonibus globo traiecto occubuit quoque.
O securitatem pace publica innocentiaq; intutam
O sæpe ludicrum.
Semper infidum vitæ humanæ decursum.
Quisquis legis hæc,
Quam lubricum, tu quoque incedis contemplare.
Et defuncto veniam æternam apprecare.

FRISTADIENSIA.

Anno Domini. 1621.

In memoria æterna erit iustus &c.

Strzezouiæ genitus veteri de stirpe Ioannes
Bukouius Mystes: hoc tegitur tumulo,
Religione acrem Christi: virtute decorum
Lauretum Roma, ac Italia Terra decent
Plebanum Baczal, Fristak, Kotacyce, Niewo,
Sensit & ipsius dogmata, gesta canunt.
Largus amicitiæ cultor qui fronte serena
Subuenit miseris, Nobilibus placuit, parca
Fera hunc rapuit: corruptum morte cadauer
Hic iacet: ast anima pergit ad astra poli.

D. O. M.
STEPHANVS IANKOWICZ.
Sub amplexu annorum octuaginta occubit.
Mortem hilaris excepit:
Quia se ad illam diu composuit,
Et totius ætatis obseruauit dies, ne vltimus Fatis periret.
Accomodauit vltimo tempori prouidentiam.
Ne se absque mentis custodia relinqueret
Hac gentilitij honoris nomen auxit,

Cum

Cum illius theſauro ſuarum virtutum aurum adiecit,
Ætatis magnitudinem & animi cum fortuna,
In tutela bellicæ virtutis ſeruauit,
Cum Inuictiſsimo Rege Sigiſmundo III. in Suecia.
Feliciſsimo exercituum Duce Zamoyski in Moldauia.
Cum alijs in Liuonia & Germania,
Miles fortiorem virtutem,
In arena probauit,
Quia vero qui poteſt bene mori, non quærit ſpatium bene moriendi,
Cum victor in acie pulchrum mori non recuſaſſet,
Vitam ſub vbertate virtutum & maturitate annorum reliquit,
Anno Domini, M. DC. XL. III. Maij V.

D. O. M.

Generoſus Dñus Petrus de Roiewo Roiewſki.
Perantiqua in Terra Dobrzynenſi familia ſatus.

QVI

Pueritiam duodennis Lechico Marti conſecrauit,
Iuuentutem in aulis Ducum ac Senatorum probe peregit,
Virilem ætatem à toro coniugali incepit,

Iterum.

Ad expeditionem in Valachiam contra Michaelem,
Aquilam ſecutus Polonam.
A Ioanne Zamoſcio Cancellario Generali Duce exercitus.
Ob geſta Heroica, eximiam laudis lauream, domum intulit.

Secundum Maritus factus,

Certando in Deum pietate: in Patriam amore: in Amicos beneuolentia: in ſubditos clementia, in omnes moribus antiquis, cum maximis ſuorum lachrymis mortalitati ſuccubuit die 26. Febr: Anno M. DC. XXX. VII. ætatis ſuæ LXIV.
Hic vltimum extremæ tubæ clangorem cineres expectant pij.

D. O. M.

Gñoſus Dñus Ioannes à Sluſztewo Sluſztowſki.

QVI

Natalium claritatem præclaris facinoribus auxit.
Poſt adoleſcentiam literis & moribus excultam.

Sub

Sub Diuis Regibus Stephano & Sigiſmundo III. meruit,
Arcem Pſcouienſem cum oppugnat.
Captus à Moſchis quinquennalem carcerem inuicto animo tulit.
Redditus ſuis.
Pijſſimus in Deum, Deiparam Cœlites.
Nauem Gentilitiam inſigne nobiliſsimis virtutibus oneratam.
Portui æternæ felicitatis inuexit.
16. Iulij Anno D. 1641.
Optimo Parenti mœſtiſſima Filia Elizabeth à Sſuzewo
Roiowſka M. P.

CROSNENSIA.

D. O. M.

Magnificus ac Gnoſus D. Ioannes Farurei de Garbow Sulimeus ob memoriam ſui poſterorumque ſuorum hoc monumentum poſuit. Men: Decembr. Anno Domini, 1644.
Obijt vero 16 Februarij.

Siſte gradum viator.
Ecce in hoc tumulo molli compoſta pace quieſcit.
HEDVIGIS FIERLEIOWA.
In quam natura, virtus, fortuna, certatim omnia ſumma congeſſerant.
Antiqua Domo prognata.
Patre Staniſlao Wlodek Palatino Belzen: Halicien: & Colomien: Cap·
Matre Elizabeth Magni Ioannis Zamoſcij Cancellarij atq; exercitus Ducis ſorore
In Firleorum Nobiliſsimam innupſerat Domum.
Quam fœcunda prole beauit.
Pietate, morum ſuauitate, animi magnitudine, raraq; prudentia ſupra fœminam excelluit.
SED, PROCH DOLOR.
Inter media connubij atq; chariſſimorum pignorum ſolatia vi morbi extincta. Ex hac vita ad immortalitatem migrauit. Anno Domini, 1609. die 2. Maij. ætat: 30.
Petrus Firlei Caſtellanus Zauichoſten.
Chariſſimæ cõſorti hoc perenne deſiderij atq; amoris monumentũ totus in lachrymas effuſus P.

COnditur hoc tumulo pietas elegantia morum
Coniugij́q; fides & ſine labe pudor.
Maiorum decora æquauit virtutibus amplis
Heroina fuit dotibus eximijs
Pauperibus nunquam fuit eius dextera clauſa.
Multa dedit templis multa ſacriſq; viris.
Ingenium ſupra ſexum fuit acre ſagaxq́.
Prouida conſilio iudicioq; grauis.
Oſſa tegit tumulus ſed ſpiritus æthera ſcandit,
Paſcitur aſpectu lætus ouanſq; Dei.
Ferte Roſas violas tumulumq́ aſpergite fletu.
Suauis vt vrna oleat lætaq; vernet humo.

EX procerum albo Sarmatiæ Kamieniecki Ioannes
Virtutum fama clarus vbiq; loci.
Debita Naturæ perſoluens aſtra petiuit,
Annum bis ternum terdecimumq́ ferens.
Menſis ſecundi Nonarum nocte receſſit
Annum labentem litera magna docet.
Spiritus æterna fælix in pace quieſcit.
Croſnenſe Templum nobile corpus habet.

D. O. M.

Conditur hoc tumulo

Generoſus ac Magnificus D. Samuel à Sienno Sienienski.

Camerarius Terræ Sandomirien.

Vir omni genere virtutum, integritate vitæ, ac morum grauitate inſignis.

Hoc Monumentum ſibi

Duabuſq́ue conſortibus ſuis.

Catherinæ de Mielec.

Et Vrſulæ de Cieklin.

Cæteriſq́ue ſuis poſteris poni curauit.

Vixit annos 46. Obijt Anno 1643.

DEO. VNI. TRINO.

Sanctiſsimæ Virgini Deiparæ Annuntiatæ.

Sancto Staniſlao Epiſcopo & Martyri.

Omnibuſque Sanctis Patronis.

Æternitati & Pijs Manibus.

Genero-

Generosæ Annæ de Kunowa Oswiecimowna.
Dilectissimæ Sorori, mœstissimus frater.
Stanislaus de Kunowa Oświecim.
Sereniſſimi Vladislai IV. Poloniæ ac Sueciæ Regis Aulicus.
In signum perpetui, nec morte ipsa extinguibilis amoris, simul & doloris.
Tum & maioribus, sibi, posterisque suis.
Viuis Oratorium, mortuis reconditorium.
A fundamentis extrui fecit. Anno à partu Virginis M. DC. XL. VII.

VIATOR.

Dum transis Sarcophagum specta.
In hoc reconditæ mortalitatis exuuiæ.
Illustris & Magnifici Petri de Dąbrowica Fierlei.
Castellani Camenecensis, Capitanei Tremboulen.
Sic fata regunt.
Vt Illustria Nomina simul ac incipiant desinant.
Nec tamen vt ludibrium fortunæ
Quisquis enim clarorum Heroum originem spectet.
Natus de cubilibus Leonum, de monte Pardorum.
Petro Fierlei Castellano: Zauichosten. Biecen. Voinicen primum,
Demum Lublinen: Parcouien: Præfecto.
Tanto Parente non impar filius.
Heduigi Wlodkowna Palat: Belzen. filia clarissima matre natus.
Auiæ eius Zamoyska & Bonarowna.
Candidum hæc Liliorum Nitorē pietatis ac Religionis adeo animo eius ingessit
Vt prius mori paratus fuerit, quam veri Dei cultum deseruisset.
Vindex eius pro robore sumpsit Sariorum hastas.
Sic calescens virtus minimè perpessa.
Quin loricatus ad Camenecū contra Othomanicū insultū cohortes conduxisset
Et demum
Nulla intermissa occasione seruitij Publici contra rebelles Cosacos.
Filium non cum parua militum selectorum manu Patriæ deuouit.
Suscitauit in eo centum retro annis Nicolaum.
Qui olim deuictis barbaris, Prussiam Regno Poloniæ reddidit.
Quidni alios commemorem?
Ast huic.
Dum ob merita & ratam prudentiam trophæa parantur.
Inuident fata.

Nam præcurſoribus duobus filijs, ex queîs vnum Mars ipſe alebat.
Alterum lactabat infantia.
Sæua mors minus mature demeſſuit.
Iaſieniciæ 3. Non: Men: Auguſti, Anno D. M. DC. L.
Ætatis ſuæ XL. IX.
Paucis te volo viator, mortalem te eſſe ſentias.
Et poſthumam gloriam in animo reconde.
Animæ bene precare.

In hac tumba conditus quieſcit.
Nicolaus à Dambrowica Firlei, Petri à Dambrouica Firlei.
Palatini Lublinenſis & Heduigis de Hermanow
Staniſlao Wlodek Palatino Belzenſe genitæ filius.
Quem virtuti deditum
Ciuem Patriæ dignitſimum, Rempublicam conſilio & manu augere & exornare meditantem fratrem ſuis, chariſsimum maritum coniugi. Parentem tenerrimæ proli deſideratiſsimum, mors inopina fato præcoci ſubripuit. Obijt Anno ætatis ſuæ XXX. V. die. 1. Martij. Anno ſalutis M. DC. XL.

D. O. M.
Siſte gradum viator.
COnditur hoc tumulo victorum clara propago.
Dedita iam terris: fama nouumq; decus.
Adamus victor compoſta pace hic quieſcit.
Prouidus ingenio conſilioq; grauis.
Victoriana domus claris eſt orta proauis,
Quod dudum nacta eſt: hoc tenet vſq; decus.
Marte ſatis nota eſt, venerandis nota Tiaris
Sic viam genti munit ad aſtra ſuæ.
Dic requieſcat in pace.
Hoc monumentum mœſtiſſima Coniunx
In perpetui amoris teſtimonium affigi curauit.
Anno partus Virginei M. DC. XL. VI. Calen. Martij.

S. D. O. M.
Generoſus Dominus Nicolaus Farurei.
Magnificis Dominis Ioanne de Garbow Farurei.
Et Leo-

Et Leonara Sieniawſka Sanocen. Succamerarij filia.

Natus.

Cum antiquiſſimæ ſuæ domus honorem.
Virtute ſpectataque indole illuſtraſſet.
Et de Moſchouitica, nec non Turcica expeditionibus.
Auſpice Sereniſsimo Vladiſlao IV. Poloniarum Suecorumq; Rege.
Generoſiſſimi ſocij palmariam ludem retuliſſet, eodemq; bene merendi inflammatus animo.
Ab armis auitis aquila Poloniarum ſuper aquilas volitaſſet.
Coſacos gentem ferocem ac licentioſam.
Oppugnaturus medio plane in itinere extinctus.
Ætatatis ſuæ XXII.

Cuius Manibus.

Hoc monumentum parentes mœſtiſsimi perpetui amoris ergo, & memoriæ immortalis, Anno à partu Virgineo M. DC. XXX VIII. xi. Kal: Sept. Poſuere.

D. O. M.
HOSPES
Leuem humanæ ſortis ludum, ſpeſque falſas.

Hinc addiſce.

Generoſus Dominus Adamus Chrzaſzczowski de Chrzaſzczow ex Palatinatu Rauen. pietate Catholica, doctrina, prudentia, in rebus gerendis probitate, modeſtia, patientiaq; inſigni præditus, amabilis dulciſsimæ vxori, exemplaris proli, ac proficuus, apud vicinos ſummum ſibi concilians amorem cum magnis Dei beneficijs frui debuiſſet fato dolenda prolis ſuæ orbitate exceſsit.
Heu quem vita noſtra, vmbra, ſomnium, nihil ſtabilitatis in ſe continẽs.

Valete o poſteri.

Vtinam vobis meliora ſuperſint.

Vixit bene, vixit ſatis.

Anno 61. ſuæ ætatis conceſsit fatis 1631. 4. Decembr. Andreas Chrzaſczowski filius mœſtiſsimus erigi C.

D. O. M.
HEVS
Quiſquis es
Reuertere.

Terram quam tegis breui te teget
Vt abeas non obeas
Abi & discе mori.
Robertus Portius Scotus D. L. Ciuis Crosnen.
Sumptu proprio fieri fecit.
Anno Domini, 1648.

D. O. M.
Heu viator.
Viue vt iterum viuas
Non vixit qui sic non moritur.
Non moritur qui sic viuit.
A B I.
Viue letus.
Memor læthi.
Robertus Portius de Lampet Scotus Ciuis Crosnen.
Sumptu proprio fieri fecit.
Anno Domini, 1648.

D. O. M.
HOSPES.
Ne transeas rogo sarcophagum.
In salutatis Manibus optimi sacerdotis.
Iacet hic.
Adm. Rndus Matthæus Vaisglicius Artium & Philosophiæ Bacca: Mansionario: Cros: Senior.
Necnon S. Annæ Capellanus.
In quo vitæ Sacerdotalis exemplar singulare, candor Academicus.
In promouendo bono Ecclesiæ peculiaris zelus.
Morum suauitas, actionis dignitas erga Collegium VV. Mansiona. Crosnen. raræ munificentiæ prototypon.
Hospitalitatis mira in omnes promptitudo.
Fulgebat.
Tantis virtutibus ornatus.
Mortalitatis exuuias deposuit,
Anno Domini, 1642. die 9. Augusti ætatis suæ 40.
D. O. M.

D. O. M.

In perpetuam memoriam & ſignum amoris.
Adm. Rñdo Dño. Simoni Nowakowic ad ædes S. Spiritus hoſpitalis.
Præpoſito.
Nec non Manſionarior. Croſnenſium Seniori.
RR. Executores hoc Epitaphium depingi & affigi curauerunt.

HOSPES.

Quidquid pijs Manibus optimi Sacerdotis apprecaberis, id tibi viuo & mortuo eueniat, abi, vale.
Obijt 28. Febr. Anno Domini 1648. ætatis ſuæ 45.

D. O. M.

Sic decipimur votis, & tempore fallimur.
Mors deridet curas: anxia vita, nihil.
Nobili Zophiæ Nobilibus Parentibus familiæ antiquæ Franciſci Kiellar, Conſulis Croſnen. & Fœlicianæ Piotrowſka natæ, omnium virtutum matronalium clariſſimæ.
Summæ erga Deum Religionis.
Erga maritum fidei.
Erga ſuos beneuolentiæ.
Erga omnes humanitatis.
Viuens morienſq; ſui ordinis omnibus, ſingulari præluxit exemplo.
Inter coniugis & amicorum lacrymas, ſancte expirauit.
In luce iſta annis XXXVIII. in quibus añ: XIII. vixit cum Marito die VIII. April.
Anno Domini, M. DC. XL.
Vere quieuit in ſancta pace.
Nunc lacrimas accipe pro meritis.
Monumentum hoc amoris & deſiderij ergo Nobilis Martinus Kanafolski olim Nobilis Timothæi Kanafolski filius, maritus mæſtiſsimus coniugi deſideratiſsimæ P. hic vna expectaturus diem Iudicij.
Hoſpes quicquid his cineribus imprecaberis, hoc tibi viuo & mortuo eueniat.

Abi, vale.

Illuſtris ac Magnificus D. Ioannes de parua Skotniki Skotnicki Caſtella: Poſanecen: vetuſtiſſimæ ac clariſſimæ gentis
Grimaliorum,
Magnificorum olim Dominorum Pauli de parua Skotniki Skotnicki Vexilliferi Halicien: & Catherinæ Saporowska parentum, Filius.
Perluſtratis Germania, Gallia, Italia, Hiſpania, expolitus moribus & ingenio.
Iuuenis.

Remu-

Remuneratis maiorum ſuorum meritis eximium adiecit.

Ornamentum.

Iuſtiori ætate deuota ſalute & ſumptibus Patriæ.

Auſpicijs Sereniſsimorum Stephani & Sigiſmundi III. Regum Poloniæ bellis Moſchouiticis Liuoni: Valachi: clariſsimis editis facinoribus Primipili functus munere.

Emeritus tandem laticlauiorum adſcitus numero.

Multis defunctus Patriæ obſequijs.

Magnificam Zophiam de Bobrek Ligęza Caſtellani Viſlicien: antiquiſſimæ & Nobiliſſimæ proſapiæ coniugem aſciuit.

Filiam.

Fatis abreptus.

Subſtituta in locum ſui poſteritate ſua.

Amicis, domui, Patriæ.

D E O.

A chariſſima coniuge & liberis, cum perennibus lachrimis communi omnium redditus eſt Parenti.

Obijt Anno Chriſti.

M. DC. XXI. ætatis ſuæ L IX. Men. Iulij. X.

DINOVIENSIA.

Generoſo Domino Petro Vapowski de Radochouice & in Denow hæredi, Dapifero Sanocenſi, nec non Nobiliſsimæ & integerrimæ Matronæ Beatæ de Tęczyn eiuſdem coniugi fidiſsimæ & chariſsimæ. Gñoſus D. Andreas Vapouius Succamerarius Sanocen: Parentibus ſuis dilectiſsimis hoc monumentum mœrens poſuit pietatis ergo.

Anno Dñi. M. D. XLVII.

SVb petra hac tegitur Petrus Vapouius ille.
Eximium Patriæ lumen honoſq; ſuæ.
Corporis atq; animi dotibus ornatus honeſtis,
Et belli & pacis ſæpe cupidus erat.
Hector belligerans, nulli pietate ſecundus,
Et grauitate Cato, & religione Numa.
Pollens conſilio ac opibus, liberalis egenis,
Auxilium larga ſæpe ferebat ope,

Actum

Actum iam natos fida cum coniuge vidit,
Migrauit campos Eliſijq́ Polum,
Tranquillam ducens felici tempore vitam,
Dat corpus tumulo, ſoli animamq́ Deo.
Filius iſta tibi poſuit mœſtiſſimus ille,
Andreas generis candida Fama ſui.
Secura permaneas chara cum coniuge cœli,
Regnans in Patria haud morituræ Pater.

HOc recubat tumulo Matrona Beata Beatrix,
Tęczinij ex ſobole quæ trahit illa genus.
Nobilis, ingenua, tum caſta, pudica, & honeſta,
Prudens & Sapiens, blanda, modeſta comis.
Pulchra prole parens, vitæque exemplar honeſtæ,
Norma pudicitiæ, tum probitatis honos.
Quæ poſtquam dulci mœſta viduata marito,
Exegit vitæ tempora caſta ſuæ,
Phana Dei viſitans prochotrophia multa dotauit,
Pauperibus largam præbuit illa manum.
De hinc vitæ multos dum iam compleuerit annos,
Tunc animam Chriſto reddidit oſſa ſolo.

Magnifico Dño Staniſlao Vapowſki de Radochowice Succamerario Sanocenſi Magdalena de Zakliczyn vxor ſui amoris ded.t.

COrporis exutus vinclis Staniſlae Vapoui
Occidis ante diem morte præmente tuam.
Te columen Patriæ multum Reſpublica luxit
Vidit & è medio morte perire loco.
Non minus ingenio quam nobilitate maiorum
Clarus erat & ſors non inimica fuit.
Ingenio, grauitate, fide, linguaq́ diſerta,
Te prior in Regno vix ſimiliſue fuit.
Dijs melior viuas Patriæ qui charior eſſes,
Si qua fata ſinant perfidioſa tuæ.
Viue Deo cœlum pete nunc ſedesq́ Beatas
Ingreſſus, Dominum iam venerare tuum.

BLaſius hic recubat gratus conciuibus olim,
Buinowic terno pignore ſeptus humi.
Suſtulit è viuis quem Parca virilibus annis.
Peſtis ſæuiret dum furibunda lues.
Hoc marmor cari ſacrauit honori mariti
Perpetuo coniunx Barbara amoris opus,

Corpora curauit parua referantur in vrna
Verbaque cum gemitu Marmore cæsa notis.
Sed luere nefas, nam qui te Barbara liquit.
Viuit quo melius viuere nemo potest.

Hic ille Magnus si nosti Lucas iacet Leopolita ex prædicatorum familia Doctor Sacrarum literarum eximius, ac inter Verbi Dei prædicationes, ætate sua Princeps, hoc Oppido vita defunctus, graui quoq; oppressus humo, tuam ô Lector suspirat pietatem
Obijt Anno D. M. D. LXXXIII. ætat. vero suæ LX.

LEZAISCENSIA.

D. O. M.

Spectabilis Florianus Vieszkowic Ciuis & causarum Iudex Aduocatus Lezaiscensis orthodoxus fide, zelosus deuotione, in Iure doctus, Musicæ perituissimus, ad altare Maius Missæ pro defunctis fundator Obijt desideratus, templo, oppido, Ciuibus vniuersis. M. DC. XXV. in Maio.

Generosus Dominus Albertus de Prostynia Prostynski, cum Generosa Margaritha Gruszczynska consorte sua, mortalitates suas, hic deposuerunt. Obijt 25. Nouembr: Anno D. 1616.

D. O. M.
Et piis Manibus

Ioannis Srzedzinski iuuenis, fortissimi, integerrimi, humanissimi, qui cum in bonis literis teneriores annos expoliuisset, robur iuuentæ ad militiam contulit, atque in ea ætatem attriuit. Duce Ioanne Zamoscio Exercituum Poloniæ Supremo Præfecto, in Moldauia contra Michaelem Regulum, in Liuonia contra Carolum Sudermanum militauit, ad Wolmiriam, Reualiam, Felinum, Weistenum arces munitissimas in expugnationibus, excursionibus, prælijs, manu iuxta & animo strenuus: in exercitibus Vngaricis, contra Turcam, plures annos expeditionibus interfuit iussu Stanislai Zolkieuij, Exercituum Poloniæ Præfecti, cum iusta militum manu Scythas

Scythas campestres infestis armis, infestatus est, auspicijs Serenissimi Sigismundi III. Regis Poloniæ in Moschouia tàm expugnationibus arcium acerrimis, quàm prælıorum cruentissimis conflictibus, multa militaris fortitudinis monumenta reliquit, Postremo in pugna contra Suiscium Magnum Ducem Moschouiæ inter confertissimos hostes, dum manu impigerrimè rem gerit, vulnere sclopetario in collum ictus, sanguine etiamnum perfluens missus partæ victoriæ, & receptæ Moschouiæ Vrbis, nuntium ad Regem primus attulit, tandem profligata per id ipsum vulnus valetudine, laboribus, & molestijs militaribus fessus vitam, quam in acie ponere desiderabat, domi posuit. Christiani & Catholici hominis, omnibus munijs functus, Regi ob merita & virtutem commendatus, Ducibus ob fortitudinem & dexteritatem gratissimus, toti exercitui ob humanitatem & morum elegantiam charissimus, acceptissimus, desideratissimus.

Sed quid pauca refero dum plurimis opus.

Eheu state lachrymæ, silete suspiria, fama loquere.

Vixit annos 29. Menses 10. mortuus Anno 1612, die 18. Aprilis.

Stanislaus Srzedzinski Pater mœstissimus poni iussit.

DEO TRINO & VNI
Glorioso in Sanctis.
Admirabili in electis.
Misericordi in pœnitentibus.
Tum & Sanctæ Zophiæ Martyri.
Hanc aram vouet, consecrat.
Lucas de Bnin Opalinski,
Supremus Regni Marsalcus.

Pietatis in Deum, deuotionis in cœlites, amoris in coniugem, testimonium, pignus, monumentum, consequenti relinquens posteritati.

Dum enim in hac Basilica Sophiam de Zurow Opalinska conderet.

Ossa tantum pientissimæ coniugis funesta contexit vrna.

Sed memoriam eius in proprio sepeliuit pectore.

Æstimatione virtutum posteris relicta.

Mercede innocentiæ ac pudoris cœlo commendata.

At tu quicunque ad augustam hanc aram incruentum Deo Sacrificium offers tanti prætij victima peccata quæso nostra redime apud Deum Iudicem.

Cuius iustissimum licet tribunal nil magis nouit, quam misereri semper & parcere.

IAROSLAVIENSIA.

D. O. M.

Æternis manibus.

Nobilis Alberti à Mucharz Mucharski, qui post conflagrationem IAROSLAVIÆ 1600. Maij 7. Curaſſe & induſtria, an verò pietate maiore, Eccleſiam Collegiatam incendio abſumptam poſtliminio reſtaurauerit?

Vt ſcias?

In conciues humanitate, in propinquos beneuolentia, in omnes comitate certans, ſicut in viuis omnibus amabilis extitit;

Sic poſt fata cunctis memorabilis, intrauit tumulum

Vna cum lectiſſima Matrona

SOPHIA Sczukowna, ſua Coniuge honorata

Ille 1607. die 18. Ianuarij, illa 1620. Aprilis 5.

PETRVS MVCHARSKI, Art: lib: Magr. Philoſo: & Medic: Doctor, In Academia Crac: Profeſſor, Sereniſſimi Vladiſlai IV. Med: Phiſ.

Sinceri amoris & perennis doloris cum calidis lacrymis

PARENTIBVS SVIS SVAVISSIMIS

Hoc æuiternum collocat

MEMNOSYNON.

D. O. M.

Sta Saxum pijs manibus, & poſthumæ memoriæ Sacrum,

Sub quo A. Rñdus Dñus IACOBVS MVCHARSKI

Mortalitatis ſuæ exuuias depoſuit.

Pro iuuentute Muſis deuota præmio in Acad. Cracou.

Laureatus factus, Maturiore ætate, Eccleſiæ Colleg Iaroſl.

CVSTOS, multiſq; annis Concionator Zelantiſsimus

Vixit.

In amicitia colenda grauis & modeſtus, in conuerſatione nemini moleſtus, totum ſe diuinis obſequijs mancipauit.

Deceſſit 1614. Iunij 15.

Exoptatiſsimo PATRVO ſuo IOANNES VINCENTIVS MVCHARSKI Philoſophiæ & Med: Doctor. Sereniſſimi IOANNIS CASIMIRI Medi-

Medicus & Secretarius, vna cum R. LVDOVICO PETRO MVCHARSKI Canonico Iaroslauien: Præposito Pruzanense, hunc Cippum lacrymis conspersum ex Fratre Nepotes, Petri Filij

Posuerunt.

D. O. M.

Cineribus Adm Rndi. Dñi Lucæ Raffalowic Præpositi Iaroslauien: & Wielopolien: vrna hic constituta remanet.

Ille Ecclesiæ suæ in anno 1625. Magni Iubilei, tempore nundinali 24. Augusti, in Ciuitate funditus conflagratæ, verus restaurator fuit, suæq; Domus Præpositalis à fundamento cum fornicibus ex latere cocto

Et census maioris annui erector.

Canonicatum nouum ære suo fundauit, & pensionem quotannis Patribus Vicarijs constituit, Altaria, apparamentis, Cassulis, candelabris argenteis, cruceque Passionis Domini, ditauit.

Optimus, liberalis, humanus, candidus, pauperum & decoris Ecclesiastici amantissimus pater, piè obdormiuit Iaroslauiæ A. D. 1639. Febr: 19.

Ludouicus Petrus Mucharski, Canonicus Iaroslauien, Præpositus Pruzanensis Fundatori suo F.F.

Adsta viator dole vices meas.

Hominis fabricam in Alma Acad: Zamoscen. Anatomica arte & manu, Patauio in Poloniam ab Illustrissimo Domino Ioanne Zamoyski Comite in Tarnow & Iaroslaw, Pincerna Regni, euocatus, scrutari & explicare constitui, priusquam inceperim

Heu fata obicem struxere. Hic iaceo, Corpus pabulum & escam vermibus, Archiatris meis,

Ad contemplationem sortis humanæ & metamorphosim pro typo proprium SCELETON

Ego IOANNES LEONICENVS Athestinus Italus Med. Doctor

relinquo.

Amico suo optimo Petrus Mucharski Med: Doctor. Profess: in Acad. Cracouien. deposuit.

Sub hoc Sarcophago positus Tubæ mirum sonum audire expectat A. R. D. IOANNES à GRĘBIN GRĘBINSKI Ecclesiæ Colleg: Iaroslauien: Præpositus, Principibus ab Ostrog Illustrissimis Fratribus CONSTANTINO & IANVSSIO gratus, cum quibus in Castris Mineruæ (in exteris etiam nationibus) deinde Bellonæ

ſemper præſens adfuit; Tandem aulæ (hoſpitalis ſpei) pertæſus, Sacris Ordinibus initiatus, ab Illuſtriſsima Duciſſa Oſtrogiæ Anna de Stemberk, beneficio donatus, Spartam ſuam optimè turatus eſt; Ex integro enim Templi ſui Tectum, (muro altiùs ſubducto) lamina Cupræa veſtiuit, & ſucceſſoribus fornices ex fundamento in domo propria Præpoſituræ proxima erexit,

Illius Animæ ſit Deus propitius, Mortuus 28. Iunij, 1644.
Quem viuum amauit, eidem mortuo Petrus Mucharski Med: Doctor, hoc pignus collocauit.

Generoſo Dño. Iacobo à Grebin Grebinski, Illuſtriſs: Annæ de Stemberk, Duciſſæ Oſtrogien: Rotmagiſter & Aulicus, in ætate Iuniori in Acad: Cracouien: literas didicit, poſtea cum Rege Sigiſmundo III. oppugnationi Arcis Smolensko biennio adfuit, Et in conflictu Turcico ad Chocimum, cum Illuſtriſs: Domino Staniſlao Comite in Wißnic Lubomirski, S.R. Imperij Principe, Exercitus protunc Generali Duce, animosè ſtrenuam operam præſtitit, Fractus annis & laboribus, moritur Iaroſlauiæ, cum A. R. Fratre ſuo germano eodem tumulo ſepultus,
aduentum Magni Dei præſtolatur.
Petrus Mucharski Med: Doctor Amico ſuo hoc ſtenoma ſtatuit.

D. O. M.

Illuſtri & Admodum Reuerendo Domino Paulo Zaiaczkowski, Philoſophiæ & I. V. Doctori, Archidiacono Præmiſlien: Iaroſlauie: & Radimnenſi Præpoſito, Viro ſingulari Profeſſ: publico Collegæ minori in Acad: Cracouien: poſtea Sereniſsimi Stephani Regis Secretario & Conſiliario intimo: Hic memor beneficij Almæ Matris filius ſemper gratiſsimus, Collegij ſui Culinæ ligna fundauit, ætatis ſuæ Anno 80. mortuus, Radimnæ ſepultus in Paræcia ſua, cuius anima ſit in benedictione iuſtorum. Fautori ſuo Petrus Mucharski Med: Doctor, pro memoria P. C.

D. O. M.

Excellentiſ: & Admodum Reuerendo Dño. Melchiori Petricouio, Illuſtr: Domini Ioannis à Stemberk Koſtcæ, Palatini Sendomirien: & Regni Candidati multorum Annorum Medico, Poſtea Præpoſito Iaroſlauien: qui videns Eccleſiam ſuam vna cum Ciuitate conflagrantem, 1600. 7. Maij ætate prouecta, cordis mærore & dolore tactus, ſubito expirauit, mediam Eccleſiam B. Virginis extra ciuitatem cum turricula amplificauit, ibidem ſepultus, magnam partem bibliothecæ ſuæ Colleg: Societatis Ieſu Iaroſla: teſtamento legauit. Requiem æternam dona ei Domine. Fautori ſuo Petrus Mucharski Med: Doctor, F. F.

Sta

Sta Viator.
Quem ſpectas tumulum.
Spectabilis Domini Erasmi Rupinski Conſulis Iaroſlauienſis.
Domus eſt.
Ædificia mundi ratus ruinas corporum.
Sub hoc tectum cum hoc paruo migrat cinere.
Progredere Viator.
Hoſpes inuitaris.
Quo te Nepoteſq; ſuos Sophia coniunx eius.
Præceſsit,
Ampliſsimum quippe diuerſorium eſt.
Cuius lapis, ad multas manſiones Patris æterni.
Immobile limen eſt.
Anno Domini, M. DC. XL. IX.

RESOVIÆ.

D. O. M.
Seu pæna aliqua ſeu lex eſt,
Nos mori.
Vtraq; Fatis vrgentibus.
Nil contra valentibus bonorum deſiderijs,
Solutam eſſe oportuit.
Catharinam Sophiã. Catharina de Plemieti Matre, Raphaele de Stëberk Kostka, Patre, Capita: Marieburgen: Illuſtri Proſapia oriundam.
Bonorum vero Tyczyn. Sokolow, Zaleſsie, &c.
Vnicam hæredem,
Si ea bona dici poſſunt. quæ ſunt hæredis, Manes ſunt dedignati recipere.
Forſan cuius meridiem vix ſenſerant, occaſum intueri noluerunt.
Vel certe.
Quam viuam non poterant mortuam ſaltem mulctarent.
Tam impio & dolendo exilio.
Eius G. D. Dobieſlaus de Cieklin Cieklinski Caſtellanus Czechouien: ex ingrata efferens Patria dolens,
H I C

Oſſa

Ossa condidit deplorata.
Æternumq; coniugalis amoris Memnosinon P.
Excessit.
Præcedens nobis virtute matura.
Annis tenerior.
Ætatis 20. à Partu Virginis, 1644. Martij. 1.

Hermolaus Ligęza de Bobrek in Brzeznica & Dolcza, Supremus Thesaurarius Regni Samborien: Drohobycz: Olstine: Capitaneus.

Fælix Ligęza de Bobrek Archiepiscopus Leopolienſis.

Sigismundus Ligęza Pocillator Regni Poloniæ Leopolien: Tisouien: Krzepicen: Capitaneus.

Illustris Magnificus Stanislaus Ligęza Castellanus Zarnouien: Capi: Lubaczouien: in Przecław, Pater Matris Nicolai, Finley de Dąmbrouica Palatin: Sendomir: Capit: Lublin: & Stephani Koniecpol:

IOANNES LIGEZA DE BOBREK PALAT: LECICIEN:

Nicolaus Spitek Ligęza de Bobrek, in Rzeszow, Głogow, Sedziszow, Gorzice, Hæres: Castellanus Sendomirien: Biecen: Ropcicen: Capita: Castellani Vislicensis Filius. Fundator & extructor totius operis Templi & Monasterij, huius.

Nicolaus Ligęza de Bobrek in Gorzice Castellanus Vislicen: Biecen: Zydacouien: Capitanatus, ex Germana Sorore Ioannis Comitis de Tarnow, Castel: Crac: Supremi exercituũ Regni Generalis

---

TRZCIANÆ.

D. O. M.

Generoso Domino Christophoro Trzcinski.

Et Gatha-

Et Catharinæ Rzeſzowska.
Chariſsimis vero Parentibus ſuis in hac Eccleſia ſepultis.
Admodum Reuerendus in Chriſto Pater Dominus Chriſtophorus Trzſcinski, Eccleſiæ B. M. V. Cracouiæ Infulatus Archipresbyter, in ſignum Filialis obſeruantiæ ac pietatis hoc Marmoreum Monumentum erigere curauit.
Anno Domini 1627. die 10. Februar:

Generoſus Dominus Georgius Trzſcinski.
Annæ chariſsimæ vxori ſuæ.
Quæ de hac miſerrima vita Sendomiriæ 11. die Menſ: Martij hora 5. noctis in æternam migrauit patriam.
Quam idem fideliſsimus Maritus eius, magno cum dolore feria 5 poſt Dominicã Cõductus hac in æde ſacra ſepeliri curauit, hoc amoris ſui monumentum, domus Dei ornamentũ, Chriſti fidelium ad pietatem incitamentum, mœſtiſsimus poſuit. Anno D. 1581.

D. O. M.

Nil nonauguſtum ab auguſta capi ferali vrna, teſtantur præclari iſti cineres Magni Senatoris, Nicolai Leſniowski Caſtellani Czechouienſis, genus celſum doctrina ſublimis, conſilium altum, fides Deo ac Patriæ firma, candor in omnes, humanitas mira, munificentia prompta, mens culta, omnia iſta ſimul rara alijs, huic domeſtica, omnium compos quæ habere dignum, defecit in vno quod non plus vixit, Deo, Patriæ, ſibi, ſuis, Patriæ Ciuis, Regi Senator, Nobilitati Socius, vicinis comes, iam abijt. Coniunx ampliſſimæ Ligęzorũ Familiæ marito, filius Parenti, Frater ſolatio orbati dolent. O iniuſta & rapax Parca omnium horum emortua corda in loculis tumulaſti ſimul, feciſti eos (monſtrum) viua funera, quæ pijs defunctis Manibus Mnemoſinon iſtud perpetuo vouent. Anno 1634. die 24. Februarij.
Vixit Annos, 45.

POSNANIENSIA.

Illuſtriſsimo & Reuerendiſsimo Domino
LAVRENTIO GOSLICKI.
Gente Grimalio Territorij Ploceuſ:
Viro pietate ſingulari, ingenio præſtanti, Conſilio excellenti.
Candido, aperto, & animoſo.

Reipu: & cõmunis præsertim Ecclesiasticæ libertatis amantissimo.

Eloquentia rara.

Qui scientiarum insignibus publice decoratus.

Et ab aliquot Serenissimis Regibus Poloniæ in pretio & honore habitus,

Post multa varia & eximia in Repub: merita.

Et complures in grauissimis & difficillimis Regni negotijs.

Pari fide & felicitate obitas Legationes.

Primo Camenecen:

Paulo post Chelmen: Ecclesijs.

Vtiliter Episcopus præfuit.

Deinde ad Ecclesiam Premislien: promotus.

Simul Claræ Tumbæ Monasterium laudabiliter administrauit.

Postremo Ecclesiæ Posnanien: Præsul factus.

Cum eam feliciter annis sex Mensibus circiter quatuor rexisset.

Demum designato & adscito sibi legitime Coadiutore & Successore,

Septuagenario maior viuida Senectute,

Gangrena neruorum fractus in pede dextro lensim occupante.

Ad extrema deductus.

Animam Deo religiose commendauit,

Et plenus spei reddidit Ciazyni.

Anno Domini, M. DC. VII. vltima Mensis Octobris.

Eidem Executores cùm Nepote ex Testamento Monumentum mœsti posuere cum Epigrapho tali.

TVne sepulchro conderis Goslici Inclyte,
Cuius per omnem orbem vigt
Nomen decusque, qui fideli pectore,
Vigilique cura commoda.
Communia Patriæ tot annos auxeris,
Auerteriſque pericula.
Sæpe imminentium hostium atq; Ciuium,
Peruersa molientium.
Ad Varssam Martem dextre intestinum.
Represti, motusque efferos.
Te vidit Oratorem Saxo Lacvges,
Borussus, Sueduſque algidus.
Nemo in Senatu Principum prudentior,
Nemo disertior fuit.

Ora-

Oracla velut consilia Tua ardua,
Cuncti approbabant plausibus.
In ore vultu oculis dictisque fuerat,
Authoritas Venerabilis.
Nemo inter Equites Iura regni libera,
Legesque patrias fortius.
Defendit insolentiam quoq; nemo Ciuium,
Abominatus acrius.
Prudentiam tantam tibi vsus maximus.
Rerum & vaga experientia,
Aditæque tot mundi plagæ tot cogniti
Mores,& ingenia hominum,
Peperere, didiceras simul quidquid scholæ,
Sapientiæ humanæ docent.
Quidquid Philosophia,Historia,Rhetoricaque,
Et Ius Quiritum continet.
Id omne memori pectori infixum fuit.
Deque omnibus solitus eras.
Cunctis stupentibus oraq; obuertentibus,
Diserte ac ornate loqui.
Luge ergò Sarmata,obrue cinere caput,
Magnus Senator occidit.
Fle Posna Patronum bonum, saccumq; indue,
Antistes ingens corruit.
Plorabo ego Orbus Cliens herum perpetim,
Annosus labor mi perit.

Heu, Heu.

ANDREÆ OPALINSKI, EPISCOPO POSNANIEN.

Marsalco Regni, Patre Andrea natus, ad Pastoritium Pedum magnorum Parentum Filijs, tuto maiora committi posse probauit. Quanquam etsi Auorum gloria caruisset, dignus erat, qui magna virtute summa quæuis mereretur. Ecclesiam cum moderandam accepit, primum tueri voluit, quam tenere. Æquè beneuolus suis, ac Nouatoribus acris. Vbi Posnaniam Hæresi purgauisset, primus vigilantem per omnia Pastorem expressit.

Reuerendiſsi in Chriſto P. Domino Andreæ Rychlicki de Vniciow Dei Gratia Epiſcopo Ennenſi, Suffraganeo, & Archidiacono Poſnanien: Cancellario Varſavien: Sacræ Theologiæ & Iuris Canonici Doctori. Necnon Sacræ Sedis Apoſtolicæ Protonotario, viro probitate in rebus gerendis, dexteritate prudentiaq; ſingulari, in egenos, & pauperes liberalitate, in omnes, affabilitate conſpicuo Executores poſuerunt. Vixit Annos LV. Mortuus Anno à partu virginis M. DC. XXX. VI. die 4. Decembris.

Venerabili olim Iacobo à Paruſten, Canonico Eccleſiæ Collegiatæ Beatæ Virginis Mariæ Vice Decano huius Eccleſ: Poſnan.

ELEGIA.

ASpice Mortales quam fallax lactet inani,
Spe mundus votis priuet & ipſe ſuis.
Scilicet hinc noſtræ vitæ reſplendet imago,
Viuimus & morimur, pulus & vmbra ſumus.
Sit doctus licet atq; pius, ſit clarus & armis,
Omnia mors proprio ſubiicit imperio.
Huc omnes tendunt primusq; ac vltimus ordo,
Scilicet eſt, cunctis iſta tenenda via.
Non tua lura timet, Chriſti (o mors) ſeruus olim
Jacobus Myſtes dira vel imperia.
Candida cui pietas, & Sancta modeſtia cordi,
Adfuit inq; Deum religioſa Fides.
Nam longe melior cunctas poſt triſtia fata,
Vita manet iuſtos eximiumq; decus.
Hæc tibi pro meritis debentur præmia, quando
Victor ab humana pergis in aſtra via.
At Tu quiſquis ades mortis non immemor orans,
Dic animæ ipſius, parce benigne Deus.

Æuiternum hoc memoriæ monumentũ Executores Teſtamenti poſuerunt Obijt Anno Dñi. M.DC.XXX. Die 26. Ianua: Circiter ætatis ſuæ 68.

ANDREAS CZARNKOWSKI,

Dei Gratia Epiſcopus Poſnanien.

Ex Illuſtri & Antiquiſsima Czarnkouiorum Familia.
Diuo olim Sigiſmundo Regi, & Filio eius Auguſto charus.
Inprimis legationibus cum apud Pontificem Maximum,
Gregorium XII.

Tum

Tum apud Imperatorem Carolum, V.
Et Regem Romanum Ferdinandum Insignis.
Ingraueſcente ætate cum Podagra diu multumq; conflictatus.
Hæreticis etiam affecta valetudine formidabilis,
Poſt diuturnos dolores diſſolui à corpore, & viuere cum Chriſto cupiens.
Magno ſui apud omnes deſiderio relicto deceſsit.
Anno Dñi. M.D.LXII. die IX. Menſis Iulij.
ætatis ſuæ Anno, LV.
Imbelles artus infirmaq; corpora geſſi,
Sat mihi ſat fuerat Virium in Hæreticos.

D. O. M.

Perilluſtri ac Admodum Reuerendo Domino Staniſlao Kokalewski.
De Gente & armis Samſoniorum,
Eccleſiæ Cathedralis Poſnanien : Cantori.
Viro vitæ probitate, & morum grauitate conſpicuo.
Literis exculto.
Domi & foris, omnibus charo nemini moleſto.
Qui deteſtatus hæreſim, & obuiam Principum promotionem.
Hæreditario ſolo contentus.
Æconomum multis annis agens,
Menſam Capitularem prouentibus,
Proprio ſtudio & induſtria auxit.
Collegium Lubranſcianum vetuſtate collapſum.
Conſilio & opera ſua adornauit.
Inopes munificentiſſime pauit.
Is idem plenus annorum & meritorum maturitate hominem exuit.
Quinquageſimo ab adepto Cañcatu Anno
Vitæ ſuæ LXXXV. ſalutis M. DC. XXX. VI.
Quiſquis es.
Ei qui præclare factis æternam ſibi apud homines quæſiuit memoriam.
Vitam apud Deum apprecare Immortalem.

Illuſtriſsimus ac Reuerendiſsimus in Chriſto Pater & Dominus
DOMINVS LVCAS KOSCIELECKI.
Duorum Poloniæ Regum.
Sigiſ: Auguſti Iudicio Culmenſis deſignatus.
Ab Henrico vero Præmiſlienſis,

Atq; à Stephano Posnanien: Episcopatum adeptus est.
Quo in munere Catholicæ Fidei custos,
Hæreticos quosdam è Typographia Posnan: interceptos libellos igne cremauit,
Atq; vt ijdem Hæretici ex Vrbe Posnanensi,
Redemptis per Senatum eiusdem vrbis ædibus.
In quibus sat diu conuentus suos egerant.
Suburbanum collem emigrarent plurimum adlaborauit.
Multis præterea rebus, ac præcipue consilio patriæ,
Nobilitatisq; legibus tuendis:
Atque erga egenos, maximeq; religiosos munificentia clarus,
Cum Ecclesiæ suæ annos 21. præfuisset.
Anno salutis M. DC. XVII. ætatis suæ 50. Iulio.
Ipsis D. Annæ ferijs religiose excessit è vita.
Eidem Reuerendo Domino, Andreas à Koscielec,
Decanus Posnanensis ex fratre nepos.
Proauo suo desideratissimo, vnaq; sibi ipsi monumentum hoc, Anno 1599.
ætatis suæ 45. posuit.

IOANNES DE LVBRANIE,
EPISCOPVS POSNANIEN:
Diuinis & humanis literis, luribusque,
Et singulari prudentia ingenij, & magnitudine animi præditus.
De Republica, de Ecclesia sua, deq; pauperibus & studiosis, optime meritus
Decessit Anno ætatis suæ LXIV.
Salutis M. DC XX.

Petrus de Tomice.

Cracouien: ac Posnanien: Episcopus ac R. P. Cancellarius,
Monumentum posuit.

Illustrissimus ac Reuere: Dominus D. Adamus à Nowodworze Nowodworski,
EPISCOPVS POSNANIEN.
Vir antiquæ prosapiæ de stemmate Nałęcz.
Id quod habuit mortalitatis hoc Monumento posuit.
Eius mentem si quæris, immortalitas sibi totam vendicauit.

Hic namq; vitæ integritate, prudentia & dexteritate insignis, multis in Aula Diui Sigismundi Regis Poloniæ pro Republica, & Maiestate Regia exantlatis laboribus Antistes, & Senator factus, Ecclesijs & Diœcesibus, primum Camenecensi, post Premislien: tandem Posnanien: Pastor vigilantissimus, & immunitatum Ecclesiæ defensor acerrimus præfuit, quid plura, singularis in omnes candor, beneuolentia in suos, rara & mira in Deiparam Virginem pietas, ad eius laudem accesserunt, agnoscunt suum munificum largitorem vt priores Sponsæ, ita & hæc, tam Ecclesia ipsa luculenter

supelle-

ſupellectili ſacrâ adaucta, quam Capella in qua quieſcit, Collegio Manionariorum exornata & liberaliter dotata, vt poſthuma conſequentis ſæculi poſteritas imitetur: & his Manibus beatitatem precetur. Obijt in villa Opalin Vinnagora hydropiſi, multum diuq; conflictatus. Anno Incarnationis Dominicæ, M. DC. XXX. IV. 20 Auguſti, ætatis ſuæ LXII. Executores Domino & benefactori ſuo poſuére.

Epitaph: Illuſtr: Dñi D. ANDREÆ SZOŁDRSKI Epiſcopi Poſnanien:
Illum ob præclara merita Kiouienſis Premiſlien: Cathedra.
Capere cum non poſſet, demum Poſnanieſis excepit.
Plane intempore cum hiſpida ſqualidaq; liberali indigebat Sponſo.
Hanc incendio deformatam, ac pene dirutam ſuffulſit in diebus ſuis.
Fundamentis refectis concluſa fornice 5. turribus ædificatis.
Pauimento, Organo, Imaginibus, maiori Ara, Sacello adornauit.
Auro argento apparamento omnis generis pretiola ſupellectili decorauit, & dotauit.
Veuerabile Capitulum Poſnanienſe in ſcripto Vielichouo, auctis cenſibus
donata tota integraq; ſua ſubſtantia, ſupra omnes anteceſſ: ſuos ditauit.
In ſumma boni Paſtoris, amantiſsimi Patris, Officium præbens adimpleuit.
Omnibus candidus, Patriæ ſinceriſſimus, pro illa quoq; quoties poſtulauit occaſio
ſe murum oppoſuit.
Sed quæ fatorum iniuria egit.
Dum maiora ac maiora tam Eccleſiæ meditatur, quam Patriæ, infeſta paralyſi (ob continuos labores) correptus, 1. Aprilis
Mortalitatis ludicræ ſcenã immortaliter Deo, æternitatiq; victur⁹ ſerio adimpleuit.
Vixiſſet ô decoris Domus Dei zeloſiſsimus Antiſtes.
Executores (quod ſolum reſtabat) hoc illi exantlatum per annos 14. circa Eccleſiam & laborum, & ſumptuum, perenne memoriale poſuêre monumentum. Anno à partu Virginis, 1650. Vixit Annos 67 Menſ. 4. Dignus immortaliter in terris viuere, ni cœlo datus, cœlo ſeipſum debuiſſet.

Epitaphium Boleſlai Chrobri Regis Poloniæ in Eccleſia Cathedrali Poſnanien: humati.

Hic iacet in tumba Princeps glorioſa Columba,
Chrabri tu es dictus, ſis in æuum benedictus.
Fonte Sacro latus ſeruus Domini puta totus
Præcidens comam ſeptennij tempore Romam,
Tu poſſediſti velut Athleta Chriſti.
Regnum Sclauorum Gottorum, ſeu Polonorum,
Cæſar præcellens à te Ducalia pellens,
Plurima dona ſibi quæ placuere tibi.
Huic detuliſti, quia diuitias habuiſti.

Incly-

Inclyte Dux, tibi laus Sereniſsime Boleslae,
Perfide Patre natus, ſed credula Matre.
Viciſti terras faciens bellum quoq; guerras,
Ob famam bonam, tibi contulit Otto coronam,
Propter luctamen, ſit tibi ſalus Amen.

Epitaphium Reuerendi Domini Alberti Rudnicki, Canonici Poſnanienſis. Reuerendiſsimi DD. Adami Conarſki, Epiſcopi Poſnanien: Cancellarij, Anno Dñ. 1567. Septembr: 20. defuncti, ætatis ſuæ, Anno 48.

HOc Tumulo Albertus poſuit Rudnicius oſſa,
Rudnicius Patriæ, lauſq; decusq; ſuæ.
Semper erat precibus facilis, virtutis amator.
Multaq; pauperibus propietate dabat.
Religione Deum vera, per vota vocabat,
Et coluit Chriſtum, non dubitante fide.
In mundo geſſit vitam ſine labe decoram,
Quam ſtabili ornabat, cum grauitate fides.
Atq; altum ſpreuit faſtum laudeſq; ſuperbas,
Et nihil his tutus turpius eſſe tulit.
Lingua dolo, pectuſq; ira, cor fraude carebat,
Iuſtitiæ ſemper perſtudioſus erat.
Nunc Chriſto tandem Domino confiſus in vno.
Mortem hauſit mundi Regna valete notans:
Pubeſcit corpus, gelida tellure ſepultrum,
Spiritus at cœlo, viuit in æthereo.

Epitaphium Venerabili Martino Orlic Strzelcenſi Pœnitentiario Poſnanienſi, Parocho in eadem Strzelcze, qui ætatis ſuæ annis vno & Octaginta exactis. Obijt 5. Decembris Anno Dñ. M D. LXXX.

QVæris quid referat viuos de marmore vultus,
Duci, tum varius, quid velit ipſe color.
Accipe ſic doctos vnquam decuiſſe Poëtas,
Pingere quos iuuit fortia facta virum.
Nec minus hic meruit, pia mens cui factaq; ſancta,
Orlius antiqua vir probitate grauis.
Condidit is vaſtum cocto de cæſpite Templum,
Hic vbi poſt Chriſti rexit ouile ſacrum.
Huic hæres pauper diſcens ac religioſus.
Millia multa, quibus fert moriturus opem.
Dignus cui Parcæ voluant ſua fuſa, perennes,
Aut cui nunc pateat gloria ſumma Poli,

Executores teſtamenti pietatis cauſa poſuerunt. Anno Dñi. 1584.

Epita-

Epitaphium Venerabili Stephano Gnesnen: huius Ecclesiæ Cathedralis, Pœnitentiario dignissimo atq; integerrimo. Hydrope pie ac placide 4. Mai. 1586. extincto, posuerunt Executores.

QVisquis ades cuius blande mortalia mentem,
Demulcent monito hoc spernere disce meo.
Ipse quod es nunc is fueram, sed funere clausus,
Quod sum te quoq; post paucula claudet humus.
Nec mea fata dole (serum post) tua fata timeto.
Sors mea præterijt sed tua dira venit.
Nec ratio aut pietas vlla est deplangere mortem,
Mortalis cuius vim superare nequit.
Morte doles igitur magis, hoc læteris idipsum,
Cernam quod Trini numina sancta Dei.
Vixit Annos 60.

Epitaphium Reuerendi Domini Laurentij Kierski, Canonici Posnanien.

HEu sumus en puluis, ecce miserrima tellus,
Et nostri fugiunt, vt leuis aura dies.
Nudus humi exceptus, nudus nunc ecce reuertor.
Pallida mors dira singula falce metit,
Nil aurum, nil pompa iuuat, nil gloria vires:
Excipe virtutem cætera mortis erunt.
Vitrea spes & tu fallax fortuna valete,
Ludite nunc alios, iam mihi tuta domus.

Illustrissimus ac Magnificus Dominus D. Andreas, Comes à Gorka post multas à Sigismundo Rege Poloniæ obtentas dignitates, postea Castellanus Posnanien: nec non Maioris Poloniæ Capitaneus, Generalis belli & pacis tempore, Vir insignis eloquens ac clarus, ad Imperatorem Turcarum, alioſq; exteros Reges & Principes in grauissimis ad Rempub: ipsumque Regem spectantibus negotijs, Orator, tandem benedictione Diuina magnis adauctus opibus, vitam cum morte in vera Dei agnitione commutauit. Anno Domini, MD.

D. O. M.

Reuerendo Domino

GEORGIO ZADORSKI,

Canonico Posnanensi.

Viro integerrimo, & pro doctrina, & pro eruditione præstanti, &

liberali in egenos & pauperes, qui absolutis in exteris nationibus studijs, cum ad hanc Ecclesiam, non sine laude omnium per annos 30. exemplum bonũ præbens residerit, obdormiuit in Domino.

Anno ætatis suæ, 64. die IX. Februarij.

Anno Domini, M. DC.IIII.

Testamenti Executores posuerunt, oretur pro eo.

D. O. M.

Reuerendus Dominus,

SEBASTIANVS ŁACKI,

Posnanienſis, Calisiensis Canonicus.

Pro sua in Deum pietate, quam semper viuens vnice coluit, & in Ecclesiam Dei, de qua pro viribus bene mereri studuit, hoc Sacellum vetustate ac neglectu squallidum restaurauit, aram extruxit, censuq; annuo perpetuo dotauit, ac suo post vitam exactam, cineri viuus monumentum condidit.

Anno salutis, CIↃ CXXVI.

Ætatis suæ Anno 57.

Corpus hoc eodem loco terræ mandatum est.

Felix qui mortem nouit præcurrere morte,
Namq; illum mortis, nulla periclá manent.

IOSEPHVS STRVTHIVS POSNANIEN:

Philosophiæ & Medicinæ Doctor,

Librorum Græcorum Latinus interpres.

Publicus olim stipendio Senatus Veneti,

Artis Medicæ Patauij Professor,

Artis Sphygmicæ per tot sæcula abolitæ, nouus restaurator,

Postea Sereniſsimi Principis Sigismundi Augusti Regis Poloniæ.

MEDICVS.

Obijt Anno Domini, 1568. Ætatis suæ, 58.

EXuuiis positis Lucas Stocdicius antro,
Cursu alacri ex terris sidera ad alta petit.
Moribus eximijs constans pietate modestus,
Et nulli nulla noxius arte fuit.

Consul

Consul erat primus recti Studiosus & æqui,
Vicit Apollinea, nec minus arte pares.
Sparge rosas cineri Manes venerare Viator,
Quæ rapuere illum te quoq; fata manent.

ADAMVS PAVLINVS BIEDRZICENSIS.
Philosophiæ & Medicinæ Doctor
Varijs Reipub: in ea ciuitate munijs, ipsq; Consulatu sæpe functus hoc monumentum sibi, Heduigi Schotrchowna, Heduigi Grodzicka coniugibus charissimis, pariter & liberis amantissimis, perp. tuo sacratum fieri volu t
Anno Domini, 1580. Mensis Maij 21.

GENEROSO GEORGIO OLESKI,
Capitaneo Camenecensi.
Serenissimæ Annæ Iageloniæ, Reginæ Poloniæ &c. Culinæ Magistro (quod munus cũ virtute singulari, tum plurimis egregijs ac summa cum fide, & constantia ipsius Reginali Maiestati ab ipsa fere adolescentia, præstitis officijs promouerat,) Viro religionis Catholicæ studioso, pio, humano, bono, modesto, molesto nulli, omnibus verò caro & dilecto. Barbara Sczepiecia coniunx coniugi desideratissimo amoris coniugalis, monumentum mœsta posuit. Obijt Posnaniæ die 6. Ianuarij, Anno Domini, 1593. ætatis suæ 35.

Reuerendissimo in Christo Patri ac Domino,
DOMINO GASPARI EPISCOPO ENENSI,
Suffraganeo Posnanien:
Archidiacono Sremensi,
Præposito Ecclesiæ Collegiatæ S. Magdalenæ Posnanien:
Episcopali Cancellario
S. Theologiæ & Iuris vtriusque Doctori.

Quem Pastoralis Zelus & vigilantia, mores suauissimi, & candidissimi, affectus erga egenos verè paternus, eruditio muneribus amplissimis abunde par animo ōnibo in ōni fortuna æquus, & moderato facultates ex asse pijs operibus addictæ, vitæ totius nota vulgo sanctitas, fecerunt Episcopum irreprehensibilem, & formam Regis ex animo vltimæ voluntatis, Exequutores in tantæ virtutis æternam propensionem, in desiderij ac doloris lenimentum, in fidei suæ probatissimum testimonium posuerunt. Vixit Anno Christi, 1619. Anno suo 56. Mense Iunio die 26. hora 12.

CHRISTIANE VIATOR.

NOBILIS MATHIAS CHORINSKI,

Gente Abdancus.

Sibi, Coniugibus, liberis, ac eorum posteris, hoc monumentum Christiana pietate fieri fecit. Qui Martino Chorinski vnico germano superstes hæreditaria sorte vendita Posnaniæ sedem fixit, vbi Catholico, probo, quieto, honesto Viro, bonoq; Ciui conuenienter vitam exegit, Supremo Ciuium magistratu, aliisq; publicis muneribus cum laude sæpè functus. Vixit Annos, 63.

Hac sub vmbra almæ Virginis Matris misericordiæ quiescit Generosus Dominus

MATHIAS NIETVCHOWSKI,

Ioannis de Nietuchowo Filius.

Vir antiquo Stemmate & Nobilitate Paterna Pomiąn gaudens, Materna Rosarum Wieszczyciorowscy progenitus, singulari in Deum pietate, in Deiparam Virginem cultu & religione, bello militiaq; clarus, domestica, comitate omnibus charus, pacis quietisq; amans, quietam & tranquillam, in senectute bonam suam finiuit vitam. Hoc fœlix, quia Sacramentis Sanctis prouisus & rite expiatus, hic Posnaniæ (prout cupiuit) Annorum suorum 73. extremum clausit diem ipso Sabbatho. Sacro Pentecostes die 8. Iunij, Anno reparatæ salutis, M. DC. XL. VII. Cuius voto annuens Generosus Remigianus Nietuchowski, vti vnicus Filius & hæres parenti suo desideratissimo hoc monumentum mærens & dolens ex testamento anno eodem posuit die 7. Octobris.

REVERENDO DOMINO MARTINO KVNINSKI,

Scholastico Posnanensi.

Viro, prudentia, integritate, & constantia singulari, qui vitam suam in aulis Principum iuuenilem, prouectam ætatem ad Ecclesiam hanc in continua residētia quietè transegit, senioq; confectus placide in Domino obdormiuit, die 16. Ianuarij. Anno 1590. Michael Slawinski, Canonicus & officialis cum fratribus germanis executor amico & confratri optimo ex Testimonio posuit. Vixit Annos 71.

Qvi legis inciſum Dorotheæ in marmore nomen,
Falleris hic clauſam ſi recubare putas.
Oſſa fecit tantum patronæ triſte ſepulchrum,
Pars melior mundum complet & aſtra tenet.
Procul incerti metuis qui funera fati,
Quid cedo virtuti buſta ſuprema nocent.

Patri.

Patricia quamuis Rydorum gente proferta,
Vrbs Novembergæ quam generosa fauet.
Enumerem clara longo licet ordine ceras,
Quas mihi Germanus, quas peperitue Lechus.
Sola tamen fidei Romana professio functam
Fida Comes cœli me visione beat.

Dorotheæ Rydownæ vxori vnanimi concordi dulcissimæ Thomas Smidel, coniunx desolatissimus mœroris sui posuit monumentum.

Me ne fugis nec cara sequor Dorothea plus te
Pecco ego te cogit fatum ego lege vetor.
Hoc rumpi non posse Dei docuere sed illam
Si qua via est frangi posse docebit amor.

D. O. M.

Virtuti & Nobilitati.

Magnifici Domini,

D. CHRISTOPHORI à ROZDRARZEW ROZDRARZEWSKI.

Subdapiferi Posnanensis.

QVI

Primo ætatis flore Palladi consecrato,
Ex lycæo adultam maturitatem
Ad illustria Magnatum & Principum transtalit decora.
Nec non Regium Vladislai IV.

In quibus.

Dignas suo sanguine hausit spiritus sæpius post hac ad vniuersalia
Regni comitia nuncius.

Eum se præbuit,

Cui communis Reipublicæ salus
Ciuium cum libertate, integritate,
Profunda maiorum Polonorum consilia tuto crederentur.

Sed ecce.

Inuida mortalitas post 46 ætatis annos 1641 30. Augusti mortalem esse iussit, sperate è posthumo cinere Phœnicem Posteri cui generosa Domina Dorothea de Suchortewo mœstissima coniunx, hoc signum amoris coniugalis appendi curauit.

D. O. M.

Æuiternæ memoriæ.

Generosi ac Nobilis Domini Domini

ANDREÆ MODLISZOWSKI.

Clato sanguine conspicui, virtute propria charissimi.

CVIVS.

Teneram ætatem ingenuo Mineruæ nutrimento, virilem strenuis Martis stipendijs excultam, mille Heroica loquuntur facinora.

ILLVM.

Ecclesia religione flagrantem, patria propugnatorem fortissimum, fortuna virtutis studiosi oculum, consilijs egentes oraculum, auiti mores tutellam, à genere propinqui totum solatium ægro pectore fatentur & lugent sibi ereptum, vixit prope septuaginta annis, XII. Augusti Anno à Partu Virginis M. DC. XXXVI. Rosarij intentus male mori non potuit.

ET

Mœstissima vxor cum liberis hoc acerbissimum pietatis monumentum collocarunt, longæuas mentis non deposituri lachrymas.

DEO TRINO VNI.

Et pio generi.

Nobilis ac Generosi Dñi à Domaradzice Domaradzki,

Antiquam de stirpe ducentis prosapiam.

QVI

Almæ Academiæ Cracouiensis alumnus, teneram ætatem virtuti, pietati, Palladi sacrauit, adultam Iuris scientiæ perpoliuit, cuius in propaganda religione, in promouenda patriæ incolumitate, in promouendo Magnatum feruore feruoris, solertiæ ac prudentiæ ordo vterq; extat Encomiastes, quem hactenus præclare gesta commendant, amici iucundam consuetudinem memorant, vxor orphana boni mariti, luctuosa soboles, prouidi parentis obitum lugent, pupilli patronum suum plorant, pauperes & religiosi mendicantes liberali benefactore orbati suspirant, omnes boni sola memoria amici sui oblectantur, immaturus æuo at maturus cœlo famæq; perenni fatis concesit anno ætatis suæ 50. reparatæ salutis 16;0. Huic fidei amoris, honoris, ac memoriæ æuiternæ mœrens Coniunx Anna de Piglowice hoc præstitit monumentum.

D. O. M.

Generosus Dominus

NICO-

NICOLAVS CIELECKI

Vir Auita Zarembarum proſapia, virtute maiorum & orthodoxa religione, morum candore ac luce bene meritorum inſignis.

Hic mortalitatis ſuæ exuuias
Temporis ſpolium, ſed pignus æternitatis
Depoſuit.

Ætatis Anno LX. die XXIV. Maij M. DC. XXII.

CVI

Hoc honoris & amoris Cenotaphium.

Filius Patri optimo
Iacobus Cielecki Poſnanienſis, Płocenſis
Canonicus poſuit.

D. O. M.

Omni genere virtutum ornatiſſimis
MATTHIÆ ET KVNEGVNDÆ CONIVGIBVS
Ciuibus Poſnanien.

Quorum vita honeſtiſsima & morum integritate prædita omnibus fuit chariſsima, Nobilis Andreas Gonowski Aulæ S. R. M. Notarius, filius mœrens parenti ſuo Anno M. D. LXXXVII. & mortis ſuæ Anno M. D. LXXII. vita functis, hoc Epitaphium pro ſua pietate apponi curauit, die XXI. Auguſti, Anno M. DXCIV.

DEO TRINO ET VNI.

Heroicis virtutibus famæ perennaturæ, Illuſtris ac Magnifici Dñi de Laczewna Zbijewſki Capitanei Babimoſtenſis, Viri antiquiſſimę familiæ, ſplendore nec minus virtute propria inclytiſſimi.

QVI

In fide Catholica Romana natus, poſt excultos optimis moribus pueritiæ annos
Adoleſcentiam
Optimis literarum ſtudijs, auita virtute ſublimatus dedicauit, ijſdemque decus non poſtremum genti ſuæ adiecit.
Virilem ætatem,
Ampliſſimis in patriam meritis eam ſemper ab hoſtium incurſibus defendens, ſumma cum laude illuſtrauit.

De-

Demum

Intra domesticos parietes, cum Generosa Domina de Tuchorza Anna clarissima Ossouiorum prosapia oriunda matrimonio copulatus, reliquos feliciter peregit annos religione in Deum, pietate in patriam conspicuus, in subditos benignus, in egenos liberalis, in amicitia colenda constantissimus, auito candore pereximius, omnibus amabilis & affabilis eluxit, tandem morbo confectus sacrosanctis munitus Sacramentis, obdormiuit in Christo, Anno salutis humanæ, M. DC. XXXV. ætatis suæ XL. IX. Mense Maio die 4. Charissima coniunx cum mœsta prole hoc vexillum amoris & doloris monumentum appendi fecit. Faue viator & fauor in mortuos non caret laude & merito.

D. O. M.

Et perennaturis Manibus

Nobilis ac Generosi Domini

DOMINI D. LAVRENTII GORINSKI

Hæredis de Gorynino & Oyrzanow

VIATOR.

Cineres hic despectas non mortem
Naturæ malis an viris.
Viuunt Rosarum arma
Quorum hic hæres gentilitius
Virtutis fortunæ laborum
Fastos accensuit illis plures
Pubes auctoratus Marti
Rubefecit amplius suas ceras
Tot ex hoste victor, quot pro Polonia miles.

Vir in otio.

Deo, Patriæ, Amicis,
Vitam ac debuit istis dedit
Cultus obsequijs amore
Meritus in omnes & maturus
Mortuus anno 45. 5. April. 1640.
Generosa Anna Przecławska
Pijssimo coniugi orba coniunx
Mœroris hunc ponit testem.

D. O. M.

D. O. M.

Ac pijs Manibus.

Magnifici ac Generosi Domini

DOMINI PAVLI DE WARTYMOWO SOKOŁOWSKI,

Michaelis piæ memoriæ Castel:Gostinen:filij hoc perennitatis monumẽtũ

Memoria posthuma erexit.

Vt ad posteritatis commemorationem transferret vitæ laudabiliter transactæ dignam immortalitate commendationem.

Quam ille

Inclytæ indolis hæreditate ex auito sanguine in se deriuauit, eruditione in Patria, exterisque nationibus acquisita auxit.

Fauore ac beneficio Serenissimi Sigismundi III. amplificauit.

In Capit. Rogoinen. mansuetudine, candore, ac munificentia omnibus probauit.

Quodq; in humanis maximum,

In fremitu ac furore fortunæ constanter retinuit, quin imo Christianæ fortitudinis more, tolerantiæ merito,& tranquillitate mortis illustrauit.

Obijt enim in hoc ipso augustæ religionis sacrario, vt pietatem ipsius,constantiam, miserationem erga inopes, aliasque virtutes decebat.

Piè ac religiosè.

Anno Christiano, 1641. Ætatis 38.

Qui legis, beatitatem pio cineri precare, & cogita,

Nullas vicissitudines menti bonæ conscientiæ obesse.

Reuerendo Domino Mathiæ Popowski, Canonico Posnanensi, candido & simplici, qui vltra XLV. annos, proli generandæ intentus, annorum quatuor Canonicus existens, amicis chatus, alijs non molestus, obdormiuit in Domino die Maij, ætatis 67. Anno Domini, 1593. Reuerendus Gabriel Wysocki, Gnesneń. Posnanień. Vladislauień. Canonicus Auunculo posuit.

Venerabili Patri Gaspari Kleczeuiensi, Præcentori huius Ecclesiæ, Bartholomæus Plebanus Pszczeuensis, fratri suo amoris ergò posuit. Anno Domini, 1609. vixit annos vltra 60. mortuus 10. Octobris, Anno Domini, 1607. Cuius anima in pace requiescat.

Venerabilis Ioannes Lipno, Præcentor huius Ecclesiæ, sepultus iacet hic, cuius anima vitam habeat perpetuam. Obijt Anno Domini, 1618. vltima Martij. Executores Testamenti posuerunt.

Venerabilis Ioannes à Buk, Vicarius perpetuus huius Ecclesiæ hic sepultus quiescit, qui nemini molestus, omnibus charus, vitam cum Anno Domini, M. DC. XXVIII. Catholicè finiuit. Cui Executores Testamenti hoc monumentum posuerunt.

Venerabili Rocho à Pobiedziska, Pœnitentiario Ecclesiæ Cathedralis Posnanensis, & Præcentori viro circa hanc Ecclesiam benè merito, post multos labores ipsi impositos, & expletos pro posse, mortuo, die 20. Nouemb. Anno Domini, M. DC. VI. Executores Testamenti posuerunt. Dic Viator, requiescat in pace.

STANISLAVS OLESNICKI,

Vir doctrina, prudentia, magnanimitate, integritateque insignis. Cùm esset hunc Episcopatum Posnanensem pro meritis suis adeptus, sedisseteque in illo annum vnum, fatorum inuidia obijt, magno sui apud omnes desiderio relicto, Anno D. M. DC. XXXIX. die 28. Aprilis.

Hic sepulti quiescunt in Domino Duo Fratres germani,

Generosus Dominus STANISLAVS & ANDREAS, vt virtute & religione Catholica, ita Auis Atauisque clarissimi, quorum Pater fuit Generosus Dominus ALBERTVS RYDZYNSKI,

Comes de Verbena.

Qui in Podolia multis annis dimicans cum Tartaris, bis ab eis captus, proque Patriæ libertate barbaram expertus seruitutem, Patruus verò Reuerendus Dominus Ioannes Rydzynski, huius Ecclesiæ Cathedralis Scholasticus fuit, pro salute animæ suæ Anniuersarium perpetuum fundauit, Sacerdotali dignitate, & moribus insignem Ataui sui pietatem exprimens, Magnifici Dñi Ioannis Castellani Miedzyrzecensis, & Capitanei Schouensis, cuius prisca pietas in amplificanda Dei gloria, templisque exædificandis singulari enituit, Templum Rydzynense cum Oratorijs Czermnen. Dabecen. Pawlouicen. Clodzen. & Czarkouien. in possessionibus suis hæreditarijs è fundamentis erexit, suisque opibus locupletauit, hoc etiam Sacellum ad Dei Omnipotentis Sanctorumque gloriam fundauit, in eoque sibi, posterisque suis sepulchrum designauit, Arcem Rydzynen. extruxit, vbi ex hac vita ad immortalem commigrans, ibidem in Ecclesia Rydzynen. S. Stanislai Sepultus est, cuius Pater domicillium de Regno Bohemiæ in Regnum hoc Poloniæ circa Annum Domini, 1400. transtulit, Ge-

lit, Generosus Dominus Gabriel & Albertus Maioribus suis & Fratribus germanis, qui non exactis 36. annis, ex his miserijs erepti, & IESV Christi Dei & Domini nostri gratia, ad verè beatam vitam sunt vocati, hoc monumentum posuerunt. Stanislaum secutus est Andreas post duos ferè annos, Anno Domini, 1503. Oretur pro eis.

Venerabili Domino Martino de Moscisca, Ecclesiæ huius Pœnitentiario, & S. Adalberti Plebano, viro integerrimo, de Ecclesia & pauperibus optimè merito, Executores Testamenti posuerunt. Mortuus est Anno Domini, 1588. ætatis suæ 63.

Venerabili D. ALBERTO TVRCIO Posnanien: Custodi Ecclesiæ Mariæ, in summo Plebano, Prouinciali S. Adalberti, viro ingenio, prudentia, humanitate & liberalitate ornato, in Iure Canonico versato, qui multis annis Venerabilis Capituli Cathedralis, & Cantori Posnanien. Notariatum exercens, de Ecclesia & Officijs, quibus functus erat, benè meritus, tandem morbo hydropis confectus, & Sacramentis Ecclesiasticis munitus, annis vitæ suæ 40. exactis, in Vigilia S. Adalberti Anno Domini, 1592. 22. April. obdormiuit in Domino. Cui Albertus Iaszek fidelis amicus, hoc monumentum poni curauit sumptu suo.

Rñdo D. PETRO RVSIECKI de Ruska, Scholastico Posnanensi, Præposito Crobensi, viro eximio & erudito, qui ob singulares animi sui dotes, nec non in rebus gerendis dexteritatem, multis cum Ecclesiæ tum Reipub. negotijs laudabiliter perfunctus, circa hanc Ecclesiam residens, diem vitæ suæ vltimum clausit die 5. Ianuarij, Anno Domini, M. DC. X. Venerabile Capitulum huius Ecclesiæ Confratri suo fieri curauit.

ADAMVS PRZECISZEWSKI,
Canonicus Posnanensis.

Aulam olim secutus, sed eius vitijs neutiquam contaminatus, postquam annum à Partu Virginis 1611. die 7. Martij, vitæ quantum fas est homini inculpabilis, fabulam annis 80. peregi, sciens defunctorum curam triduo deleri ab executoribus, mihi vel tantillum memoriæ impetraui, & quidem te Hospes in tenebris nosse nequeo, sed teipsum noscas rogo.

Fui vtes, eris vt sum. Vale, ora, time.

Adm̃. Reuerendus Dominus
MARTINVS PRZEBOROWSKI.

Vir in Deum pietate, in suos caritate, in omnes comitate insigni, literis humanis Diuinisque imbutus, tribus Regibus, Sigismundo Secundo, Henrico, Stephano I. egregiam nauauit operam, multis Heroibus carus, fastus Aulici pertæsus, rerum cœlestium cupidus, à Principum officijs se remouit, Canonicus Posnanien. Plocen. Pultouien. creatus, ita vixit, vt omnibus & exemplo ad pietatem præiret, & summis iuxta ac infimis carus esset, ætate præsertim ingraueſcente, studia diuina coluit mirificè, Obijt, annos natus LXXVI. Reparatæ Salutis, 1613. die 14. Maij. Cui Generosus Dominus Dobieslaus Przeborowski eius germanus, Terrestris Posnaniensis Iudex, hoc posuit monumentum.

ALBERTVS DE BRVDZYNO BRVDZYNSKI,
Pincerna Posnanien. Gente veteri Prawdzic.

Vera pietate Catholicus, moribus suauis, publicè Patriæ, priuatim omnibus bonus, ætatis suæ LII. ipso Magni Iubilei Anno, M. Io. LIII. Nonis Septembris vita functus, hic mortalitatis sarcinam deposuit.

Anna de Przyborowo Casimiro Marito præsens Coniunx, cum mœsta prole poni fecit.

Rñdo D. IOANNI GNINSKI TRACH de Trachi Custodi Posnanien: viro bono simpliciq;, cum Ecclesiæ & Capitulo egregiè fidem ac operam suam multis annis probasset, hydrope consumptus, piè rebus vniuersis optimè dispositis in Domino sine vlla trepidatione mortis, obijt die 20 Ianuarij. Anno Dñi 1616. ætatis suæ 55. Iacobus Brzesnicki Suffraganeus, Fælix Pomorski Archidiaconus Pszczewen: cum fratre germano Stanislao Gninski Executores ex testamento posuerunt.

Venerabilis Nicolaus Baginski Canonicus Posnanien: cuius ossa hic requiescunt. Obijt 16. April: Anno Dñi 1611. Oretur pro eo.

Reuerendus Dominus Sebastianus Branicki Episcopus Posnanien: mortuus die 6. Maij. Anno M. D. XIV. ætatis suæ anno LX. hic sepultus iacet.

Cineri & memoriæ
SACRVM.

IACOBI

IACOBI PRADZEWSKI

Gnesnen: Posnanien: Lecicien. & Louicienſi Canonico.

Qui antiquo ac nobili ortus genere; & eximia quadam ingenij indole præditus, magnis & aſsiduis induſtriæ virtutiſq; documentis, & multis in Reipub: publicis muneribus, prudenter & gloriosè perfunctus, præclarè ac laudabiliter vitæ curſu confecto, cum teſtificatione pietatis Chriſtianæ ſacramentis omnibus munitus, laborem quiete, terram cœlo, mortalitatem immortalitate mutauit, & ad eum quem ſpirabat, vnum quo fidebat, vno è tenebris ac vinculis corporis, in lucem libertatemq; euolauit, Mortuus 26. Ianuarij Anno 1600. ætatis ſuæ XLIV. executores teſtamenti mœrentes mœrenti poſuerunt.

REVERENDI ALBERTI SAMOTVLII

Ad B. V. Mariæ Canonici

Eccleſiæ huius Cathedralis Præcentoris,

Qui annis 4. ſupra 20. cum ſolicitè ac feruenter deuotione, cantu, & voce, valetudinis etiam ſuæ in Dei honorem prodigus deſeruiſſet, totum quod habuit, hic phtiſi conſumptus die 1. Aprilis Anno Domini M.DC. XLV. peculium reddens Eccleſiæ, ac ſuo relinquens ſucceſſori ſubſidium, cui incæptum hoc ab ipſo opus.

Executores Teſtamenti perficiendum curauere.

Lector da bona defuncto verba,
Et æternam precare ſalutem.

REVERENDO DOMINO IOANNI DZIEKCZYNSKI.

Sacræ Theologiæ Doctori,

Canonico & Officiali pluribus annis Poſnaniæ.

Viro morum ac vitæ integritate conſpicuo, in rebus gerendis dexteritate ſingulari, in pauperes pio & liberali, qui poſt labores multos, in hac Eccleſia Cathedrali laudabiliter exantlatos, vitæ ſuæ curſu fæliciter abſoluto, ad cœleſtem quietem tranſijt. Anno Dñi M. DC. X. die xviii. Iulij ætatis vero ſuæ circiter 60. Executores teſtamenti amoris & officij ergo poſuerunt.

REVERENDVS DOMINVS IOANNES POWODOWSKI Eccleſiæ huius Præpoſitus, Canonicus Gneznenſis, Secretarius Regius, Catholicæ religionis amator & Iurium Eccleſiaſticorum propugnator acerrimus, doctrina, prudentia, & rerum vſu maturus, benignitate in egenos, & hoſpitalitate clarus, cum Eccleſiæ, Reiq; publicæ ſæpè ſuam publice & priuatim egregie nauaſſet operam adminiſtrationemq; Gneznen: & Poſnanien: Eccleſiarum ſede vacante, cum laude obijſſet, tandem in

Varſauien-

Varſanienſibus Comitijs à Metropolitana Eccleſia miſſus, febrili catarro piè & placide extinguitur die VIII. Februarij Anno Domini 1585. Cui in hoc Sacello quod viuens adornauerat Reuerendus Dominus frater iunior Archipræsbiter Cracouienſis & Gneznen: Poſnanienſiſq; Canonicus, cum alijs ſucceſſoribus hoc amoris monumentum mœſtiſsimi poſuerunt.

Quis te tam ſubito rapuit vir maxime caſus
Cur mundum linquis, deſeris atq; tuos
Fors maiora Deus ſupera tibi in arce parauit
Felices ducis nunc ſine fine dies
Te non immerito deſlent iuueneſq; ſeneſq;
Et quibus eſt cordi gloria vera Dei
Quam tu queis poteras firmaſti ſemper vbiq;
Intrepidus quamuis hæreſis obſtreperet
Ergo cœlitibus Chriſto ſuper æthera iunctus
Maxima pro meritis præmia iure refers.

HIERONIMVS POWODOWSKI

Gneſnenſis & Poſnanienſis Canonicus.
Cracouien. ad S. Mariam Archipræsbiter.

Si forte extrema fata hic eum inuenerint, hoc monumentum tanquam mortis ſpeculum, ipſe viuens ſibi præparauit Anno Domini, M. D. LXXXVI.

GENEROSVS DOMINVS LAVRENTIVS POWODOWSKI

Nobiliſſime natus.

Ciuiliorem educationem, & conuerſationem aulicam, timore Dei à teneris imbibito, moderatus, Deo & hominibus charus extitit, ambobus eius fratribus honeſtè & ſine prole extinctis, ipſe à propoſito vitæ Clericalis reuocatus, ſæcularis vixit, propemodum religioſè. Charitate, deuotione, doctrina, prudentia, conſilio, dexteritate, cæteriſq; virtutibus inſigniter præditus, ſex liberis ex coniuge ſuſceptis, huic vitæ redditis, ipſe ad illam æternam immortalitatem, cui feruenter anhelabat, pia & placida morte tranſlatus, occubuit, poſt obitum anno integro pijs ac fatidicis apparitionibus admirabilis. Anno Domini, 1543. die 26. April.

Gñoſa D. VRSVLA à KAMIONA POWODOWSKA generis nobilitate non ſecunda, pietatem inſignem partim innatam, partim religioſam mariti conſuetudine per annos 14. comparatam, ex inde 35. annos vidua excelluit

celluit castitate, humilitate, mansuetudine, patientia, misericordia, alijsque Catholicæ pietatis virtutibus adiunctis, ad eandem vitæ normam, prolem adhuc tenellam educatam, integram ad eum, quem ad viuum depictum cernis, ætatis ac status florem perduxit, ternam illius generationem conspicata. Demum circa hanc Ecclesiam, cum reliquum vitæ, Dei cultui addixisset, in æstu febrili mortem suam & aliorum præsciens, non tam ætatis vel morbi impetu, quam cœlesti desiderio pie obdormiuit, die 9. Martij Anno Domini, 1518. Reuerendus Dominus Ioannes Præpositus & Hieronimus Canonicus istius Ecclesiæ, pijs & bene meritis parentibus, ossibus eorum huc translatis, ad Dei Omnipotentis gloriam, & piorum, pro illis suffragia excitanda posuere. Anno Domini, clo. lo. LXXXI.

Adm. Rñdo D. NICOLAO ZIEMECKI, Ecclesiæ huius Posnanien: Scholastico, vitæ integritate, morumq; suauitate, laudabili ingenio, doctrina, eruditione insigni, rerum gerendarum dexteritate eximia fatorum inuidia, anno circiter 38. magno sui desiderio apud omnes, præcipuè viros primarios relicto, è viuis sublato. Venerabile Capitulum huius Ecclesiæ, iuxta statutorum dispositionem, confratri suo hoc perpetui amoris & recordationis pignus, poni curauit. Mortuus hydropisi, anno salutis humanæ M. DC. VIII. die 18. Martij. Oretur pro eo.

Admodum Reuerendus Dominus Martinus Motęski S. Theologiæ Doctor & Canonicus Posnanien: Concionatorq; ordinarius appositus parenti suo hic requiescit. Anno ætatis suæ 76. Dñi verò 1641. die 1. April. obijt.

REVERENDO DOMINO FRANCISCO WYSOCKI
Cantori, Canonico, Vicario in Spiritualibus Officijs Posnanien:
Generali.
Viro optimo atq; integerrimo,
Is ab ambitione alienus Collegiumhuius Cathedræ nactus, eximia probitatis ac religionis exempla edidit, quapropter etiam omnibus charus, magnæ fuit venerationis, dum Sacram stipem erogaret aura pestilenti quæ tum vigebat afflatus, ad Superos migrauit die 17. Septembr. Anno D. M. D. LXVIII. ætatis LXXII.
Christophorus Mielinski Testamenti curator auunculo dulcissimo mœrens posuit.

GASPARO SERDEL Medico, Ciui Posnā: viro in Deū & Patriā pio ac

pio ac religioso, in egenos benefico, omnibus ob singularem virtutem, prudentiam, modestiam, dexteritatem charo, marito suo desideratissimo, Heduigis Witowna coniunx mœsta, sibi suisque posteris Anno Domini, M. D. IC. VII. posuit. Obijt Anno Dñi, M. D. ICII. IV. Kalend: Nouembr.

PETRVS SZCHEDEL Ciuis & Senator Posnan: auitæ Catholicæq; religionis, vir amantissimus, cum suis suæq; honestissimæ vxoris, tum & liberorum suorum cineribus, viuens adhuc & incolumis hoc monumentum, vna cum sepulchro pietatis ergo posuit. Anno Domini, 1584.

Epitaphium Nobilis ac Spectabilis viri Hieronimi Brzesnicki de genere ac familia Srzeniawa Proconsulis Posnanien: cum sua progenie ac vxoribus hic iacentis, Qui obijt die 29. Martij Anno ab Incarnatione Christi 1563. Deus Omnipotens per suam immensam misericordiam sit illis clemens ac propitius. AMEN.

Generoso Domino IOANNI PIOTROWSKI viro Catholicæ Romanæ Ecclesiæ addictissimo, rara pietate erga Deum & Christianis virtutibus prædito, Officio Notarij Terrestris Posnanien: terræ, summa cum fide ac laude functo, tandem anno Domini, 1591. 20. Decembris, cum annos ætatis suæ 73. exegisset, mortuo mœstissima vxor posuit.

PIIS MANIBVS.
Qui coluisti viuentem.
Assiste, succurre, parenta.
Et quisquis es.
Vel priscæ amicitiæ, vel sanguinis adstrictus nexu
INTVERE.
Nobilis ac Gñosi Dñi Lucæ de Cielcze Cielecki adumbratam vmbram.
SED.
Videsne hanc, an viuidam post cineres virtutem,
Vmbram quippe personæ, sed claræ stirpis perpetuum solem.
RIMARE.

RIMARE.

Hic è vetusta clarissimorum de Zareba Procerum
Prosapia, & candidus vernantium eiusdem geueris
Horum flos.

QVORVM

Toga & sagum perennia in Repub: decora
Gentilitia generosi pectoris, & Leonina insignia
Virtus & consilium stabilitæ fuere bases

POST.

Exactam in negotio maturi cursus ætatem,
Expolitam Politici, ac doctrinæ rudimentis iuuentam,
Religionem Catholicam pio ritu apprimè cultam,
Mores antiquos & veteranum candorem insertum,
Virtutum ac rectitudinis specimina expressa,
Sacrosanctum Matrimonij thorum bonis Auibus peractum.
Erga Deum, Patriam, Amicos optimè meritus,
Quiescit in puluere.

Et sic mundi lubrica fides, dum blanditur mentitur.
Obijt die 14. Augusti, ætatis suæ 62. Anno 1649.

D. T. O. M.

Siste gradum subsecutura Posteritas,
Et tu pertransiens Viator,
Memorare & mirare.
Hic situs est nobilis Polonorum sanguis, imò & decus,
Magnificus ac Generosus Dñus Iacobus de Zwonowo Rogalinski,
H I C
Acceptam à Maioribus generis Nobilitatem,
Ea optimè vsus, cum fœnore Patriæ restituit.
Primum teneræ ætatis florem,
Vt flagraret amœniùs,
In Parnassum transtulit.
Vbi in sinu Musarum planè liberaliter educatus est,
Sed non otiosus Patriæ Ciuis fuit,
Ab Apolline ad Martem se transtulit,
Nec pœnitendo successu

Vbique pro Patria pectus ſuum opponere non dedignatus eſt,
Sæpiùs pro ea dimicauit.
Sed inuidiſtis nobis tantum virum Superi,
Nam auara bonorum mortalitas,
Vt eum immortalem redderet, ſuſtulit.
Anno Domini, 1647. die 14. Nouemb.
Æternum alibi victurus, hic tranſactis 67. annis obijt.
Mortuus te quiſquis es Hoſpes docuit,
Quidquid in orbe optimum, ne ſperes diuturnum.
In pignus ergò amoris mœſtiſſima Coniunx
Anna de Konary Rogalinska dicauit.

D. M. S.

Magnificus ac Generoſus Dominus Albertus Sczoniecki,
Olim Generoſorum Abrahæ de Bukowiec Sczoniecki,
Et Catharinæ Zakrzewſka Parentum,
Orthodoxus filius,
Ab ipſo vitæ & rationis exordio
Non ſolùm in Palæſtra ac Magnatum Aulis, politioni, humanitati, verùm etiam extremum ad vſque viuendi habitum omni Chriſtianæ virtuti apprime deditus, tandem perfectè contritus, à SS. Sacramentis munitus, ſuæ mortalitatis coronidem poſuit 21. Martij, Anno D. 1647.

D. O. M.

Pijs Manibus æternæ memoriæ digniſſimo Heroi,
Magnifico Domino
ANDREÆ De Mokronow BRACZKOWSKI,
Qui
Vetuſtate Familiæ Auorum, Proauorum clarus, virtute clariſsimus, dum ſumma ſinceritate Amicis, multa Deo tot annis ſeruiuiſſet humilitate, in eo erga Diuos obijt cultu, in quali tam nobilem, tam clarum, tam ſanctum decuit virum.
Hic
Humanæ ac Chriſtianæ vitæ commutatum habes exemplar, nam Chriſtianæ miſcuit humanam.
ΕΗΕΥ
Tot ſæculis dignus, breui humano cumulatur termino.
Obijt anno ætatis ſuæ 57. Anno Domini, 1648. die 28. Decemb.

PIIS

PIIS MANIBVS.

Si deploras mortuum, Iuste,
Si insultas iacenti, Caue.
Si stupescis mutus commune malum,
Hodie mihi, cras tibi.

Quisquis is, es mortalis, intuere Stephanum à Grudna, Sigismundi, Vladislai, Ioannis Casimiri, magnanimum Aulicum, Zolkieuij, Chodkieuicij, Koniecpolij Ducum, strenuum militem, Valachici, Chotimensis, Prussici bellorum, generosum Centurionem. Insolens ille vastator Regni Mansfeldus acrem hostis testatur profligatorem. En Reges seruus fidelis, Duces bellicosus miles secutus.

Nunc

Luget verum Patria filium, plorat fortem Bellona virum, dolet sincerum Nobilitas fratrem, plangit clarum tota Domus Grzymalkiana decus, vouent munificum Deo Religiosi Benefactorem, deflent vnanimem paupers protectorem, gemit Coniunx, continuis defessa eiulatibus? dilecto Marito spoliata, copiosas effundit lachrymas, charo orbata proles Parente.

Heu miserum.

Quid virum potentia? quid fama ferro empta? quid Sanguinis claritas? à Reginæ mortis vnguibus eripiunt? præcidit feralis hæc Megæra cruenta falce, & rapit, & tabidis tradit vermibus corrodendum.

Huic

Anna de Koscielec mœsta Coniunx extremum ponit Vale.
Obijt plenus dierum ætatis suæ 74. Anno Reparatæ Salutis, 1650.
Die 17. Nouembris.

D. T. O. M.

SPECTATOR
Quisquis es,
Sta.

Statumque rerum humanarum considera.
Totus hic præter cœlum & cœnum habet nihil,
NICOLAVS DE SOBOTA SOBOCKI,
Vir Equestris Ordinis ac dignitatis,

Gentis Nałęcz, tali compage vinctus: Quare cœlum cœlo, cœnum cœno, à quibus hæc ipsa accepit, reddidit, homo namque fuit ex animo compositus & corpore, animus cœlum est, quia è cœlo tractus, & cœlum propria sedes eius.

Corpus cœnum est, quia ad terram (quæ cœnum) redit,
Ita iam & suus Pater Ioannes Sobocki,
Ita iam & sua Mater Gertrudis Kościelecka,
Castellani Inowładislauiensis filia,
Ita iam & suus filius Ioannes,
Ita iam & alter filius Franciscus,
Quos præter liberos cum sua vxore suauissima suscepit nullos,
Plures dedisset Patriæ (quem ita Superi ament, vt ille hanc)
Nisi eum mors immatura mortalium ab oculis suis sustulisset,
Neque tamen mortem immaturam, velim accuset quispiam,
Rapuit enim naturam seu potiùs accepit,
Maturitas virtutis, vitæque probæ transactæ, celerior est, quàm ætatis,
Moritur Anno Domini, 1640. die 4. Decemb.
Ætatis suæ 28. cui vxor mœsta hoc appendit Vexillum,
Vices humanas dole quisquis es,
His omnes posteri sumus obiecti.
Et disce,
Morbus senum, mors iuuenum ceruices flectit.

D. O. M. H.
SPECTA HOSPES,
Monumentum hoc quod vides,
Fati & naturæ vniuersi Ordinis signum est.
Mœsti Parentes
Iuuenis, quem vnicum habuerunt, exuuias filij
Huic tradunt Sarcophago.
IOANNES DE GRZYMVŁTOWICE GRZYMVŁTOWSKI,
Clarissimorum Regni huius Senatorum Pronepos & Nepos,
Intra spem
Altissimarum, quas virtus & fors nascendi parabat,
Dignitatum.
Præcoci oppressus fato,
Altissima Poli subit subsilia.
Hinc disce Viator,
Possibile iuuenem mori cito.
E T
Alexandri ex tumulo hoc nudi, quem Deus amat,

Moritur

Moritur iuuenis.

Obijt enim

Ætatis ſuæ 22. Salutis verò noſtræ Anno Domini, 1652. die 28. Auguſti. Albrachtus de Grzymultowice, & Marianna de Strzelce, Grzymultowſcij non ſine lachrymis Parentes filio poſuere.

D. O. M.

Piiſque Manibus,

Generoſi D. LAVRENTII de Kierz KIERSKI,

Generoſi olim Staniſlai Kierſki, & Generoſæ Annæ Brodnicka filij,

monumentum hoc inſpice Viator.

Hic

Cùm Orthodoxæ fidei cultor propugnatorq; Religionis eiuſdē extitiſſet,

Vitam hanc vltima terminauit periodo.

Cuius

— Præclara facinora, tibi ſola mors deſcribere poteſt, —

Vixit.

Patriæ decus, Familiæ ſolatium, Reipub. ornamentum, cunctis denique dilucidam facem extinctam vide & aduerte,

Extitit.

Vir antiquæ Familiæ,

Benè de Deo, Rege, & Patria meritus.

Cui

Hoc præclarum monumentum, Coniunx Generoſa Marianna de Wloſzynowo Kierska, in ſignum amoris fieri curauit. Vixit annis 42. obijt 8. Nouemb. Anno Salutis, 1646.

D. O. M.

VLADISLAVM à GRVDNA GRVDZIENSKI.

Sublimi ortum progenie

Fides, amor, religio, pietas.

In Deum,

Parentes,

Et Patriam.

Magnanimitas, prudentia, dexteritas.

In toga

In toga & ſago.
Comitas, humanitas, liberalitas,
In omnes.
Immaturum, maturum effecere.
Deo & mortalibus.
Si ſtrenuum noſti heroem
Noſti virtutes
Si non, ſpecta
Inquire, attende
Vt ſcias viuere & diſcas mori,
Summo cum omnium luctu obijt
Die 19. Menſis Auguſti ætatis ſuæ 42.
Anno Domini, 1651.
Generoſa Potentianna Grudzinſka
Intimo amico hanc lugubrem extrui curauit piramidem.

PIIS MANIBVS.
GENEROSI DOMINI STANISLAI KOMOROWSKI.
Qui
Religione Catholicus, genere nulli ſecundus.
Virtute inter primos, Reipub: tenax ſuæ.
Liberalis, coniugi fide, charitate liberis,
Omnibus notus bona fama.
Ad Bereſteczkum contra Coſacos,
Expeditione audax.
Et ſui Territorij Tribunus.
Vicini humanum, hoſpites liberalem,
Egeni munificum, ſubditi largum,
Pij omnes parentem ſenſerunt.
Eius amori, mœrori ſuo relicta coniunx
Gñoſa de Boſtrembowo Sophia Komorowſka
POSVIT.
Vixit optimè annis ſuis 46.
Mortuus ſanctiſſimè Chriſti 1652. 18. Septembr.

OSSI-

OSSIBVS ET MEMORIÆ

Gñoſi olim MARTINI SKRZETVSKI ac Annæ Raſtkowna.
De domo Malczewiorum parentum deſideratiſsimorum.

Quos, ob præſtantem in omni virtutis genere animum, in Deum religionem, ac integram, tàm in priuatis contractibus, quàm publicis negotijs luſtitiam, imitari magis quam laudare licet, filij hoc monumentum, pro vitæ pietatis munere, cum lachrimis poſuerunt. Conceſsit naturæ. Anno Domini, M. D LXXVII. die xviii. Decembr. ætatis ſuæ LX. Occubuit vero fato proch diro peſtis malo, Anno M.D.LXVIII. in Prædio Czapury Sepulta in Eccleſia Gluſzyna.

Vixi quod volui ſemper bona quærens honeſtè
Fraudaui nullum, quod iuuat oſſa mea.

Venerabilis viri à Volſtin, huius Eccleſiæ Præpoſiti, & inſignis Concionatoris memoria, qui populum ſibi commiſſum, annis 22. verbo & exemplo, voce ſonora diligenter docebat, ex hoc ſæculo deceſſit Anno Domini, 1511. feria 4. die 11. Iulij. ætatis vero ſuæ LXXIV. Cuius anima requieſcat in S. pace.

Epitaphium

DOMINI GEORGII LINDENERI

Ciuis Senatorij huius Vrbis
Qui humanis exceſſit. Anno 1530. die 16. Martij.

QVi nocuit nulli, qui profuit omnibus æquè
Et bonus, & conſtans, & pietatis amans
Quem toga veſtiuit, cui ſuada dedit bona linguæ
Qui multa & clara prole beatus erat
Dilectus cunctis cum bis ſex luſtra videret
Fatali venit, qua ratione redit.
Vir tantus parua iacet hac collectus in vrna
Qui niſi iam coleret, ſidera flendus erat.

Nobilis ac honoratus Vir
LAVRENTIVS DAMBROWSKI GERSMANOWICZ.
A Pleſzew
Ciuis & Scabinus Poſnanienſis,

Ad laudem inprimis Dei Optimi Maximi, deinde vero ornamentum huius Eccleſiæ, memoria repetens beneficia in ſe à Maioribus profecta parentibus chariſsimis, Gaſparo Dabrowſki Gerſman cognomento, Ad-

uocato

uocato Pleſzewienſi, in propugnationeq́; arcis Smolenſcenſis, contra vim & Imperium Moſchorum, vna cum Siedlecki, Sereniſsimi Alexandri olim Regis Poloniæ Aulico, Capitaneoq́; Coninenſi, auunculo ſuo, præclara cum virtutis ſuæ teſtificatione nominiſq́; ac honoris amplificatione verſato, vxoriq́; illius Annæ Kęlicka ex Diſtrictu Caliſsien: oriundis, nec non Nicolao Rozman, cum liberis Friderici Smalecz, filioq́; eiuſdem nominis, Viris & filiabus de Eccleſia quam Sacellorum, & altarium erectionibus ac donationibus munierunt, & de Repub: Poſnanien: tàm in priuatis, quàm in Conſularibus officijs, ac muneribus optime meritis, ſibi ad extremum eiſdem in locis diu verſato, coniugiq́; amantiſsimæ, virorum honoratorum ſupra nominatorum nepti, & liberis ſuis, & poſteris memoriæ & amoris ergo, hoc monumentum ruinoſum, denuo erigi extruiq́; cum epitaphio curauit, die xxv. Auguſti. Anno ætatis ſuæ 49. à recuperatione vero & reſtauratione ſalutis humanæ 1580.

Spectabili IOANNI PATRVO Ciui & Bibliopolæ Poſnã: viro religionis Catholicæ ſtudioſiſsimo, pietatis ac probitatis amanti, cultus Diuini propugnandi, zelatori egregio, qui poſt multa in Deum, homines, & pia loca, merita, ex hac vita deceſsit, die 19. Aprilis, Anno Domini, M. D. LXXXIII. Coniunx ſua Catharina ex familia Bodenſtein vt virtutum ita auitæ religionis tenaciſsima, hoc monumentum Epitaphicum, ſuiſq́; liberis poſuit ac fieri curauit.

VALENTINVS RESKA à STARAGARDIA
Iuris Vtriuſq́; & Medicinæ Doctor.

Vir ingenio, eruditione, grauitate inter ſui ordinis homines facile Princeps, de Ciuibus, & Repub: huius Vrbis optime meritus, cui cum prudentia & conſilio circiter 23. annos, comiter præfuiſſet, forum iuſtitia & æquitate ornauit, & cum ſumma laude, honore, gloria, vitæ ſuæ 96. anno, Menſes 3. diebus 12. exegiſſet, obdormiuit in Domino. Valentinus Reska Artium & Medicinæ Doctor, filius amoris & pietatis ergo, mœſtus more, lætus gloria paterna, hæc fieri fecit. Obijt Anno Domini, 1557. die 15. Menſis Martij.

SPECTABILIS CHRISTOPHORVS ZALESKI.

Vir Conſularis, viuens mortis memor, impenſis proprijs, hoc monumentum poſteris, memoriæ, ſibi, & Pijs Manibus, Nobilis olim Staniſlai Brzeznicki, nec non pudicæ Barbaræ Patruſownæ vxoris ſuæ Barbaræ defunctæ parentibus poſuit.
Anno Domini, M. DC. XXIII.

Illuſtris

Illustris & Magnifica Domina D. Barbara de Kurozwanki ex clarissima familia orta, coniunx charissima olim Illustris ac Magnifici Domini D. Andreæ Comitis à Gorka Castellani Posnanienſis & Maioris Poloniæ Capitanei Generalis, multis præclaris virtutibus ornata, posteaquam Marito suo filios 4. & filias 2. progenuisset, ex hac luce ad æthera euocatur Anno M. D. XLV. die 26. Augusti.

Illustris ac Reeuerendus D. LVCAS COMES à GORKA primo Castellanus, tandem Palatinus Posnanien: & Capitaneus Maioris Poloniæ Generalis, postea EPISCOPVS VLADISLAVIENSIS factus, Senator insignis & de patria bene meritus. Obijt Szamotulij. Anno M. D. XLII. IX. Octobris.

Illustris & Reuerendiss: D. D. VRIEL COMES à GORKA EPISCOPVS POSNANIENSIS, vir pius & multarum Ecclesiarum fundator & locupletator, Senatorq; clarus & de familia sua bene meritus. Obijt Anno Dñi, 1498. die 24. Ianuarij.

Illustriss: ac Magnificus Dñus D. Andreas II. Comes de Gorka CASTELLANVS MIEDZIRECEN: Gnesnen: Valecen: Nouoren: Capitaneus, gratus existens beneficiorum parentũ suorum quibus rem domesticam eius auxerunt, amoreq́ue innato erga illos motus, hanc eis memoriam extruxit. A. D. 1514. Mense Maio die 20

Illustriss: & Reuerendiss: Domino ADAMO KONARSKI de Kobylno Gente Habdanco, POSNAN: EPISCOPO, Senatori optimo, Reip: amantissimo, pio, probo, constanti, integro, docto, mansueto, alijsq́ue virtutibus apprimè exculto, varijs ac difficillimis Regni Legationibus apud Monarchas & Principes Europæos summa cum laude functo, celeberrimoque Iuristarum Contubernio Posnaniæ exstructo ac dotato. Deniq́; accersendi & deducendi Regis Henrici inter Collegas Principem locum sortito. Clarissimo tandem Patriæ periclitanti & religioni nutanti in Comitijs Varsauiensibus, opem ferre acceleranti, in itinere Febri acuta Ciązynij Calen: Decembr: Anno Domini, M. D. LXXIV. Episcopatus sui 13. extincto.

Capitulum Antistiti suo, ex præscripto Codicillorum mœrens posuit.

Parua hæc vrna Viator Magnum Maioris Poloniæ Heroem claudit. DOBROGOSTIVM SAMOTVLIVM TOMISLAI FILIVM. Cognomento & statura Paruum, Castellanum Posnanien: Gente Nałęczyum

czium raro & amæno ingenio virum: & in quo nulla ciuilis bellicæq; virtutis ornamenta defuerunt. Hic sub tribus Poloniæ Regibus, Vladislao Loctico, Casimiro Magno, Vladislao Iagellone, omnibus quotquot euenerunt Expeditionibus interfuit: & ad ipsos exactæ ætatis terminos magnâ cum curâ & gloria Legionibus præfuit, reportatis toties de hoste diuerso, tum vel maxime Marchione Brandeburg: Pomeranis, Cruciferisque triumphis. Bene vale, quisquis es, vbi similes Patriæ Heroas precatus fueris.

VINCENTIVS SAMOTVLIVS
Castellanus Medirecensis.

Sæpius cum Moschis, Lituanis, Cruciferis, Turcis, Valachis, Scythis, amplissimis possessionibus, quas Magni Iagellones contu erant, inter Ciues Patriæ & Sarmatiæ præeminebat Illustris. Quibus, vt aduenticijs, in limine fati spoliatus, mea tantummodo mecum porto, reliquorum fama vix remanet. Tu quisquis es, qui hæc capis, si pius es,

Deum precare.

EIDEM.

Vincentius de Samotuły, Dux Exercituum ad Opoczko, Gubernator Russiæ, Præfectus Vissegradensis. à Swidrigelo Nesuisiensem Ducem Theodoretum liberauit. In acie ad Varnam cum Vladislao Iagellonide vitam posuit.

Vincere Samotuli Turcas Fortuna negauit,
Dura tibi, laudem non tamen abstulerat.

OSTROGIENSIA.

IOANNI CAROLO CHODKIEVICIO S.

Refusus cinis sepulchro, cum fænore insepultæ gloriæ, à Ioanne Carolo Chodkiewicz, Palatino Vilnensi, Magni Ducatus Lituaniæ, & expeditionis Valachicæ ad Chocimum contra Osmanum Turcarum Tyrannum, Supremo Duce. Cuius animus ad immortalem patriæ hæreditatem vocatus, quod commodato sumpserat, regessit telluri. Gloriam illi, fides, pietas, in Deum & Patriam procreauit, doctrina & militaris scientia nutriuit.

nutriuit Nobilitas, Magnanimitas, Fortitudo, Æquitas educauit. Virtutes militares ornarunt, Imperatorium Ius illustrauit, Bella & Victoriæ Liuonicæ Moschouiticæ, Valachicæ confirmarunt, mors pro Patria gloriosè cumulauit. Vixit annos ætatis, mortuus ad Chocimum, Anno Imperij Seruatoris, M. DC. XXI. Gregorio XV. Pont: Max. Cæsare Ferdinando II. Sigismundo III. Rege Poloniæ, sanctè & feliciter regnantibus.

Eiusdem Monumenti Dedicatio.

Pietas Manibus Pijs IOANNIS CAROLI CHODKIEWICZ dedicauit, Legibus ijs, Q. I. S. S.

Animæ immortalis Caroli; quando tibi hodie hunc tumulum Pietas dabit dedicabitque, si quis flores spargere, Vere perpetuo ornare, sartum tectúque conseruare vellet! quod beneficij causa fiat, ius fasque esto.

Si quis Deo bono animi tui Sacrum faxit, si quis voto precéque supplex opitulans mortuo, idcircò probe factum esto.

Cæteræ Leges huic Tumulo Tituliſque eædem sunto, quæ sunt sepulchris Christianorum, & Pontifici Romano in Vaticano.

Hisce legibus, hisq; Religionibus, sic vti dixi, hũc Tibi Tumulũ à Gẽte Paterna, Materna, doq; dedicoq; vti tibi Numen æternũ sit volens propitiũ.

Eiusdem Memoria S.

IOANNES CAROLVS CHODKIEWICZ, prima iuuenta in literis acta, sub Magno IOANNE ZAMOSCIO, contra Michaelem vtriusque Valachiæ Tyrannum primum Tyro militat, Carolum deinde Sudermanum vincit, Arces amissas recuperat, noua subiugat, seditiones Ciuium & militum sedat, hostium copias occisione occidit. Omnium ferè bellorum in illa regione victor, totam Liuoniam ab Imperio Suecorum liberat; in bello Moschouitico in arcendis & inferendis prælijs felicissimus. Belli sic pacisque artibus optimè instructus, & Supremi Ducis & Palatinatus Vilnensis munere oblato probè defungitur; contra Turcã tandem, hostem potentissimum, totius ferè Orbis Tyrannum, Dux vtriusque exercitus creatur, vbi dum ipsam sibi fortunam subiugat, Osmani Bizantij Imperatoris, cum portentosissima, & nunquam hactenus visa Turcarum manu, ad Chocimum in persona propria comparentis, impetus frequentes & validos acerrimè & felicissimè reprimit, præliorum felicium fatur, Anno Christi, 1621. 24. Septemb. Moritur Chocimi, inter secundam & tertiam pomeridianam horam, superstes in ore Poloniæ, auribusque omnium Nationum victurus. Corpus eius Chotimo Cameneciam, Camenecia post Ostrogium est deductum, atque ibi, 14. post obitum Mense, à mœstissima Coniuge Anna, Ducissa ab Ostrog, Alexandri Palatini Wolhyniæ, & Annæ à Stemberg Kostczanka filia, pomposè est humatum.

CAROLVS CHODKIEWICZ,
Palatinus Vilnenſis.

Vir in vita acer, iuſti tenax, Senator grauiſſimus, integerrimus, bonorum deliciæ, malorum terror, bellis gerendis adeò illuſtris, vt raro exemplo, periculoſiſſimis temporibus, Poloniæ & Lithuaniæ Exercituum Summus Dux eſſet, dum publicæ expeditioni ſub Sigiſmundo III. Poloniæ & Sueciæ Rege Inuictiſſimo, contra Oſmanum Turcarum Imperatorem, qui præſens numeroſiſſimo exercitui interfuit, præeſt, in ipſo pugnæ procinctu in Caſtris ad Chocimum mortem obijt, etiam poſt mortem victor. Hic ſitus eſt, Iudicium & miſericordiam Dei expectans.

Eidem.

CAROLVS CHODKIEWICZ,
Generalis Exercituum Regni Poloniæ,

Duce IOANNE ZAMOSCIO bella primum ingreſſus, in Moldauia contra Michaelem Tranſyluaniæ Tyrannum, militarem animum Patriæ probauit. Liuoniam à Caroli Sudermani vi armis defenſans, Orlekikonhauſum, Kieſiam, Rigam, Derptam, Dunemantum, Wolkmariam, Parnauiam, à Sudermano oppugnatas, occupatas cum alijs plurimis Arcibus recepit. Lindarum, Manſueldum copiarum Sudermani Duces, terra mariſque ſtrauit: victorijs ad petendam pacem Sudermanum adduxit. Belli Moſchouitici magna pars, Senator Magnus, vtriuſque Gentis Polonæ & Lithuanæ, contra Turcam ad Chocimum Dux à Repub. miſſus, Patriæ toto vitæ curriculo inſeruiens, in Caſtris mortuus, Anno Domini, 1621.

ZOLKIEVIANA.

In ſublimi colle Sphærice aggeſto, Zolkieuianæ memoriæ pro Patria & fide occumbenti in Valachia, trans Tyram Coloſſus hæc habet.

DEO TRINO, & VNI.

HOSPES,

Si Chriſtianus huc accedis.

Pro Chriſti Fide interempto vota ne denega.

Si Pa-

Si Paganus venis, lapidi ne inuideas locum:

Quisquis ades,

Quàm dulce & decorum sit pro Patria mori, ex me disce.

STANISLAVS IN ZOŁKIEW ZOŁKIEWSKI,

Regni Poloniæ Cancellarius, & Exercituum Dux Supremus.

Barensis, Camionecensis, Iaworouiensis

Capitaneus.

Post reportatas de Cosacis Rebellibus, ac de Tartaris victorias, post actos subiugata Moschouia triumphos, Reqúepublica Polona, qua pace, qua bello præclarè gubernata, tum fortiter cum Tartaris dimicando, hic occubui, vos meo sanguine conspersi campi Cecorienses, debitæ meæ in Deum & Patriam pietatis, fideles perennis memoriæ estote testes.

Anno Domini, M. DC. XX. Octob. 6.

Eidem.

D. O. M.

STANISLAVS IN ZOŁKIEW ZOŁKIEWSKI,

Regni Poloniæ Cancellarius, & Exercituum Dux Supremus.

Barensis, Iaworouiensis, &c.

Capitaneus.

Cosacis Rebellibus debellatis, Tartaris ad Vdyczam profligatis, Moschorum Tyranno capto, & eorum Monarchia domita, cùm Victor ac Triumphator Orbi terrarum claresceret, ne & in cœlis triumphali pompa, & victrici corona careret, in Moldauia ad Tyram cum Tartaris fortiter dimicando, pro Fide Christi & Patria sacra victima occubuit, Anno Reparatæ Salutis, M. DC. XX. Octob. 6. ætatis suæ LXX. Truncus eius, publico luctu, domesticis Penatibus illatus est, Caput Bizantij Barbarorum insolentiæ expositum, magnaque postea mœstissimæ Coniugis curâ inde reportatum, in hoc teguntur tumulo.

Tibi Hostis ad terrorem,

Tibi Hospes ad exemplum.

D. O. M.

IOANNES ZOŁKIEWSKI,

Hrubieszouien. Iaworouien. Kałussien.

Capitaneus.

Magni Patris ad magna natus filius vnicus.

Virtutis

Virtutis ac gloriæ eius, vbiqúe dum per ætatem licuit Comes, & in eo prælio, quo Pater ad Cecoram occubuit, à Tartaris captus, ac poſtliminio reuerſus, (fortuna in rebus humanis ludente) inter ipſas Patriæ & eius ſpes, ab votis oculiſque omnium præpropero fato ereptus, ætatis ſuæ florem, in eam quæ nunquam marceſcit, cœleſtem gloriam, magno lucro commutauit, Anno Domini, 1623. April. 26. ætatis ſuæ 28. Quos mors ſeparauerat, idem nunc Patrem & filium tegit lapis, hunc lachrymis conſperſum vnica filia, Sophia Coniunx Ioannis Danielowicz, Palat. Ruſsiæ, tanquam perpetuæ ſuæ in Patrem pietatis, & in Fratrem amoris, æternoque dolori dicatum, Monumentum mœſta poſuit.

D. O. M.

REGINA DE FVLSZTIN HERBVŁTOVIA.

Staniſlai Zolkiewski Regni Polon: Cancell: & Exercituũ Ducis Coniunx. Inſigni pietate Deo & hominibus conſpicua, ſecundæ Mariti fortunæ, & domeſticarum poſtea calamitatum ſuperſtes, in proſperis animi moderatione, in aduerſis fortitudine ſexum ſuperans, Magna vbiqúe Heroina, relictis poſteritati Matronalium virtutum præclaris exemplis, ſpiritum vnde acceperat reddidit, Anno Domini. 1626. die 6. Nouembr. Ætatis ſuæ 60. Corpus in his ſacris Ædibus, quarum (vt vides Hoſpes) ſplendorem, curâ & ſumptu ſuo plurimum auxit. Vnica illius Filia Hæres Sophia in Zolkiew Danielowiczowa, Terrarum Ruſsiæ Palatina, magno luctu, & debita in parentem pietate condidit.

D. O. M.

ZOPHIA IN ZOŁKIEW.

Magni Cancellari Exercituumq; Supremi Ducis,
Staniſlai Zołkiewſki, & Reginæ Herbułtouiæ Filia.
Ioannis de Oleſko Danielowicz Palatini Ruſſiæ Coniunx.

Religione, Pietate, Modeſtia, rebuſque in agendis conſtanti & æquabili prædita prudentiâ, Matronalis pudicitiæ & virtutis exemplar, egentium pupillorum bona mater & Patrona, exuuias mortalitatis hic depoſuit, & immortalitatis gloriam beata in ſpe reſurrectionis expectat Vixerat Annos ſupra 44. Obijt Anno Chriſti 1634. XIII. kal: Septembr: Filius Staniſlaus Danielowicz deſideratiſſimæ Parenti hoc Monumentum poſuit.

OSSA.

STANISLAI à ZVROW in OLESKO DANIEŁOWICZ.

Terrarum

Terrarum Ruſſiæ Palatinidis,
Præfecti Korſunenſis.
Hæc capit vrna,

Ingentem illum animum, ſummaſq; virtutes, in ſuo condidit ſinu perennis fama. Pueritiam nutriebant liberales artes, adoleſcentiã expoliuit variarum gentium ſolum, iuuentutem erudiuit, Sigiſmundi III. Polon: Regis aula. In rebus vero bellicis ſpiritum, induſtriam ac fortunam, ſenſit ad Smolenſcum Moſchus, vidit admirabundus Vladiſlaus IV. Rex Polo: Neque hic ſubliſtit Magni ardor animi, dum Auiti ſanguinis vltor, & rerum ab eo geſtarum ſatagit eſſe imitator, fit & eiuſdem fati æmulus. Fortiter cum Tartaris dimicando, ab his captus, & Kantimiri execrabili apud barbaros etiam mandato, in vinculis mactatus Tutimiri manibus: quem Pater ne quid ad ſummum crudelitatis faſtigium deeſſet ex filio voluit eſſe ſicarium, Innocens: glorioſa tamen memorabilis in religionem & Patriam pietatis, cecidit victima. Anno Domini, 1636. ætat: 27.

D. O. M.

Super te quoq; Pronepotem Zolkieuij Cancellarij & Exercituum Ducis, Nepotem Illuſtr: Ioannis Danielowicz Palatini Ruſsiæ, Filium Illuſtriſs: Iacobi Sobieski, & Theophilæ in Zolkiew, Palat: Belzenſis, Kraſnoſtaw: Iaworow: Capitan: O Staniſlae Sobieski Palatinule Belzenſis, die Palmarum natum, ipſo die Viſitationis Eliſabetham Virginis denatum, terris, ætate trimeſtrem, baptiſmate Chriſtianum, innocentia Angelum, cœlo donatum, Purpurei ſparſi flores, manibus date lilia plenis.

Ab Marco & Ioanne Sobieski Fratribus, ab Catharina & Anna Sororibus ſuperſtitibus. Anno Dñi, M. DC. XXXVIII. Iulij 2.

D. O. M.
Pijs Manibus.
Generoſi Chriſtophori de Zołkiew Zołkiewſki
Sacrum.

Huius ver primùm annorum Academia & Aula Thomæ Zamoyski Regni Cancellarij honeſtiſsimis artibus & moribus excoluit. His vtriſque virile pectus ad hæreditariam Auorum gloriam, & nomen Polonum amplificandum accenſum, gratiſsimus Mars in prælijs contra Turcam, Tartaros, Rebelleſque Cozacos ſuſpexit. Mors tandem, & Virum, & Ciuem bonum Patriæ, Maritum dulciſsimæ vxori Dorotheæ à Brzezie B-zezka, Parentem ſuauiſsimis liberis, Eliæ & Annæ, annos agentem 40. è medio viuorum Anno 1640. ſuſtulit. Hæc qui legis, tecum cogita, breui eadem calcanda tibi ſupereſt via lethi.

In Vcha-

Jn Vchanie.

Manibus glorioſis.
Et æternæ memoriæ.
Illmi Dñi NICOLAI de ZVROW DANIŁOWICZ Supremi Regni Theſaurarij.
Kraſnoſtaw: Samborien: Bieſcen: &c. Capitanei.

Cuius animus generoſus virtute Heroicâ innutritus; domi, exempla religionis, pietatis, æquitatis, propoſuit; foris, argumenta ſapientis prudentiæ defixit: Militiæ, fortitudinis trophæa excitauit; integritate inuidiam, facilitate odia, modeſtia temeritatem, temperauit. In complexu chariſsimæ Patriæ, Sereniſsimi Sigiſmundi III. in amoribus, Eccleſiæ Catholicæ addictiſsimus, munificus parens egentium, exaggerata laude viri optimi, & Senatoris ampliſsimi cumulatiſsimus, Dum viuam ſui imaginem in excellenti indole Filiorum reliquiſſet, & illuſtribus monimentis nomen ſuum illuſtraſſet, immortalis gloriæ adijt Prytaneum. Anno ſalutis Humanæ 1624. die 30. Maij. vitæ ſuæ curſum anno ætatis 66. Chriſtiane dum conſummaſſet. Societas IESV amantiſsimo ſuo Patrono & Parenti D. D.

BRZEZANENSIA.

D. O. M. A.

Poſt res fortiter, prudenter, feliciter, pace bellóq; geſtas.
Deo, Diuiſq;, Reipub: Regibuſq; Polonis.
Religionem, charitatem, reuerentiam, præſtitas.
Gloriam, opes, innocentiam, florentiſſimæ Domui relictas.
ADAMO HIERONIMO SIENIAWSKI.
Magno Regni Pocillatori
Catharina à Stemberk hoc amoris fideiq; monumentum, infelix Coniux Coniugi, & æterno ſuo dolori, ſalutis humanæ Anno M. DC. XIX. 3. Nonas Iunij. Ætatis ſuæ XLIII.

Eidem in Vexillo.

Virtute, & ſanguine Maximus Heros.

ADA-

ADAMVS HIERONIMVS SIENIAWSKI.
In sua resolutus principia, spiritu suis sedibus reddito, huc grauiori sui parte relapsus est. Anno Virginei Partus 1619. 3. Non: Iunij.

Eidem in Tumulo.

Gentis suæ & Regni decus.
ADAMVS HIERONIMVS SIENIAWSKI.
Magnus Regni Poloniæ Pocillator.
Cum toto vitæ suæ pelago, ingenti animo, maxima virtute, summus consilijs, tantæ fortunæ nauem gubernasset, vela inimico reflante Euro, nec quidquam reciprocis collactatus vndis, hac tandem exigua cymba portum tranquillitatis obtinuit. Anno humanæ salutis M. DC. XIX. III. Nonas Iunij.

MAGNIFICVS DOMINVS ALEXANDER SIENIAWSKI.
Vnicum integritatis & innocentiæ exemplar, emenso terrarum orbe, & ingentium virtutum impressis latè vestigijs, cùm Regum & Reipublicæ oculos in se conuertisset, Germaniam, Italiam, Galliam, famâ sui nominis impleuisset, redux in Patriam, erecta in expectationem tantæ indolis Republica, (ô spes fallaces) dum se Maiorum suorum componit imagini, in ipso vitæ apparatu extinctus est. 7. Calend: Februarij. Anno Domini, 1622. ætatis 23.

Eidem in Tumulo.

ALEXANDER SIENIAWSKI.
Sum, Magni Pocillatoris Regni Filius.
Per Catharinam à Stemberk genitricem, à Piasto ad Casimirum Magnum, sexcentos per annos, Regum Poloniæ progenies, animo & indole tantæ fortunæ par, vniuersi naturam speculaturus, Germaniam, Italiam, Galliam, orbis sydera Hospes vidi, & ipsam rerum dominam vrbem veneratus sum: dexteritate ingenij cum Regum & Principum oculos, in me conuertissem, tandem in auita limina redux, in ipso gratulantium, & Diuis vota nuncupantium concursu, spes Patriæ, Dominum deliciæ, vitæ innoxius, ætatis adolescens.
Ecce in puluere dormio.

Eidem.

Pijs Manibus.
Et Æternitati S.
ALEXANDER SIENIAWSKI.

Generis, virtutis, sapientiæ illustre est depositum, hoc Monumento ornamentum. Ætatis florem in amplissimas spes Patriæ transcripserat. Pietatem honos ad passus purpuratos extulerat, Modestiam vota Ciuium in amore defixerunt. Germaniæ delicium, Italiæ corculum, Sarmatiæ miraculum, ad fortunatam patriæ natum salutem, Sigismundi III. meritum amorem, Vladislai Principis affectum, Senatus voluntates, importuno tempore, superstite Matre, fratribus mœrentibus, mors truculenta funesta iniecta dexterâ, infida febri bacchante, feliciter victurum sustulit.

Tollito Næniam, præficas arceto, cupressos conuellito, ver aget vrna, cum æternitate duratura.

Dic.

Spes fæcundæ mortalium corruêre.
Anno D. M. DC. XXII.
Alexandro viuente Annos XXIII.

Eidem.

SVbsiste, Marmor imperat, Manes petunt.
Cyppo hoc, Alexander hominis quidquid tulit,
Homo posuit. Felicitates, Purpuram,
Ætatis aurum, ver togæ, Generis iubar
Clauduntur vrna, vota, spes. Lechiæ simul.
Sed mens dicata gloriæ, & virtus suum
Prospectat ortum, vindicans Manes pios
Putente busto, Lemnia, cernis gloriæ
Famæq; pensum. Curre: sed fati memor,
Mortalis æui statio te cœlo locet.
Virtute nixum; mollit hæc fati viam
Sol hic candidus occidit Sieniawski
En cum sydere sola Luna mansit.

Sepulchrum est.

Illud contegit, quod mori facillimè Potuit.

Vale Patriæ subsidium, splendor generis, Matris delicium, fratrum ornamentũ, Musarum solatium, modestiæ miraculum, sequimur vtinam virtute, pietate, voto pari,

Sit tibi

Sit tibi Terra leuis.
Vixit Alexander, buſto dat Pallas honores,
Patria, Rex, Fratres, vota ſuprema, vale.
Fuit, quaſi non eſſet de vtero tranſlatus ad tumulum.

Audj Hoſpes & vide.
PROCOPIVS SIENIAWSKI ſum
Magnus Regni Poloniæ Signifer.

Si ſanguinem quæris, Regius, ſi fortunam? Generi par, ſi virtutem, omnia ſumma, ſi vitam, Innocens, ſi Amicos, multi & fidi, ſi vxorem & liberos, Dulces & ſuperſtites, ſi formam, ipſis gratijs venerabilis, ſi ætatem, Adoleſcens, Hæc omnia qui fueram, nihil ſum, Anno ſalutis humanæ. 1626. Nono Kalend: Ianuarij.

Eidem in Tumulo.

PROCOPIVS SIENIAWSKI.
Maximus Regni Poloniæ Signifer.

Veriſſima virtutis imago, hominum infauſtus amor, lubrica ſpes Patriæ, poſt tot emenſa maria terraſq; , dum excelſam indolem ſuam in ingentem armis togaq; Ciuem componit, in primo ætatis & gloriæ limine, vitam, quam patriæ debuit, tota gemente Republica naturæ depoſuit.

NICOLAO SIENIAWSKI,
PALATINO RVSSIÆ.

Sarcophago Nicolaus in hoc Sieniauius Heros
Magnanimus, Martis natus, ad arma cubat.
Quo Palatino vigilante Ruſſia felix.
Hoſtibus à cunctis vndiq; tuta fuit.
Nam rigidos perſepè Scythas Valachoſq; feroces,
Victrici fudit perdomuitq; manu.
Atq; hinc Supremus Dux belli à Rege creatus
Auguſto tantum ſedulò munus obit.
Halicienſis adhæc, & Colomienſis, abundat,
Ex vndis cocto quæſile, Præſes erat.
Regibus vt noſtris pergratus, ita ordine ab omni
Sarmatici Magno cultus honore Soli,

Deinde senex longæuus obit, Quatuorq; reliquit,
Persimiles Natos Marte togáq; sibi.
Hoc vere felix, illius in æthèris alta,
Quod pietatis amans spiritus arce manet.

Decessit Lublini in Comitijs Regni, ætatis 89. die 21. Febr: hora 2. noctis. Anno Domini, 1569.

HIERONIMO SIENIAWSKI.
PALATINO RVSSIÆ.
Halicienſi Colomien: Capitaneo.

Sleniauius tegitur post fatum Hieronymus istâ
Mole Palatinus, Rusica Terra tuus.
Hoc inter regni Respublica tota secundi
Tempore promptè illi detulit officium.
Quod probat armipotens Stephanus Rex, quando Polona
Suscepit forti sceptra regenda manu.
At prius Haliciæ Præfectus, Colomiæq;
Hæc gesit, Magnum quæ decuere virum.
Exemploq; Patris propellens finibus hostes
Sarmatiæ. laudem nominis inde tulit.
Vir grauis, & prudens, iustiq; assertor & æqui:
Omnibus, humanum charus ob ingenium.
Quatuor vxores habuit: quarum vltima condi
Illius hoc tumuli Marmore membra iubet.
Ex qua natus Adam, crescit nunc vnicus Hæres,
Det Deus, in multos viuat vt ille dies.

Obdormiuit Anno Domini, 1579. ætatis suæ 63.
Sepultus Brzezanis.

ALBERTO SRZEDZINSKI,
A Scythis occiso 1623. ad Bauorouiam.

Stemmate Leliuius contra stetit arma Srzedzinski
Albertus, multosq; Scythas demisit ad Orcum:
Obrutus tandem non multa morte quieuit,
Pro Patriaq; animam superis sic reddidit Astris.

NICOLAO SIENIAWSKI.

Filio Nicolai Castella: Kamenec: Exercituum Ducis Campestris. Ob inuictam animi fortitudinem, indefessam in necessarijs & arduis Reipub: temporibus operam, inextinctum Ecclesiæ & Patriæ

triæ defendendæ ardorem, immortalem Regno partam gloriam, insignes de hostibus triumphos, Gloria, Fortunæ domina, virtutis Comes, immortalitatis hæres: Ecclesia, Parens benigna piorum, hoc in Marmore parentent. *Lux æterna luceat ei.*

Te pia posterităs factis miretur apertis
Suscipiatq; tuum laudis in orbe decus.

Nicolao Adami Pocillatoris Regni Filio, itidem Pocillatori Regni

HOSPES.

En cernis Patruum sepulchro appositum.
NICOLAVM in GRANOW SIENIAWSKI.
Magnum Regni Poloniæ Pocillatorem.
Rathnensem Præfectum.

Vixit ille Religioni: quam Romanam, Orthodoxam, puro tenerrimoque affectu, & imitando omnibus Catholicis zelo coluit, vixit gloriæ quam vt fidele à Maioribus creditum sibi depositum Hieronymo Sieniauio, ex Fratre Procopio Nepoti, Generis sui vnico Hæredi, inuiolatam reddidit. Vixit Patriæ cui ad Chocimum, manus suas cruore Turcico imbutus, in conspectu Trium orbis terræ partium, glorioſum holocaustum consecrauit. Vixit Familiæ: quam per tot continuata funera rebus præclarè gestis rediuiuam effecit. Vixit Matri Catharinæ à Stemberg Kostczanka: cui viuens vitam ipse dabat. Mortuus vix non ademit. Vixit vxori Vrsulæ Grotowska Palat. Inowladisla: Filiæ, cui animæ dimidium sancta largitione profudit. Vixit Amicis, quorum colendi laudatissima arte felix, Magister optime nouit. Vixit, viuit, & nunc meliore sui parte, qua cum ipse, & in ipso perennabit cœlo. Obijt Anno 1636. Aprilis 17.

STANISLAO DOMANIEWSKI.

Queis ego te digner Totalis, Stanislae, fatisco.
Nil superest, nisi quod Anagramma refert
Fert Anagramma, Stanislaus Domanieuius, stans
Æui laus *Christi*, vi *quoq; Schisma* domans.

Viator subsiste,
Marmore hoc,

Stemma & Sanguinem à Patre ADAMO HIERONYMO SIENIAWSKI, antiquissimum à Matre Kostczanka Regium. Fortunam Generi, & naturæ parem, meritissimam. Ingenium bonis artibus, in Germania,

mania, Gallia, Italia, propter domesticas vniuersitates excultissimum, virtutes Toga & sago in rem Patriæ, & ornamenta Ciuium, maximas, ardentissimas, robur animi & corporis, contra Osmanum Bizantij Tyrannum ad Cho- mum, contra Tartaros, &c. inuictum Herculeum, Dignitates & Officia Regni, Inciſoris primum, poſt Pocillatoris amplissima; vitam erga Deum, Diuos, Reges, Parentes, Coniugem, Amicos, pijssimam, integerrimam in ipso matureſcentis ætatis & gloriæ curſu. Fatalis neceſsitas, cum mœrore publico, ſolatia ſeniculæ Matri Catharinæ à Sztemberg, & vxori charissimæ Vrſulæ Grotowska, ambabus ſuperſtitibus inuidens, concludens Præduci Alexandro Caſtori, Procopio Polluci, Fratribus charissimis, maximum natu Fratrem, tertium cœlo ſidus, & Patri Adamo Hieronymo Pocillatori Regni filium ſemper morigerum coniunxit. Vixit annos 40.

SPROVIANA.

D. O. M.

OSSA

IOANNIS DE KONSKIE ODROWĄSII,

Diui Hyacinthi Patrui, Epiſcopi Cracouien. Mutina, ad quam Anno Domini, 1229. vita defunctus eſt, Cracouiam à PP. Ord: Prædicatorum huius Conuentus Anno Domini, 1239 tranſlata. hic ſub rudi ſaxo concluſa. Cuius in Deum pietatis, Eccleſiam & Patriam charitatis ſunt monumenta hæc. Templum Deiparæ Virginis in Circulo Cracouien. Claræ Tumbæ, S. Spiritus Crac. Miſtouien. Dzierzan. Koſcen. Monaſterium SS. Trinitatis FF. Ordin: Prædic: Crac. Claræ Tumbæ Ord: Ciſterc. Miſtouien. Canon: Regul: S. Auguſtini, Hoſpitale S. Spiritus Cracouiæ, omnia propijs impenſis, annis 12. quibus Eccleſiæ Cracouien. præfuit Epiſcopus, extructa & dotata. Ioannes Węzyk, Abbas Commendatarius, Sepulchrum hoc, Monaſterij ſui Claræ Tumbæ, optimi Parentis marmore contexit. Anno Domini, M. DC. XVIII.

CHRISTOPHORVS STANISLAI Theſaurarij Regni SZYDŁOWIECKI Filius, Stemmatis Odrowąz, Caſtellanus & Capitaneus Cracouien. Cancellarius Regni, viginti Tartarorum millibus fuſis, in Anno Domini 1512. illuſtris, maſcula prole orbus deceſsit, ab Andrea Krzycki, Epiſcopo Premiſlienſi, Elogio ſepulchrali ſic decoratus.

Magne

MAgne Senatorum Princeps, & gloria Regni,
Cui natura ſuum contulit omne decus.
Per quem congreſſi ſunt tres cum Cæſare Reges,
Et bona ſunt ſtudio multa peracta tuo.
Cuius tot reſonat populorum nomen in ore,
Dignius hic noſter quo nihil Orbis habet.
Te mea mens agitat ſacris celebrare Camænis,
Sed nouus optatum mœror ademit opus.
Attamen aggrediar. Quod ſi quid noſtra Thalia eſt,
Carminibus viues, ſæcula multa meis.
Interea hoc legens, clementi ſuſcipe vultu,
Quos fidi ad Dominum triſtia buſta dedi.
Vt qui Connubij tanti, tantiq; decoris
Illius author eras, ſeruitijq; mei.
Nunc rebus noſtris inopino funere lapſis,
Indoleas, Krycij tum memor eſſe tui.

Genio, Manibus, & Vmbræ.

PETRI DE SPROWA ODROWĄZII.

Terrarum Ruſſiæ Palatini.

Præfecti Leop: ac vniuerſæ Podoliæ.

Qui ſub tribus Iagellonibus Regibus Poloniæ bellicoſiſsimis, varijs Expeditionibus, variâ fortunâ interfuit, & quamuis ſecundâ toties clarus, & turbidis rebus intrepidus, aduerſa tamen ſuccubuit. Primum in Hungaria, in tumultu Agrinenſi, à Telepho Præfecto Caſſou: captus. Deinde perdomandæ Valachiæ directus à Caſimiro Rege, in pugna cum Bogdano Waywoda: Anno Chriſti 1450. interfectus, parta tamen ſuis nobili victoria, vt ſic inſolentis Deæ poſthumantibus documentum relinqueret & exemplum.

ANDREAS de SPROWA ODROWĄZIVS.

Palatinus Ruſſiæ, & Præfectus Leopolien:
Frater Ioannis Archiepiſcopi Leopolien:
Et Petri Palatini Ruſſiæ.

Senator ampliſsimus, amans virtutum, oſor vitiorum, rectus iudicij, rerum rogæ & ſagi, vſu & experientia egregiè peritus, in dignitate ſine faſtu, in doctrina ſine oſtentatione, in probitate ſine fuco, in ſtudio ſine factione illuſtriſsimus, ſub hoc Marmore iacet. Caſimiro Iagellonide imperante, Alexandri Valachorum Principis contra Bogdanum Tutor & defenſor, quam ſæpius feliciter repreſsit & cecidit, ſtrenui & intrepidi Ducis nomen tulit, Podoliam à Tartaris oram illam populantibus cum Theodoro

Buczacki

Buczacki liberauit. Crucigeris in Prussia multoties profligatis, Regibus & Regno sibiq; Nomen immortale peperit. Demum obitis aliquot ad diuersos Europæ Principes Legationibus Publicis, & ipse Obijt Anno Domini, 1465.

IOANNES DE SPROWA ODROWĄZIVS.

Ex Præposito Sendomir: & Canonico Gnesnen: Archiepiscopus Gnesnensis Anno 1453. creatus. Elisabetham, Regis Roman: Bohem: & Siles: Archiducis Austriæ Filiam, Casimiri Regis Poloniæ Coniugem coronauit. Gnesnensi & Louiciensi Ecclesiæ plurima bona contulit. Obijt Vnieouiæ Anno 1464. Aprilis 14. Sepultus Gnesnæ.

Sprouius antiquæ laus, splendor, gloria gentis
Illa licet meritis, splendida semper erat.
Qualis erat, queris? dicam, nec multa morabor.
Æquauit morum nobilitate Genus.

Illustris ac Magnifica Domina.

SOPHIA DE SPROWA.

Illustris ac Magnifici Domini Stanislai Odrowąż.

Palatini Russiæ, & Annæ Duciſſæ Masouiæ Coniugum, vnica Filia, Primum, Ioannis Christophori Comitis de Tarnow, Castellani Woynicensis post Ioannis Kostka de Kostkow á Stemberg Palat: Sendomir: Coniunx Matrona in omni suo statu exemplar vitæ omnibus, piè & deuotè viuentibus Matronis Coniugalibus & Viduis, Collegij Societatis IESV Patrum Iaroslauiæ Fundatrix, plurimarum Nobilium Virginum, statum vitæ vel in sæculo, vel in cœnobijs constituentium dotatrix munifica, pauperum & orphanorum indulgentissima Mater, Heroina sempiterna memoria digniſsima, hic sepulta regnat cum Christo. Obijt Anno 1580. ætatis 40. die 9. Iulij. Reliquit ex posteriore Marito Filias duas, Annam Alexandri Ducis ab Ostrog Palat: Wolyn: Sophiam Adami Hieronimi à Granow Sieniawski Pocillatoris Reg: vxores.

Jn Villa Grodzisko.

Illustri & Magnifico Domino Ioanni Rudnicki de Rudniki Castellano Siradiensi, erga Deum, Ecclesiam, & Patriam pietate insigni, cultus diuini propa-

ni propagatori munifico, Sereniſs: Regum obſeruantiſsimo, in Equeſtri & Senatorio ordine optimarum partium ciui. Qui cum ob præclara in Rempub: merita, primum Vexilliferatu, demum Caſtellanatu Siradienſi ornatus fuiſſet, Eccleſia hac (Grodziſcenſi) extructa & dotata, Canonicatu itidem in Eccleſia Collegiata Vnieiouien: fundi hereditarij & paterni, vbi natus eſt Rzecica vna cum Illuſtriſsimo & Reuerendiſsimo Fratre ſuo & fundato: die 23. Maij. Anno ætatis 71. Chriſti vero 1620. in Domino obdormiuit. Animæ eius Deus ſit clemens & propitius.

D, T. O. M.

Manibuſque.

Generoſi Valentini Rudnicki Magnifici Caſtell: Siradien: filij, ab antiquiſſima & Nobiliſſima Familia Comitum in Bechcice oriundi.

Hic.

Ad eximiam in cœlites pietatem,
Ad ſinceram in ſuos obſeruationem,
Ad raram in moribus tolerantiam.

Adiunxit quoque.

Eccleſiæ Romanæ Catholicæ fidem & amorem, ritè omnibus diuinis humaniſque curatus, violentia morbi XXXI. ætatis anno decedens,

Parenti dolorem,
Coniugi orbitatem,
Propinquis funus,
Humo corpus.

Omnibus deſiderium ſui reliquit.
Anno Dei Hominis M, DC. XVII. 12. Nouembr:

D. O. M.

Meos quiſquis tranſis greſſu citato cineres

Subſiſte,

En tuo pedi ſubſternor ego,
Simon Rudnicki, Magnus primum Polo: Reipub: Secretarius.
Princeps poſt Ermladienſis, & Epiſcopus Varmiæ.

Amor ille Patriæ, Amor Reipub Amor Musarum, Amor clientum, Amor Episcopatus, vnde lachrymas, suspiria, & perenne mei liqui desiderium.

Quid plura moror?

Fuimus hoc; hoc salutabamur,

At nunc.

Nihil, nisi cinis reuersus in terram, & quicquid erat terrene terra tenet. Mecum mei Polus.

Abi iam, sed memor,

Lege nos natos eadem.

IN ECCLESIA SRZENSCENSI.

Epitaphium Fœlicis Srzenski,

Equitis Poloni.

Vixi Patriæ, volui, feci; honesta, vtilia, iusta.
Defuncțus quiesco hic clarus aliis factisq; meis.
Post funera viuam, inclyta defuncto fama superstes erit.
Nec primus, nec vltimus, omnes me anteceſſerunt, omnesq; sequentur.
Alexander Srzenski Episcopus Plocensis, qui Ecclesiam ibidem B. V. M. è lapidibus extruxit. Obijt, 1166.

In vita viuum Christum comitabar euntem
In tumulo positum, mortuus ecce sequor.
Et velut ille polos superata morte meauit,
Scandam cœlestes sic rediuiua thronos.
Quisquis es, hæc tacita tecum qui mente reuolues,
In tumulis etiam tædia nulla feres.

FÆLIX SRZENSKI

A Sokołowo.

PALATINVS PŁOCENSIS.

Marieburgensis, Visnensis, Lomzensis Capitaneus

Filius Staniſlai Srzenski Palatini Masouiæ

Dicti, Grad

Pietate in religonem singularis.

Ac in Reip: administratione, prudentia, fideque incredibili

Obijt 30. Martij. 1636.

Martino

Martino & Matthiæ Sobieiuſkim
A Starozrzeby
Fortiſſimis iuuenibus,

Quorum alter in bello, quod Sigiſmundus Rex Primus, cum Pruſſis grauiſſimum geſſit, dum arcem Gutſtat ſuæ fidei creditam fortiſſimè tuetur, hoſtium telis confoſſus occubuit, Alter in Ludouici Regis Hungariæ exercitu, vna cum Rege ſuo cecidit.

BVCZACENSIA.

Hic iacet.

Magnificus Dominus D. Ioannes Tworowſki
Palatinus Podoliæ.

Dux fueram bello, pedibus nunc calcor humanis,
Nec quicquam niſi me nunc benefacta iuuant.
Viuite ergo ſic nati, vt viuatis Olympo,
Terra iter ad cœlum eſt, ad Stygiumq; canem.

Diſpone domui tuæ, quia morieris,
Et memorare nouiſſima, quia non peccabis.
Anno Domini, 1547.

Reuerendiſſimo Patri,
DOMINO IACOBO BVCZACKI,
Dei Gratia Epiſcopo Płocenſi,
Vltimo hæredi Nobiliſſimæ & vetuſtiſſimæ illius Familiæ
in Terris Podoliæ & Ruſſiæ.

Illuſtris & Magnificus Dominus,

D. IOANNES CHRISTOPHORVS BVCZACKI in Buczac, ex Illuſtriſsimis Nicolao Buczacki, Succamerario Terrarum Podoliæ, Capit: Barenſi, & Anna Magdalena Radziwilowna, de Olyka & Nieſwieſz Duciſſa, Parentibus natus, claritatem tantorum Natalium, decore virtutum ornauit. In tenera enim ætate literarum ſtudijs Senis ac Romæ

excoluit animum, Catholicæque Religioni abdicata hæresi, qua ab incunabulis erat imbutus, addictissimus vixit, quo sibi Clementis VIII. Pont: Max: amorem tantum promeruit, vt non solùm Legationis promouendæ Canonizationis S. Hyacinthi interfuit, sed etiam mysterijs eiusdem summâ cum gratia adhibitus est. Tandem ad Cæsarem Rudolphum Legationis illustris: Cardinalis Georgij Radziuilij Episc: Crac. Auunculi sui Comes existens, reliquum iuuentutis in eximijs tam pietatis, quàm fortitudinis exemplis editis consumpsit. Templum Buczaciæ hæreseos labe infectum, Catholicæ Fidei reconciliauit, ac Sodalitate SS. Rosarij ornauit & auxit. In Vngaria strenuè sese contra Turcam hostem Christianorum gerendo, militiæ tyrocinium deposuit. In Patriam reuersus, primùm ad Haliciam contra Tartaros, dein in Moldauia contra Michaelem Tyrannum fidelem Reipub. nauauit operam, & tot virtutum insignijs relictis, sibi, posterisque immortalem gloriam comparauit. Vixit annos 30.

Obijt Anno Domini, 1602.

Georgius Albertus Buczacki, mœstissimus fratri desideratissimo posuit.

VIRTVS & MORS
Hominis vltima bona,

Mors non extirpat virtutem, virtus non timet mortem.

SIC IVSTVS

Quacunque morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.

BERNARDVS POTOCKI à POTOK,

Virtutem hæreditariam mihi effeci,
Mortem aduersariam bello incitaui,
Sic inter gladios & lanceas Martis furentis vixi.
Et viuo vitam, vita viuenti.

EPITAPHIVM
IACOBI POTOCII, SVCCAM: HALICIEN.

Siste parum, iter percurrens busta Viator,
Perlege, sed mœstus Sarmata luge precor.
Potocius recubat, Gentis generosa propago,
Vandalitum lapidis monte tegente caput.
Quem Scytha, quem Valachus, quem Turca timebat iniquus,
Hunc breuis vrna capit, puluis & vmbra tenet.

Obijt Anno Domini, 1551.

Positus hic iacet Dominus ANDREAS POTOCKI de Potok, filius

filius Succamerarij, Vexillifer Camenecen. Equitum Ductor, quos fæliciter duxit Deo fortunaque fauente. Cognouit eum Moschus magnanimum, Scytha Equitem strenuum, vixit annis 40. Obijt Anno 1572. 12. Februarij.

O Homo, quid quæris?
Si miraris, nihil nouum,
Si intueris quis fueram?
Sapiens, strenuus, & diues. Sed hæc omnia nihil, solus Deus omnia.
NICOLAVS à POTOK POTOCKI, Rothmagister S. R. M. sub auspicijs Supremi Ducis Exercituum, & Magni Cancellarij Regni Stanislai Zołkiewski quiesco,
Vale,
Et cogita tuum extremum diem,
Hodie vel cras sequeris.

POTOCENSIA.

Gentilicio Cineri
POTOCIORVM.
QVORVM
Nomen in Patria vetustum,
Gloria semper fuit viridis,
Sinceritas vbique probata.
Quietem Sacram,
A Conditore pacis & quietis,
A Conseruatore animarum & lucis,
Ab inspiratione vitalis & perpetui Spiritus,
Precamur, optamus.
Sint regnentq; cum Deo,
Viuorum perenne antidotum,
IN CHRISTO.
Mortuorum solatium,
Amen.

NICO-

NICOLAO POTOCKI.
Chmielnicensi & Camenecensi Præfecto.
VIXI.
Gloriæ satis, non mihi.
REDDIDI,
Regi subiectionem, Patriæ honorem, Familiæ obseruantiam, Mortalitati pondus
NVNC.
Resurrectionem expecto,
Spe animam pasco.
O DEVS,
Tutor non vltor.
Sis precor creaturæ.

D. O. M.
Hospes quid quæris?
Palatinus Braclauien: Generalis Podoliæ, Camenecen: Laticouiensis, Vaistinensisque Capitaneus IACOBVS POTOCKI de Potok origine eram.
MODO
Cinis & vermis, parte tamen meliore incorruptus,
QVI.
Lucis Familiæ meæ studio, ætatem florentem in Aula Principis Transiluaniæ, Magni illius Stephani postea Regis Poloniæ, ad publica merita formandam dedi.
IN CVLTV DEI
Perseuerans, arma pro salute Patriæ contra Michaelem in Dacia, Carolum Suecum in Liuonia, varios Tyrannos in Moschouia fortiter & cum laude Familiæ tractaui.
HIS
Illustris Domus Tarnouiorum & Prusinowsciorum, in affinitatem nec infœcundam accessit.
SED
Cum Smolensçum Sigismundum III. Regem triumphatorem haberet, & Præfecturam Vrbis nobis committeret, consilio Dei, è periculis vitæ ereptus fui.

ET

ET

Cum bonis omnibus desiderium & mœrorem relinquerem, precor pia vota animæ redde. Obijt Smolenſci. Ætat: 59. Anno Chriſti, 1613. 26. Ianuarij.

D. O. M.

Illuſtris & Magnificus Dominus Stephanus Potocki à Potok, Palatinus Braclau: Generalis Podoliæ, Notarius Campeſtris Regni, Camenecenſis, Laticouien: Litinen: Felinenſiſque Capitaneus, corpore ſolutus, in hoc tumulo conditus.

CVIVS.

Claram progeniem ſplendor Aulæ complexus, intimis Sereniſſ: Regi Sigiſm: III. commendauit, & in bellis ciuilibus præſidentem Vrbis Metropolitanæ, & inſigniorum Regni effecit.

HINC.

Decus Familiæ ſecutus glorioſum duxit, ſub auſpicijs Inuictiſsimi Regis ductando ordines, multis annis merendo, ſtrenuè pugnando. Martem Liuonicum iuſtum, Dacicum glorioſum, Moſchouiticum remotum, Turcicum ſacrum varijs caſibus experiri.

TANDEM.

Honeſtis negotijs, ſella curulli Senatoria atque claris officijs Regni decoratus.

SENIVM.

In Anno 63. deuotus & ſacris expiatus clauſit. Anno 1631. die 5. Martij.

Nicolao Potocki Filio Andreæ Caſtellani Camenecenſis.

Condutur hac Nicolai corpus ſub mole Potocki,
Condere virtutem nulla ſepulchra queunt.
Illa viget ſemper, dum tellus ſtabit & vnda,
Et ſurgent nitidis ſydera celſa polis.

CEORGIO POTOCKI.

Extulit ad hoſtem gladium ſomnoq; fugato,
Ingentes Aquilas & fortia caſtra ſecutus.
Et Patriæ impendit totum prægrandibus auſis,
Nec ſibi, ſed toti genitum ſe credidit orbi.
Illum fama canet, cantuque imponet Olympo.

PETRVS

PETRVS POTOCKI.

Stephani Palatini Braclauienſis Filius.

Eximiè domeſticis Literis, & in Exteris Nationibus cultam iuuentutem eo dignitatis & Laureæ deduxit, vt Maiorum ſuorum merita, quæ Regibus, Patriæ, Familiæ protulerant, prudenti conſilio, fortitudine caſtrenſi, trophæis diuerſis, maxime autem è Tartaris & rebellibus Zaporouienſibus multoties reportatis, in ſeſe luculenter expreſserit & efformauerit, à Sereniſsimo Vladiſlao IV. in Pruſsia Rothmagiſter Equitum grauis armaturæ denunciatus, egregiam in re bellica præſtitit induſtriam, & ad Camenecum, Chocimum, contra Abazium Baſſam, & Kumeiki, Starce, Niedzwiedzie łoze, & alibi contra Kozakos, Honoratus Præfectura Sniatinenſi, nil non egit, quod Patriæ, Regis & Familiæ immortali propagandæ & propugnandæ, per Virum & Ciuem bonum agendum venit, Cum Filia Staniſlawski Caſtellani Camenecenſis Sacramentum Matrimonij tenuit, vt in liberis ſuperſtes ſeriè perenni viueret.

Æternæ Memoriæ.

STANISLAI POTOCII.

Tribuni militum fortiſſimi
Qui cum Scythis Muſulmanis & rebellibus Coſachis.
Sæpius felicisſime decertans
Vberem admirationis materiam dedit
Suoſque relinquens reliquit deſiderium ſui.
POTOCI VIVAS.

Balthaſar Staniſſawſki.

Stemmatis Pilawa.

Filius Gaſparis Pocillatoris Sanocen: & Kraſsicka, Mineruæ conſecratam Adoleſcentiam, fauoribus & trophæis Martis diſpoſuit. Ex vigilanti Milite Rothmagiſter factus feruidus in Patriæ commodum, in Regum honorem. Contra Moſchos ſub Sereniſsimo Stephano Batthoreo, & contra ſingulas expeditiones hoſtium ſtrenuus bellator. Creatus ab eodem Notarius Campeſtris Exercitus Regni, & Succamerarius Sanocenſis, à Sereniſſ: Sigiſ: III. tum ob probatam contra Archiducem Maximilianum æmulum Regni, ad Byczynam tum alibi operam, ob inſignem morum grauitatem, & Curiæ Regiæ amorem ſingularem, promotus in Præfectum Culinæ Regiæ, tum Caſtellaniæ Sanocenſis. Demum, poſt fata Hiacynthi Mlodzieiowski, in dignitatem Theſaurarij Sereniſsimi Regis Aulici, adextremum in Supremum Regni Theſaurarium, poſt deceſſum Ioannis Fierley, Capitan: Lublinen: ſuffectus, in tumultu domeſtico, & initio diſſenſionum Ciuilium S. R. M. fideliſsimus, & dignitatis propugnator vindex.

vindexque acerrimus. Suscepto Ioanne Cornelio filio ex Sophia Mielecij, Palatini Russiæ Coniuge, & filia Herburthi de Dziedzilow & Fulstin, Palatini Russiæ, virtutum & gloriæ plenus obijt.

D. O. M.

Illustrissimus ac Magnificus Dominus
D. IOANNES CORNELIVS de Stanislawice STANISLAWSKI,
Illustriss: ac Mag: Domini Baltasaris Thesaurarij Regni &c. Filius.
Qui dum optimis artibus exculta, & in lustrandis exteris nationibus spatio 18. annorum exacta adolescentia, exemplo suorum Maiorum in Aula Sereniſsimi Sigismundi III. Regis Poloniæ versaretur, ob magnitudinem animi, & præstantiam ingenij, Capit: Szydlouien. condecoratus, multas clarissimorum virtutum protulit dotes. Hic talis ac tantus vir, deinde Sereniſsimi Vladislai IV. Regis Poloniæ Aulicus factus, infractis viribus tuebatur Patriam, pius, munificus in pauperes, æquitati studuit, amicis fauit. Ex Catharina Kazanowska, Sigismundi III. Succamer: Regni &c. filia, reliquit Leonoram Constantiam. Obijt 1636. annum 56. agens.

CAMENECENSIA.

IOANNES CHMIELECKI,
Ensifer Podoliæ.
Dum vixisset,
Regi fidissimus, Patriæ amantissimus, Nobilitati in amoribus, viciniæ æquissimus, subditis non iniurius, bonis omnibus carissimus, sobolis in educatione diligentissimus, Ecclesiæ Catholicæ addictissimus, munificus Parens egentium fuit. Mortuus
Anno Christi, 1450.

Hospes quisquis es,
Gressum siste, oculos erige, animum adhibe.
Illustris & Magnificus Dominus,
D. IOANNES HERBVRTH à FVLSTIN,
Castellanus Camenecensis,
Hic quiescit mortuus.
Dole mortuum, Virtutes iubent, Honores iubent, Posteri iubent.
Gaude mortuum, Casus iubent, Pericula iubent, Miseriæ mundi iubent.

Vel dicam breuiùs,

Vitæ illius dies benè acti, meliùs peracti, iubent,

Dole. Nam mortuus est.

CVIVS

Surgentem ætatem, Pallas cum Musis ob ingenium stupuit.

Crescentem, Turca, Scytha, Suecus propter fortitudinem timuit.

Ingraviescentem, Respub. Senatoris Subsellio propter consilium illustrauit.

Ille mortuus est,

Qui

Pietatem Christianam integrè coluit, Fidem Catholicam constanter tenuit,

Religionem, Patriam, sincerè seruauit.

Dole igitur, & gaude, vtrumque potes, vtrumque debes,

Hoc volebam te scire. Abi, & discè viuere, vt scias mori.

Obijt Anno Domini, 1626. ætatis 58. 7. Octob.

ALEXANDER de RYCHTI HVMIECKI,

Castellanides Camenecensis,

A

Christina de Potok,

Pia vxore, Maritus.

A Thoma, Michaele, Alberto, Ioanna, Catharina,

Liberis Parens.

Ab exteris Nationibus,

Non quas ille, sed quæ illum viderunt,

Septennis Peregrinus.

A Serenis. Vladislai IV. Cubiculo,

Ætate iuuenis, moribus vir, Cubicularius.

A Moschouia

Eiusdem Sereniſſimi miles,

A Doctrina

Maturus Patriæ Socrates.

A Podolia

Spes suæ gloriæ.

A paupertate Religiosa

Liberale penu.

Ab hoc

Ab hoc Sacello
Suus Author,
Hic depositus Anno Christi, 1635.
Ætate 50. die Maij 19.
In tua vita dimidij honorum si conscius es,
Cur adhuc viuis?

Tempori, Æuo, Æternitati.
Nec non optimo Rothmagistro R. M. Cam.
Et Patriæ Ciui IOANNI de Gorki GORKA,
Districtus Varsauiensis.

Fuisse scito hominem, & quod humanum erat, hic religiosè depositisse. Et quem virtus, fortuna, æternitas immortalem fecit facitque, eum mors fecit gloriæ Ciu: Liu: Hung: Mosch: Scyth: Turciæ vmbram. Sed spe frustrata, nam cui vitam rapere voluit, non valuit. Virtus namque post funera viuit. Satis est, Abi, & disce viuere & mori.
Obijt Anno ætatis 82.

LEONARDVS SLONCZEWSKI,
Episcopus Camenecensis.

OCcidit ante suam Leonardus Slonczeuius horam,
Præsule quo fœlix terra Polona fuit.
Quum Patriæ fidus Regiq; fidelis amicus,
Tum Præco sancti doctus Euangelij.
Quæ velut hic homini dotes cita fata tulêre,
Sic vitæ in cœlis præmia digna ferent.
Votis Christe Deus te quæsumus annue nostris,
Si neci confisus concidit ille tuæ.
Obijt Anno Domini, 1400.

D. O. M.
Illustri & Magnifico Domino,
MARTINO à KAZANOW KAZANOWSKI,
GENERE
De Armis Grzymaliorum clarissimo.
PRVDENTIA
In toga Senatoria, primum Castellano Halicien. post Palatino Podoliæ amplissimo.

FORTITVDINE

In sago, Exercituus Regni Duci Campestri bellicosissimo.

MERITIS

Bohuslauien: Zuinogroden: Tlumacen: Predborien: Nisinen.

Capitaneo dignissimo.

FIDE

Bello & seditione Ciuili, & alias semper sensus in Republica optimi tenacissimo.

PIETATE

Bellis omnibus, quibus à puero ad extremam vsque senectam vel interfuit, vel præfuit, in quibus victoriarum, vel socius, vel author fuit, vt potè Liuonicis, Scythicis, Turcicis, Prussicis, Moschouiticis, felicissimo.

TROPHÆIS

Ad Thelasinum, Kiercholmum, Auzonam, Lopuschanos, Klusinum, Smolenscum, Moscham Ducalem, Chotymiam, Ornetam, cum victoribus Regibus, & Ducibus suis, ac per se erectis, celeberrimo.

FELICITATE

Qua post Ceczorianam cladem penè solus, è Scythica captiuitate, diuinitùs euasit saluus, & in difficillimis conflictibus, pluribus ipse acceptis vulneribus, viuaci senectæ vltra 70. annos glorioſæ pertrahendæ, & morti naturaliter oppetendæ, est seruatus,

Insigni virtute & scientia bellica,

Qua eodem Duce Vladislaus IV. Inuictissimus Rex Poloniæ,

Smolenscum arcta obsidione liberauit.

Plusquam 100. millia Moschorum parua manu obsedit,

Ex multis propugnaculis in vnum compulit.

Seynum Ducem sui exercitus ad armorum deditionem adegit.

Moschouiæ Imperatori, Victor pacis leges dedit;

Et ab ea parte plenam victoriam retulit,

Regnum accessione tot Prouinciarum auxit.

Ad posteros glorioſissimo,

Omnibus Magno, sibi ipsi minimo.

Et sub proximo lapide exuuias mortalitatis deponenti, Anno Salutis, 1636. 4. Kalend: Octob. piè vita functo, mœsta Proles posuit.

Laticouiæ.

CLarus Lechiadum, clara de stirpe IOANNES GOSLICKI: belli studio generosus in omni

Splen-

Splenduit hic Patriæ, turmis ac præfuit, ipſe
Sceptra tenens, galeas, gladios, Inſignia Martis.
Nec Martem timuit, nec mortem Martis amicam,
Martis amicus erat, ſed mors quæ proxima Marti;
Et ſuffert omnes Heroas Regibus atrox,
Suſtulit hunc Regni cuſtodem, mors vigilauit.
Sed vos, ô Iuuenes Domini, qui ſomnia amatis,
Nec non Belligeri mortem Martemque timetis,
Diſcite quæ geſsit, precibus perfundite funus.

Jn Buſco.

BARTHOLOMÆO NARAIOWSKI,
Quem
Clara indoles & Paternus ſanguis,
Poſt exactam liberali otio adoleſcentiam,
Duriſſimis in Pruſſia Ruſſiaque bellis,
Inuictiſſimum Tribunum militum exercuerat.
Sed mors naturæ debita,
In medio ætatis curſu, pro S. R. M. ac Patria ſalute, glorioſum
deuotum victorem in acie proſtrauit, Anno D. 1630.

IOANNES CHARITANOWICZ
Vexillifer Nouogrodenſis,
Obijt Anno Chriſti, 1582.

Non me delectant vani monumenta Poeta,
Qui Decios, Curios, Æmilioſq; canit.
Sunt ſua Sarmatico propria ornamenta Quiriti,
Non deſunt nobis Æmilij, Decij.
Hic libertatis cuſtodia vendicat omne
Punctum: virtutem ſuſcipe, diſce, cole.

NESTERVARIENSIA.

Jn Tabula argentea.

Perennitati Sacrum.

ADAMVS

ADAMVS DE VSIATIN KALINOWSKI,
Bracłauień. Vinniceń. Lubeceń. Loiou.

Capitaneus.

Religione in Deum, amore in Patriam clarus.

Cuius bellicam virtutem,

Otthomanicæ, Scythicæ, Sueticæ, Coſacorumque Phalanges ſuo malo expertæ ſunt, & gemuerunt.

Debellare hoſtem ſemper nouit, vinci nunquam,
Decies in prælio victor trophæis reportatis.

TIBI

ADAMO KALINOWSKI,

Olim Magno in finibus Regni Capitaneo,
Nunc Fundatori munificentiſſimo.
Quia Aquilam Regiam protexiſti,
Quia Patrios hoſtes extinxiſti,
Quia inimicis tuis pepercisti,
Quia Catholicam Fidem ad limina Otthomanica feliciter extendiſti.
Quia vitam cum morte pijſſimè commutaſti.
Hoc immortalitatis monumentum vouemus & reddimus.
REGNES CVM CHRISTO IN ÆTERNVM.

D. O. M.

Laceſſita mors inter arma
Pacatum domi ſuæ
Lethali conſumpſit pleurytide.
Illuſtriſſ: & Magnif: Dñ D. Adamum de Huſiatyn Kalinowſki,
Braclau: Vinnicen: Lubecen. Loiou: &c. Capitaneum.

Quem.

Auita generis claritudo ex vtroq; parente vt glorioſi ſanguinis ſic virtutis togatæ & ſagatæ effecerunt.
Pro Deo, Eccleſia, Lege, Patria, Rege.
Contra Oſmanum Turcarum Imperatorem ad Chocimum, Chamum, Cantimirium Scytharum Dinaſtas ad Smankouce, Czartkouum, Haliciam, Leopolim, Burſtinum.
Rebelles Coſacos ad Crucouiam & vrſinas paludes,

Guſta-

Guſtauum Sueciæ Tyrannum ad Derſouiam.
Abaſium Baſam Turcici belli Ducem ad Camenecum,
Decies heroicum obiecit pectus.
Stipatus fortiſſimorum globo militum ductu & ſumptu ſuo
Abſque præmio in terris, ſed non in cœlis.
Erga Deiparam Virginem apprimè deuotus,
Erga clerum & Religioſos munificus,
Erga milites peregrinoſque hoſpitalis,
In ipſo virilitatis flore
Anno ſalutis, 1638 die 2. Maij. Ætatis 36.
Deceſſit.

Illuſtriſſ: & Magnif: Dominus Dux in Wiſniowiec, GEORGIVS KORIBVTH. Caſtellanus Chiouien: id quod mortalitatis habuit, hic depoſuit.
Viator vale, & bene precare.

KORECENSIA.

D. O. M.

CLara ducum ſoboles Olgerdi ſanguine cretus,
Princeps militia & dum vixit gloria gentis,
Lechiacæ, Moſchi terror terroreque fugacis,
Tartariæ, æquales tantum virtute feroci
Exuperans, quantum te Cynthia vincit Apollo
Lumine, vel quantum magno conceſsit Achilli,
Hector Dardanius, vel quis de gente Pelaſga.
Præſidium Patriæ magnum, magnum & incrementum
Victor Moldaui, Tomſſæ, Buſiridis atri
Korecki Samuel, quem Turcis iuſſu Tyranni
Sanguine conſperſum inde heu funere merſit acerbo.
Germani Caroli cura aſt auectus ab oris
Turci, hac exigua exuuias heu ponit in vrna.

D. O. M.

Atauis editus Regibus,

Clarum

Clarum Olgerdi à Stirpe genus.
Clarus Dux in Korec,
Maior ſuis Maioribus.
Primum ob ſuſceptam à ſe Orthodoxam Religionem,
Cuius vbiq; acerrimus propugnator vindex & Parens,
Metropoli in ſuo ducatu Catholici templi fundator.
Cuius inuictiſſimum herois animum,
Non carcer quinquennalis Suecorum immanium infregit,
Non illecebræ exterarum nationum abduxerunt.
Non chariſsima Patria, ciuem mortuum expectauit.
Profuit egenti ſago & toga.
Volhiniæ maturo conſilio prudentiſsimus Caſtellanus,
Contra Oſmanum tetra minitantem.
Aluit plurima centena veteranorum militum,
H V I V S.
Illuſtriſſima Proſapia Samuel & Eufroſina
V T.
Mortalibus immortalibuſq; ſidus Coreccianum luceret,
Hoc trophæum virtuti & gloriæ defixerunt:

In argentea lamina literis aureis inſcriptum.

CAROLVS OLGERDOWICZ KORECKI.
CASTELLANVS VOLHINIÆ.
Depoſuit hic quod mortalitatis erat, ANNA de POTOK POTOCKA, perpetuum monumentum ſibi & poſteris. Dux & maritus reliquit & eſſe voluit.
Obijt Ætat: 30. Chriſti 1623. 4. Maij.
Requieſcat in ſancta pace.

OSTROROGEA.

SANDIVOGIVS OSTROROGEVS.
Sendiuogij Filius.
Palatinus Poſnanienſis.

Hic

Hic ſitus.

Pater eius cum Vitoldo Lith: Duce pugnando contra Tamerlanem Scytharum Tyrannum, trans Pſolam & Sulam, ad Vorſelam amnem, magni animi Vir, pro patria mortuus, in Anno 1309. Filius nominis & virtutis paternæ ſucceſſor, & Vladiſlao Iagelloni, & ſuo Filio Vladiſlao tum & Caſimiro fideliſsimam in omnibus operam præſtitit, contra Cruciferos, Turcas, Bohemos, Scythas, Swidrigelum. Annos natus 60. homo eſſe deſijt: His, qui bonam mortuo precantur requiem, & optime viuant, & moriantur reliquit.

Falleris, ingenuas Artes qui credis obeſſe
Militiæ, & fortis frangere corda viri.
Aſpice me: cuius notiſſima gloria Lechis,
Mars quem ſanguineus candida pax q; tulit.
Oſtrorogum Sendiuoium ſimul iſta celebrem,
Fecerunt, alijs altera pars ſatis eſt.

DOBROGOSTIVS OSTRORogeVS.

Cum Vladiſlao Iagellonide in Hungaria Aquilas Militares duxit, Legatus ad Amurathem Bizantij Turcarum, Regis & Regni rem generoſe egit: ad Varnam cum ſuo Rege grata Deo victima occubuit. Eius virtuti non vnus debebatur triumphus: cuius interitus etiam ipſi hoſti fuit miſerabilis.

Optime Lector vale.

Fama Dobrogoſti pulcherrima gloria Lechi.
Oſtrorogij in gratâ poſteritate nitet.

STANISLAVS OSTRORogeVS.

Palatinus Caliſſienſis.

Vir acris ingenij, in Hungaria Iaurinum expugnauit. Inter Caſimirum Polon: Regem, & Podebranſcium Bohemum rem feliciter peregit. Quatuordecim Expeditionibus bellicis clarus. Vladiſlai Regis Sororem Ludouico Bauaro coniugem futuram deduxit. Ad Fridericum Imperatorem, ob fœdus percutiendum, Regis nomine, ac Filiam eius Filio Regis Vladiſlao, & viciſsim Imperatoris Filio, Caſimiri Filiam deſponſauit: plenus virtutum erga Deum & Patriam, plenus gloriæ & annorum obijt.

PEr te Sarmaticæ traductæ ad fœdera Gentes,
Exceſſit noſtris Theutoq; ſæuus agris.
Non benè cum coleret vicina Bohemia pacem,
Te ſtetit incerta conciliata fide.

Vexabat fines Lithuanus, Podolicaq́ rura
Poscebat, lis hæc te duce secta fuit.
Regibus & pactæ veniunt in fœdera sponsæ.
Hæc tibi dexteritas, tanta fuitq́ fides,
Mox Vladislao, quem ad Regna Bohema vocaras,
Hærebas socius consiliȝ atq́ viæ.
Prussia quin etiam fidei se credidit vltro,
Illius virtus sic & in hoste placet.
Quid tollis studium armorum Mars perfide, palmas
Quis tot habet bello, quot tulit iste togæ?

IOANNES OSTROROGEVS.

Castellanus Medirecensis.

Pace cum Cruciferis, adnitente Rudolpho, Episcopo Lauatinensi, Pauli II. Romanor: Pontificis Legato, constituta, Orator, cum Vincentio, Episcopo Culmense, missus ad Sanctissimum, re feliciter gesta, Poloneq́ue nomine ac gloria aucta,

Domi obijt.

ARmis Roma potens, cultrix eademq́ Mineruæ,
Obstupuit vires, Musæ geniumq́ Polonæ.
Atq́ ait: en etiam non dedignata Triones
Romana est gelidos Arctonq́ habitare Camæna.
Et nostræ iam aptata togæ fora terret & vrbes
Atq́ eadem lites secat, & sua iura Polonis.
Reddit, & ad cultus sese componit amicos.

STANISLAVS OSTROROGEVS.

Comes ab Ostrorog.

Castellanus Calissiensis.

Ad Concilium Lateranense, à Summo Pontifice. Iulio III. indictum, & à Leone X. continuatum, missus fuit à Sigismundo I. Rege, cum Archiepiscopo Gnesnensi, Ioanne Laski: Sponsam ex Italia Regi adduxit. Masouiam tumultuantem, & ad Ciuile bellum vergentem, ex vnanimi sententia composuit.

Ornasti Patriam officiis, præconia laudis,
Non dubia hinc etiam clare Senator habes.

IN ECCLESIA SREDENSI.

AMBROSIO PAMPOWSKI.

Palatino

Palatino Siradienſi.

DFbuit Ambroſius Patriæ laus maxima Regni
Has miſeras fati non ſubijſſe vices:
Strenua dextra fuit, mens ſemper conſcia recti,
Digna ſimul ſpecies corporis, imperio.
Quem mirata fuit Roma. & mens Appula quando
Militiæ tulerat fortia ſigna ſuæ,
Quique Magiſtratus & ſummos geſſit honores,
Iuſtitia, ingenio, religione fide.
Obijt Anno Chriſti, 1571.

BYDGOSTIÆ.

SI laus eſt ſocium à belli ſeruare parentes,
Defenſo maior gloria Rege venit.
Namque vbi Caſimirum bello vincere Prutheni,
Ac defenſa Regem circuireq; manu.
Defendi trepidum, incolumemq; ex hoſte reduxi
Choynicij campus, Bydgoſciamq; tuli.
Me tamen huc tumulo ſorpſit merſitq; profundo
Mors inimica malis, mors inimica bonis.
Sed virtus viget, eruduntq; mea acta Polonos,
Quo Regi haud debent corde placere Deo.

COSTENI.

MATTHIÆ DE BNIN OPALINSKI,
Patri mortuo Anno M. D. LVIII.
Heduigi de Lubraniec Matri,
Andreas de Bnin Opalinſki,
Supremus Regni Poloniæ Marſchalcus.
Maioris Poloniæ Generalis Srzemen. Lezayſcenſiſque Capitaneus,
Filius, pio ſuccenſus affectu poſuit.

BRODNICIÆ.

Hic ego Sarmatica Catharina ex Gente quiesco,
Gorkana insignis vera propago Domus.
Me genuit Comitum magna de Gente Polona,
Hæc Stirps Sarmatico quæ benè nota solo est,
Tradita præstanti post sum virtute Marito,
Działynski Raphael fœdere iuncta Thori.
Vnica progenies ex me relictus alumnus,
In quo Działyniæ est spes generosa Domus.

OPATOVIENSIA.

CHRISTOPHORVS DE SZYDLOWIEC,
Castellanus & Capitaneus Cracouiensis,
Regni Poloniæ Cancellarius,&c.&c.

Vir pietate & singulari prudentia insignis, cùm ita omnia in vita componeret, vt mortalitatis sẽper memor esset, monumẽtũ hoc, quod cineribus suis imminet, viuens fieri fecit. Mortuus est autem Anno D. M.D. XXXII. die penultima Decemb. ætatis verò suæ LXV. collachrymantibus vxore, liberis, & Amicis dulciss. fidelissimis quoque familiaribus.

ZOPHIA à TARGOWISKO,
Castellana Cracouień.

Mater charissimæ filiolæ Annæ, ex pietate posuit.
Anno Domini, M. D. XXXVI.

LVDOVICO NIC: FILIO SVO,
Vt flosculo.

In spem charissimæ Domus suæ exorto, ac Anno post extincto, Parens pientissimus, Christophorus de Szydłowiec, Palatinus & Capit. Crac. Regni Pol. Cancellarius posuit.
Anno Domini, M. D. XXV.

Specta-

Spectabilis & Magnificus Dominus, D. Christophorus de Szydłowiec, in Czmielow & Magna Opatow, Castellanus & Capitaneus Cracouiensis, Regni Pol: Cancellarius, Parens Sigismundo secundo genito filio anniculo dolens posuit.
Anno Domini, M. D. XXV.

Spectabilis Dominus Christophorus à Szydłowiec, in Czmielow & Magna Opatow primus Dominus, Palat. Capitaneusque Cracouiensis, Regni Poloniæ Supremus Cancellarius, memor beneficiorum, quæ in eum Georgius Archiepiscopus Strigonen. adoptiuus & desiderabilis frater, ante viuens, & iam iam moriturus contulit, legauit enim ei testamento auri & argenti vim non contemnendam, mortuo aram hanc erexit, & perpetua Sacrificia instituit, sed hæc omnia fusiùs literæ erectionis habent posita. Anno Domini, M. D. XXVII.

Generosus D. IOANNES GRABOWSKI, in Sternalice Hæres, olim Vice-Capitaneus Grodecensis, vir in pietate Christiana eruditus, vitam suam gerens in re militari in locis Illustriss. Dominorum, primo Fœlicis à Sremsko, Palatini Plocen. deinde Ioannis Christophori, Comiti à Tarnow, Castellani Woynicen. Nic: à Mielec, Palatini Podoliæ, post verò domum suam reuersus est, & hic Opatouiæ in Medicinis vltimum diem finiuit. Anno Domini, 1583. ætatis suæ 60. Post annis verò viginti tribus, Generosus Dominus Christophorus Grabowski, filius mœstissimus, Parentem suum charissimum, in hoc Sacellum & nouum monumentum extructum transtulit. Vnaque filiolum suum charissimum Ioannem in annis 5. ætatis eius defunctum hic posuit. Anno Domini, 1605.
Requiescat in sancta pace.

D. O. M.
Et suæ Almæ Genitrici Virgini MARIÆ.
Spectabilis Dominus D. Christophorus de Szydłowiec, Palatinus & Capitaneus Cracouiensis, ac Regni Poloniæ Cancellarius, Aram hanc fundauit, & has imagines dicauit.
Anno Domini, M. D. XXV.

THOMAS RACZVLSKI.
Vicescholasticus Opatouiensis.
Et magni meriti Presbyter.

Fuit

Fuit homo annis LXXI.
Humus fit anno M. DC. XXVIII. die 13. Martij.
Piæ memoriæ & amoris ergo Rñdus Dñus Mrozek executor erexit. Amice Lector hanc tabulam inspice, & vbi ipse esse velis pie precare sibi,

---

DEI OPTIMI MAXIMI AD LAVDEM.
Iacobus Raiecki Canonicus Ecclesiæ Collegiatæ & Præpositus Hospitalis Opatouien: Venerabili Francisco Opatouien: eius Ecclesiæ Canonico, Parocho Liasocienfi viro pietate, religione, temperantia exemplari, vita insigni, Fratri suo Anno Dñi, 1623. Iunij 23. hora 4 annum agens 80. piè in Christo obdormiuit, hanc tabulam in pignus amoris fieri curauit.

Venerabili Domino Ioanni Smisicio Vicescholastico olim Opatouien: Presbytero in officio suo vigilantissimo, de Ecclesia hac Opatouiensi benemerito, Qui diem clausit Anno 1630. die 9 Iunij. ætatis suæ 62. Executores testamenti hoc monumentum posuerunt.

D. O. M.
FLORIANVS PILTOWSKI.
Scholasticus Opatouiensis meriti magni ac pietatis presbyter, laudabilem vitæ suæ cursum in Domino consummauit. Anno Domini, 1601. ipso die Purificationis B. M. Virginis hora 19. ætatis Nonagesimo, sacerdotij quadragesimo. Amoris & piæ memoriæ ergo Paulus à Kowale Plebanus Lagouiensis erexit hanc tabulam. Si quando candide Lector inspicias, animæ dic, *Miserere DEVS.*

Venerabilis Pater Dominus Petrus à Glawicz Ecclesiæ huius ab Anno Domini 1519. Scholasticus ac in Vlostow, Olborz curatus, hoc Sacellum funditus renouauit & ampliauit, testudine operuit, altare imaginibus consecratione stallisque decorauit, Scholam muro struxit, Missas & Anniuersaria ibidem celebranda proprijs sumptibus fundauit. Hic tandem depositus Anno 1554. ætatis suæ 84.
Vtinam in sancta pace quiescat Amen.

D. O. M.

D. O. M.

Posthumæq; memoriæ.

Famati ac Spectabilis Domini Valentini Wasniowski Aduocati Opatou: religione, pietate, moribusq; clarissimi, cuius dum viueret, dexteritati & fidelitati Illustrissima Domus Illustrissimorum Ducum in Ostrog & Zaslaw subscripsit iurisperitiam, ingenium & iudicium Aduocatiale, subsellium probauit, laborem & eloquentiam, publica Opatouiæ vtilitas, collaudante etiam ipso Sereniss: Vladislao IV. Rege Poloniæ, experta est. humanitatem amorem & liberalitatem necessitas amicorum, vicinorum, & egenorum, sensit, tandem de Deo amicisq; benemeritus viræ suæ diem clausit vltimum 18. Iulij. Anno Domini, 1638. ætatis suæ 49. ad hanc Basilicam sepultus quiescit.

Elisabeth coniunx mœstissima marito suo lectissimo DD.

Tu pie Lector animæ illius æternam precare quietem.

Non potest male mori qui bene vixit.

Honorabili Domino Martino de Oswieczin Altaristæ & quondam Vicecustodi Ecclesiæ Collegiatæ Opatouiensis, qui anno salutis nostræ 1599. in Mense Ianuario, in Dño vitam cum morte commutauit, cui Domini testamenti Executores hoc monumentum posuerunt. Oretur pro illo.

D. O. M.

Hoc tegitur Sepulchro Venerabilis Andreas à Radomskie Palmetius, Ecclesiæ in Magna Opatow Vicedecanus, qui pro reparatione collabentis Ecclesiæ istius, florenos bis mille quingentos testamento legauit, & septuagenarius migrauit ad Dominum, die xiii. Aug: A. D. M. DC. XXVIII. Tu Lector amice requiem pijs Manibus precare sempiternam.

Generosus Balthasar Sobek de Suleiow Capitaneus Solecensis & Ciązensis, Nobili Marinæ coniugi charissimæ posuit, mortua est autem, Anno Domini, M. D. XXX. tribus filijs vti flosculis, & mariti desiderio post se relicto.

Heus Viator.

Hoc Marmor ossa Sigismundi tegit,

Famam detegit.

Quem

Quem.

Lanckoroniorum & Komorouiorum, Paterna Maternaq; Domus, domi fecit conſpicuum, foris celebrem, adoleſcens in Tranſyluanica, iuuenis in Regia Poloniæ aula gratus fuit, Miaskouien: primum Præfectura ornatus, mox in militia tribunus equitum factus, multis affecto hoſte cladibus, dum ad Bereſteczko Tartaros inuadit, & peruadit, Heu nimis ſanguinis hoſtilis auidus, ſuum effudit, ô non degeneres poſteri non aliter defuncti, Manes placabitis, niſi eis quotannis Scythico ſanguine litaueritis, cecidit die 29. Iunij. A. D. 1651. Sophia in Ryki Lanckoronska effecta Miaſtkowska coniugi merentiſsimo mœrens fieri fecit.

D. O. M.
Ac Poſteritati.

Generoſa, pia, ac manſueta Fœmina Heliſabeth, Filia olim Generoſi Floriani Lupinski, Conſors verò Generoſi Ioannis de Łowcow Molędæ chariſsima, ætatis ſuæ annis viginti duobus expletis, ex his autem triginta tantum & octo dies, matrimonio collatis, ante matrimonium adhuc initum aliquot dierum ſpatio incantationibus & maleficijs ligata, per eademque extincta plurimorum, ſed inprimis mariti ſui mœſti funeſtata lachrymis, hoc lapide ſuos clauſit puluere, cuius memoriam dum recolligis, iuueni commiſerere viduo, illi verò æternam ptecare ſalutem Viator.

Anno à Chriſto Nato, 1621. die 31. Menſis Martij.

D. O. M.
NOBILIS SEVERINVS LIPOWSKI,
Puluis & eſca vermium.

Cum chariſſima ſibi Coniuge Nobili Heduigi de Bidziny, viuente annis quinquaginta, die verò 28. Iunij, Anno 1644. demortua, quidquid mortalitatis habuêre, hic depoſuerunt. Viator, animabus peccatorum benè precare, & memento iudicij noſtri, ſic enim erit & tuum. Vixit annos 60. moritur in Villa Mydłowiec, die 20. April. Anno Domini, 1646.

MIECHOVIENSIA.

IOANNES ŁVBIENSKI gente Pomianus è Palatiinatu Siradienſi,

enſi vetuſtæ nobilitatis ſplendore clarus, cuius Maiores è Iaruntorum & quæ eiuſdem ſtirpis fuit Nicuieſciorum familijs orti Equeſtri dignitate floruerunt, ipſe ingenti bonitate, Patrij iuris notitia, pietatis & Orthodoxæ religionis ſtudio, cæteriſque virturibus Viro nobili dignis, præſtans meruit, vt ab omnibus amaretur: quippe qui re ſua contentus, nemini moleſtus eſſe voluerit. Moritur in Pago Wrocimirienſi Conuentus Miechouienſis. Sexto Idus Septembris. Anno Chriſti M. DC. XVII. ætatis XLVIII. Albertus Sredenſis, Matthias Miechouien: Staniſlaus Gneſnen: Præpoſiti. Regijq; Secr: Martino Societatis Ieſu Preſbytero collachrymante, germani Fratres, Fratri optimè merito, figendũ curauerunt.

Reuerendiſsimus SIMON TVRSKI Præpoſitus Miechouien: Generalis Anno 1609. electus, Vir magna authoritate, doctrina, iudicio, pietate in Deum, benignitate erga proximum, alijſque virtutibus ornatus: cum ad obtentam Præpoſituram aduenit, omnia diſtracta & deſolata inueniens, ruinanſque inſpiciens, has omnes ſumma cum lætitia ac maxima diligentia reſtaurare, & de fundamentis erigere curauit, præſertim Cellas, totamq; Domum muratam ſufficientiſsimè ædificauit. Campanile, quod ſuo pondere graue damnum non modo templo, verùm & toto Conuentui indicaſſet, illud ſummo operariorum periculo impenſisque non poſtremis, de nouo reſtituit. Veſtimenta hyemalia pro Patribus & Fratribus, Pauperibuſque Xenodochij Miechouienſis pelliceos in Molendino Przeclauienſi fundauit. Tandem ſenio confectus vitam quietam feliciter finiuit. Anno Domini, 1611. in Feſto Exaltationis S. Crucis, cuius animæ Deus propitius eſt. Hanc memoriam Staniſlaus Zaleski Cuſtos Conuentus Miechouien: amore fraterno erga illũ dedit.

Generoſo Domino FELICI ŁVGOWSKI in Mathezen hæredi, Terrarum Ruſsiæ Teloniorum Præfecto, ac tempore Vacationis Leopolienſis, Craſnoſtauien: Chelmen: Tiſzouicien: Zamechenſiſque Capitaneatuum Adminiſtratori, relicta vxore ſua chariſsima Generoſa Dorothea, Filia Magnifici Domini Niaolai Czikowski Caſtellani Sandecenſis Capitanei Sanocen: ex ea in cunabulis infante filio procreato, in Iadowniki Villa eiuſdem Monaſterij mortuo. Die 22. Decembris. Anno Domini, 1525. Reuerendus Dominus Simon Ługowski, Præpoſitus Miechouien: Generalis Cracouien: Poſnanien: Canonicus, Chęcinen: Zbieczinen: Lukouienſis, Tuchouien: Strozycen: Koſſoczycenſiſq; Plebanus, Sereniſsimi Dñi Sigiſmundi Regis Poloniæ Secretarius, & eiuſdem Regni theſauri Archinotarius, Fratri ſuo germano hic humo condito, mæſtus poſuit.

Quieſcit hic Gñoſus Dñus IOANNES de Polaiowice STASZKOWSKI,
Nobilis & antiquæ Familiæ proles

Hic religionis ſpeculum
Hic pietatis auitæ exemplar
Hic virtutis militaris robur
Hic liberalitatis in egenos ſpecimen
Hic mores quos imiteris: habes.
Vixit annos LXX. Moritur 5. Aprilis. Anno Domini,
M. DC. XVII.

Nobilis ALBERTVS POPLAWSKI à Rudpoplawy ex Terra Lukouienſi quieſcit hic: qui primis ætatis annis domo Paterna relicta, cum multos annos in ſeruitijs olim Magnifici Domini Hieronymi Buzenski à Buzenin Caſtellani Siradien: &c. conſumpſiſſet, relictis Filijs tribus, Staniſlao, Ioanne, & Chriſtophoro, &c. ad vitam beatiorem migrauit, Vir bonus, nemini moleſtus, immò de omnibus bene meritus, & qui cœlo magis quam terræ vixit, habens annum 67. in hoc Oppido Miechouien: Die 5. Aprilis. Hora 10. Anno 1608. è viuis diſceſsit.

Generoſus D. IOANNES de Turobola TVROBOLSKI, Gente vetuſta, cognatione plurima, amore in Deum, pietate in Patriam profuſiſsimus, hic quieſcit.

Qui

Libertatis ſtudioſiſsimus à prima iuuenta artibus bellicis deditus,
Heu quantus in armis & viribus Zbarazicis!
Bella Scythica,
Sub ſignis Illuſtriſſimi Caſtellani Kijouienſis,
Nec non Illuſtriſſimi Comitis à Wiſnicz,
Supremi Regni Marſchalci,
Ditiones Coſacorum Zaporouienſium feliciter tulit ac perfecit.

C V I

Fata in prælio benigna, in aſſequēdo pro virtute præmio aduerſa extitêre.
Abi Viator, & dole vicem proximi ſui ſemper.
Dixit Fatis Vale, Miechouiæ 14. Februarij.
Anno Domini, M. DC. L.

Inſcriptiones ad Statuas pictas.

Venerabilis vir STANISLAVS STOICONIS Xiąznen. Decretorum Doctor, Ordinis Canonicorum Sanctiſsimi Sepulchri Domini, Conuentus Miechouienſis Præpoſitus Generalis, vitâ & ſanctis moribus (quemadmodum

modum Annales MSS. Conuentus Miechouienſis teſtantur) plurimum coruſcans ſpecialiter in Priuilegio morum & virtutum cacumine, ſicut lilium inter ſpinas odorem exempli boni reliquis Fratribus ſpirans, claruit in ſancta Religione perſeueranter. Eccleſiæ & Conuentus S. Heduigis Stradomiæ principalis fuit dotator. Hic dum Monaſterio Miechouien. annis 15. non minùs laudabiliter quàm ſanctè præfuiſſet; tandem annorum vitæ ſatur, in æternam requiem à Domino vocatur, Anno Domini, 1395. Succeſſorem accepit Michaelem de Radomsko.

TIBVRTIVS IASKŁOWSKI, Gente Radwan, Cœnobij Præuorſcen. poſt Gneſnen. Canonicorum SS. Sepulchri Præpoſitus, ac per Maiorem Poloniam Prouincialis, vir ſui abnegatiſsimus, annos pluſquam centum in rigoroſa agens parſimonia, canabea cilicium æxequante ſemper vtens camiſia, cæcutire oculis, vt acutiùs animo ſpeculetur, cæpit: tandem tenebris mortis inuolutus, Anno Domini, 1629. à nobis videri ſed non deſiderari deſijt.

FELIX SCARZESOVIEN. ex Conuentu iſto Præpoſitus Lezayſcen. Eccleſiaſtes ſui temporis ſimplex quidem, ſed præferuidè Spiritualis, Oeconomus planè mirabilis, expendebat plurima, percipiebat pauca, vt multi non iniuria ſuſpicarentur, miraculosè ſibi ſumptus ad decorem Domus Dei ſuppeditari. Obijt Anno Domini, 1635. Nouemb. 23.

ANDREAS ISKRZYCKI, Sacræ Theologiæ Licentiatus, Wiſſegradien. & poſt Wrocimouien. Præpoſitus, qui cùm annis pluribus ſtudiũ Philoſophicum & Theologicum Conuentus ſui rexiſſet, ob egregias dexteritatis dotes, & altiorem literaturam, ac naturalem fermè Latinæ Linguæ vſum, ad Sereniſsimum Archiducem Auſtriæ, Epiſcopum Vratiſlau. tum Illuſtriſsimum Comitem de Palocha, Vngariæ Palatinum Generalem, in arduis Ordinis ſui Canonicorum SS. Sepulchri negotijs, ab Eminentiſſimo Andrea Cardinali Bathoreo Generali ſuo Legatus, omnia ex voto confeciſſet, grata poſteritas poſuit, Anno Domini, 1638.

ANDREAS PETRVS RACKI, Philoſophiæ & S. Theol. Doctor, in Academia Cracouien. Publicus Profeſſor, poſt Conuentus Miechouien. Canonicorum SS. Sepulchri, ad S. Barbaram in Circulo Cracouien. Præpoſitus, & Eccleſiæ primariæ B. Mariæ Virginis Concionator Ordinarius, Mathematicæ reconditioris diſciplinis adeò delectatus, vt cùm ſecretis naturæ medijs pleraque artificiosè miranda confeciſſet, Magus vulgò vocitaretur. Iuuenili quidem abreptus impetu, cùm penè ſe cariora prodegiſſet, celeriter rurſum exemplo ſui Agnominis Apoſtoli, petræ perfectionis ſolidum infixit gradum, in eoque firmiſsimè conſtitit vſque ad an-

num 1593. Stanislaus Racki, eiusdem Conuentus & Ordinis Generalis Custos, Auo suo posuit. Anno Domini, 1654.

LEONARDVS SLONCZEWSKI, de Armis Koscieſza, S. Th. Doctor, ex Conuentu isto S. Heduigis ad Cracouiam Præpositus, tum Ecclesiæ Cathedralis Cracouien. & post Sigismundi Augusti Concionator, Aulicus disertissimus: demum Episcopus Camenecensis, & Regni Senator amplissimus. Vixit A. C. 1551.

ACHACIVS à Grochowce GROCHOWSKI, Episcopus Luceorienſis, Generalis Miechou: Præpositus, Conuentus istius, quem sibi plurimis deuinxit beneficijs, quâ aucto penu braseatorio, templo, & curritorijs, pauimento stratis amoris gratia grata posteritas posuit, Anno Domini, 1653.

MATTHIAS LVBIENSKI de Armis Pomian. Conuentus istius Generalis Præpositus Professus, post ex Chelmensi, Posnanicnsi, Vladislauiensi Episcopo, Gnesnensis Primas, Primusque Regni Princeps, ætatis suæ 85. Anno Christi, 1651.

THEOPHANES Dei Gratia Patriarcha Sanctæ Ciuitatis Hierusalem, Syriæ, Arabiæ, Canagalileæ ex vtraque parte Iordanis totiusque.

Hic legitimus legitimæ Sedis Apostolicæ, Diuique Iacobi Apostoli Successor, & viuifici Sepulchri Domini & Saluatoris Nostri IESV Christi vigilantissimus Custos, Deo in Europam directus Ecclesiam Orientalium Catholicam Anno D. 1620 visitauit, restauraut, legitimè ordinauit, & confirmauit.

SAMVEL NAKIELSKI, S. Theol. Doctor, Cracouiæ S. Heduigis ad Pontem Regium Præpositus, Conuentus istius & S. totius Canonici Ordinis Historiographus politissimus, Antiquitatum Ecclesiæ Patriarchalis Hierosolymitanæ, Clericque eius ab æuo vsque Apostolorum indagator solertissimus,

ætatis suæ 66. Anno Christi, 1651.

TVRO-

TVROBINIÆ.

Dum lapidem huius Monumenti legis.
Et sui Lector sis memor momenti.
Sepultum scias Alexandrum à Zaporze Zaporski.
Vetusta familia, sed & suis meritis & virtutibus clarum.
Vna cum sua Consorte Catharina à Brzezie.
Quibus pijssime qui viuis vt apprecceris requiem, idem breui desideraturus vide.
Mortuus Anno 1616.
Hoc Monumentum mœsti filij desideratissimis Parentibus posuerunt.

Hoc in sepulchro clauditur Generosa Anna à Smigrod Suiduina, orbata vitali spiritu. Cui lector apprecare æternam requiem.

CRASNICENSIA.

D. O. M.
IOANNI GABRIELI.
Comiti à Teczyn,
Palatino Sendomirienſi.
Curiæ Maiestatis Regiæ Marſalco.
Capitaneo Lublinenſi & Lelouien.
Viro ingenij præstantia, grauitate, integritate animi, domi forisque clarissimo, ac cæteris Senatorijs virtutibus, fide, iustitia, prudentia, longe ornatissimo.
Qui ab Diuo Sigismundo I. Poloniæ Rege in Senatum lectus, ac splendidissimis honoribus ab eius Maiestate donatis fideliter functus, perpetuo bonus consiliarius fuit, & ad Solimanum primo Turcarum Imperatorem, postea ad Serenissimum Ferdinandum Imperatorem Romanum Vngariæ & Bohemiæ Regem missus, Illustres legationes obiuit, post cuius deinde mortem ita Serenissimum Sigismundum Augustum Poloniæ Regem, Filium eius Maiestatis charissimum, summa pietate & Obseruantia coluit, vt Patrono beneficentissimo tantorum meritorum memoriam egregie præstaret & eius Maiestati fide, studio, labore, consilio, opera, in vllo loco vnquam ad extremum vsque spiritum defuisse agnoscatur.

Staniſlaus Ioannes filius & Comes in Teczyn, Palat: Cracouien: Capitan: Lublinen: Belzen: & Vrzedouien: Patri optimo ac benemerenti poſuit. Mortuus Anno ætatis ſuæ 68. die 21. Maij. Anno vero Chriſti, 1551.

STANISLAO GABRIELI.

Filio, Comitis à Teczyn.
Succamerario Sendomirienſi.
Capitaneo Trębouliensi:
Viro clariſſimo.

Cui conſtantia in Deum O. M. fide, atque perpetua erga omnes Diuos pietate, prædito & Hieroſolimam ad Sepulchrum Dñi, periculosè nauiganti, & multa alia religioſa Diuorum loca ſtrenuè obeunti, Romæ poſtea à Paulo III. Pont: Max: honos Equeſtris gloriæ habitus ac dona ſolenni more virtutis ergo tributa, vita innocentiſsima moribus ac lepore feſtiuo cunctis amabili, nemini nocenti. Ioannes Comes à Teczyn Palatinus Sendom: Curiæ R. Maieſtatis Marſalcus Capit: Lublinen: Lelou: Fratri benemerenti de ſuo poſuit. Mortuus Anno 1550. die 13. Octob: Ætatis ſuæ. Anno 116.

Illuſtris & Generoſæ ſpei proles Martinus de Wybramow Wybramowski S. R. Maieſtatis Aulicus vna cum Luca & Thoma germanis.

QVOS

Vetuſti generis claritudo & vtroque Parente vti generoſi ſanguinis filios tres monſtrarat, ſic propria dexteritas ſagatæ virtutis glorioſos effecerat.

QVI.

Pro Dei honore amoreque Patriæ.
Contra Oſmanum Turcarum Imperatorem ad Hotymum Scytharumque Dinaſtas fines Regni incurſantes, non ſemel heroicum obiecere pectus.

QVIBVS.

Parcæ præpetis cupidæ mortis ſi non inuidiſſent, magnum decus Patria vidiſſet, vix enim viuere edocti ſuis cogũtur concedere fatis.

Hoc vnum remigantes.

Quod illis mortale natura conceſſit hoc reliquerunt loco.

Pro his.

Lector beneuole Diuinum exorare non debes ceſſare numen.

D. O. M.

D. O. M.

ANNÆ A CHOCZEW.

Petri Bal Succamerario Sanocen: Heduigiſque de gente Tarlea Filiæ Matronæ lectiſsimæ. Georgius à Drzewica Ciołek percaræ vir coniugi quo cum annis amplius 12. incredibili animorum conſenſu ac citra omnem quærelam degens ſex eum liberorum propagine cumulauit. Marmor hoc lugubre fidei coniugalis ac memoriæ ergo mœrens indolenſque locauit. Quæ curriculo vitæ annis 32. confecto naturæ debitum perſoluit. Æræ Chriſtianæ Anno 1632.

Illuſtris Dominus IOANNES BAPTISTA, TENCINIVS Comes, Palatin: Belzenſis, Præfect: Lublinenſis, Genere, animi magnitudine illuſtrauit & virtute extendit.

CVM QVO

Breuis ætas & ſumma gloria, Aula & Regina Fortuna, & conſtantia dimicarunt.

Sed parantem magna, Momentum vitæ deſtituit & ad monumentum perduxit. Ora hoſpes, & lege tuum in alieno momentum monumento.

NIcolina cui inſigne fuit cognomen Auitum
Koſla iacet tumulo Andreas recluſus in iſto
Vir pietate vigens morum grauite decorus
In Patriam ſtudio clarus, coſtanſque, fiduſq;
Quatuor hic ætates vixit luſtraque decem
Futurus ſemper cœleſtis incola Regni
Barbara mœſta eius coniunx poſt fata ſuperſtes
Hanc poſuit lachrymas deuoto corde columnam.
Non prius hinc ſurgat donec ſua corpora rurſus.
Efficiet Diuus terræ victricia mortis.
Generoſus Andreas Kosla, Obijt.
Anno M. D. LXXXIX. Quarto Idus Decembris.

D. O. M.

Piiſque Manibus.

Magnifici ac Generoſi Dñi de Wybramow Wybramowſki.

Huic

Si vitam ſcire appetis, fuit nulli Amicorum moleſta, honeſtatis amans. Inui-

Inuictiſsimis Poloniarum Regibus Auguſto, Stephano, & Sigiſmundo III. pergrata & amabilis.

Cui.

Generoſus Dominus IOANNES de Wybramow WYBRAMOWSKI Dapifer Terræ Belzenſis, S. R. Maieſtatis S. vt Nepos ſui Aui amantiſſimus, in æternam obſeruantiæ teſſeram, hoc Epiceleuſma poni curauit. Moritur Anno Domini, 1632.

D. O. M.

Pioque cineri.

Magnifici ac G. D. ADALBERTI de Wybramow WYBRAMOWSKI.

Qui

Auitam vetuſtiſsimæ Poraiorum Familiæ Roſam, ſuis claris in rubicundo Bellonæ campo geſtiens condecorare meritis, tam in Polonia ſub auſpicijs Inuictiſsimorum Auguſti, Stephani, & Sigiſmuudi III. Poloniæ Regum, tam in Vngaria, eiuſdem vberrimos, cum contra Turcam infractum oppoſuiſſet pectus produxit fructus.

H V I C.

Amoris ergo & ſummæ in ſuum Auum obſeruantiæ Generoſus Dominus IOANNES de Wybramow WYBRAMOWSKI Dapifer terræ Belzenſis S. R. Maieſtatis Secretarius. Nepos amantiſsimus hoc Monumentum poni curauit.

In Tabella ad Tumbam.

Vrnam vides Viator.

In qua non iacenda alea.

Sed iactæ lucrum & quæſtus aleæ

Continetur.

ANDREAS COMES TENCINIVS

Palatinus Cracouienſis

Æternitate digniſſimus Senator,

Hic ſitus eſt.

Cuius inuicta vis animi, & fortia facta Tartaricis, Pruthenicis, Moſchouiticis, Turcicis, & Vngaris bellis enituere. Hominem mors extinxit, Anno ætatis 63. ſed extinxit vno in homine multas virtutes Artis bellicæ ſcientiam eximiam, illuſtrem facundiam, perpetuam in omni vita moderationem, denique pietatem in Deum, humanitatem in omnes homines mirificam, ſed in viros militares præcipuè ingentem liberalitatem, quæ ſublata ex oculis vigebunt in animis memoriaque multorum, deceſsit ſterilis.

ANDRE-

In Vexillo.

IOANNI TENCINIO.

Castellano Cracouiensi,

Cuius pius affectus ad Christum Saluatorem & B. V. Mariam, loco Epitaphij, in Sepulchro exprimitur,

Mundi fortuna, Regni curæq́ labores,
Et mortalis honor, gloria, lauſq́ fugax.
Solicitent alios, me me bone, me pie Chriſte,
Me tua conſeruet gratia, me foueat.

AD B. VIRGINEM MARIAM.

Cœleſtis planta precioſior omnibus vna,
Quæ fructum ferre digna ſalutis eras,
Hanc animam refice fructu ſemper benedicto,
Ventris Virginei fauſta MARIA Parens.

DEINDE AD AMICOS.

Eſte mei memores, mea pignora ſitis amici,
Suffragium lachrymæ ſint, pietaſq́ preceſque.

Obijt 16. Iulij. Anno Domini, 1407.

ANDREAS in Drwalew DRWALEWSKI.

Qua parte mortalitatem geſſit.
In ſpolium ceſſit mortis.
Virtus cœlum ſubijt.
Quia cœleſti propagata alimento
Cœlo creuiſſe debuit.
Cœlo adoleuit.
Non curioſius accedas.
Sed meæ memor ſortis.
Mortuo in quo relegis.
Preces & vota effice.

ANDREAS in Drwalew DRWALEWSKI, ex hoc labaro ad poſteritatem loquitur, nec vero ſe vanæ gloriæ ſed veræ laudis æmulum ſuccedentium temporum iudicio inſinuat. Studuit ille ne gentilitium decus aliquo degeneri imminueret auſu, minus vixit quam virtutis, induſtriæ, ingenij, Generoſæ mentis, conſilia paterentur. Patuit eius religio in Eccleſia, cum non vulgatia liberalitatis inſignia, partim ad ornandam, partim ad erigendam rem ſacram exerceret. Extant in Patriam pietatis argumenta, cum Oſmanicam molem, Moſchouiticam barbariem, Tartari-

taricam impreſsionem, & miles, & militum Ductor ſuſtineret. Namque Zamoſcianam rei gerendæ gloriam præclaro nomini ob ſuam indolem acceptus, obſequio tantum placuit, officio tantum meruit, vt ſibi commiſſam militiam alea deferret, excubiamque laude ſecuritatem pararet. Fidei vero in ſocios & voluntatis in ciues, cuius eſſet, defenſa, aucta exornata, plurimum teſtantur negotia. Agnouit in eo concordiam vicinus, dilexit amicum amicus, obſeruauit humanitatem externus, coluit comitatem domeſticus, probauit liberalitatem fortuna hominum, omnes ſuauitatem morum ſuſpexerunt. Quin vt literarum ſenſum poſt ſe relinqueret, voluit animi ſui obſidem in Academia Zamoſcenſi ſupereſſe; & cuidem vt tantarum æternaque memoria dignarum virtutum ornamenta poſterorum ſæculo extarent, mœſtiſsima coniunx ad perpetuum ſeruatæ cultæque optimæ ſocietatis teſtimonium, hanc vitæ mortalis imaginem dolori ſuo appoſuit, cum luxiſſet mortuum. Anno Domini, 1645. Men: Decembr: 13. ætatis 63.

OLICENSIA.

In vertice templi globo æneo charta Pargamenea cum tali ſcriptione incluſa.

Porrigit ſpectabile Templum ſuam frontem ad Aquilonem, vt Septemtrionis æſtus generoſo ſuſcipiat intuitu. Non illam Catonicæ contrahent rugæ. Non triſtia Lauernarum ſupercilia corrugabunt. Non immanis ac funeſtus Lemurum perfricabit aſpectus. Solido lapide cocta etiam ſaxeis ad pietatem animis dicet huius cuius eſt imago Eccleſiæ fidem, Non perfert Saxi Megarenſis leuitatem, vt ad neruorum vocem ſuo cedat loco. Nam quo magis eſt lapidea eo vitã perenniorem viuet, Non mentitos vnquam inducet colores. Nam veritate ipſa verioris ge.it inſigne fidei, quæ rebelles aperte odit, fronte neſcit occultare ſentẽtiam, & quæ tantam habet authoritatem inſtitutorum ac præceptorum ſuorum, vt ad effrontium noua commenta & inuenta non ſoleat mutare vultum. Gratatur huic fronti perenni marmore Conſtantia. Nec tã in illa viator polita ſaxa & ſilices diſtinctos mirare quam virtutum, quas tibi aditu ſuo propinat panegyrim. Has ergo hic moles non Parij aut Cariſtij montis exciſas iugo intellige, ſed integri animi dotes transformatas in marmor contemplare. Explicat præterea hæc Baſilica frontem vt nunquam occaſuram pietatis gloriam extendat, qua Illuſtriſsimum ALBERTVM STANISLAVM RADZIWIŁ Sacri ROMANI IMPERII PRINCIPEM, DVCEM IN OŁICA & NIESWIEZ M.D. Lith: Cancellarium Pinſcen: Meuen: Caunen: Tucholien: Velonen: &c. Capitaneum, qui nimium dilexit decorem Domus Dei Socijs & Comitibus tam deuoti animi lectiſsimis coniugibsu

iugibus. REGINA ab EISENREICH. in Domino demortua & CRISTIANA LVBOMIRSKA, superstite ad canendum erigat ipsa interim suæ erectionis apud immortalitatem testis quam sortita est, Vicario PETRI, VRBANO PAPA VIII. REGE POLONIÆ & SVECIÆ VLADISLAO IV. Huic igitur fronti erigitur Crux triumphalis quæ inprimis de Sathana per Triumphatorem CHRISTVM Dominum triumphauit, quæ inimicos suos per Constantinum Magnum primum Christianum Imperatorem deuicit, omnesq; ad consummationem vsque sæculi ab omni impetu inimicorum protegit. Per hanc Crucem.

Rex fortis venit in pace
Et DEVS homo factus est.

Triumphabit itaque & perennabit contra omnium etiam hostium impetum. Accessere eidem Suffragia & vota piorum, supplicatio populi deuota, pijssimi Pastoris Reuerendissimi in Christo Dñi D. ANDREÆ GEMBICKI Episcopi Luceor: qui hanc Basilicam affectu deuotissimo dedicauit Deo Vni & Trino, benedixit & consecrauit, in honorem Sanctissimæ Trinitatis B. V. M. totiusque Curiæ triumphantis. Anno 1640. post iactum primum lapidem, Anno Quinto. die 26. Augusti, præsentibus huic Actui Reuerendissimis, Dño IOANNE ZAMOISKI Episcopo Bacouiensi, Dño Zacharia Nowoszycki Episcopo Nicopolien: Suffraganeo Leopolien. Insuper die post hanc tertia 28. Augus: in eadem Ecclesia consecratio per Reuerendissimos Episcopos Luceorien: Bacouien: Nicopolien: noui Episcopi Reuerendi Dñi Nicolai Krasicki in Episcopum Argiuen: Suffraganeum Luceorien: Ad hunc Actum Dedicationis conuenientibus. Illustrissimo Dño Stanislao à Koniecpole Magni exercituum Regni Poloniæ Duce, Illustrissimo Dño Nicolao in Klewan Duce Czartoryski. Illustrissimo Dño Alexandro Lubomirski Comite in Wisnic Capitan: Sendomirien: Nec non Illustrissima Familiæ Ducum in Ostrog Domina CATHARINA ZAMOYSKA Regni Cancellarij THOMÆ ZAMOYSKI consorte. Domina Anna Chodkiewiczowa, Ioannis Chodkiewicz Palatini Vilnen: & Magni Duca: Lith: exercituum Ducis consorte, Fundatrice Patrum Socie: Iesu, in Ciuitate hæreditaria Ducum in Ostrog, & liberalissima Ecclesiarum Parochialium & Regularium Benefactrice. Nec non in præsentia Perillustrium ac Reuerendissimorum Dominorum. Rñdi Dñi Martiani Tryzna Referendarij M. D. Lith: Episcopatus Vilnen: Coadiuto: Præpositi veri & legittimi Olycen: Rñdi Domini Francisci Golanski Custodis Luceorien: cum Capituli protunc Olycen: Prælatorum. R. D. Iacobi Woiakowski Custodis, Thomæ Panecij Cantoris, Dñi Andreæ Suchinski Scholastici I. V. D. Iacobi Idzikowski Canonici Theologi, Iacobi Ignatij Karwocki, Thomæ Botemouij, Ioannis Bitomski Artium & Philosophiæ Doctoris Canonicorum, *Vicariorum*, Martini Praclewicz, Iacobi Oziemkiewicz, Vincentij Łukaszowic, Stanislai Zochowski, Michaelis Lipinski, Stanislai Dzierzek, Alberti Dziadkowic, Martini Domaniewski, Ambrosij Raczynski. Petri

Koſzowski, Andreæ Chromienski, Georgij Sokolowski, quibus pro dote Illuſtriſsimus Fundator aſsignauit bona Terreſtria, ac primum Reuerendo Domino Præpoſito Ciemierzyn & Chromiakow. Capitulo cum Vicarijs Dera & Stawek, Hoſowice & Oderady, Tynne & Czelibe, ſita in Palatinatu Volinien: Profeſſorum item Academiæ & Seminarij Olycen: Dñi Georgij Brzozouicki, Martini Bielec, Iacobi Lang Baccalaureorum *Nobilium vero* aulæ Illuſtriſsimi Patroni & Fundatoris Dñi Alexandri Bartlinski Arcis Olycen: Præfecti, Ioannis Gieſtor Dapiferi Trocenſis, Marciani Brzoſtowski, Caſimiri Rudomina, Alberti Dlugopolski, Chriſtophori Dlugopolski, Alberti Raczynski, Ioannis Bartlinski, Ioannis Kurowski, Alberti & Nicolai Dubiski, Nicolai Teſman, Nicolai Darowski, Caſimiri Curniewicz, Petri Butkiewicz. *Parochianorum.* Michaelis Zawacki, Danielis Falbowski, Georgij Tyminski. *Magiſtratus Olycenſis & Ciuium,* Adami Toczewiecki Aduocati, Valentini Tomanowic. Staniſlai Tochouiecki, Ioannis Rybkowic, Andreæ Dulewic. Conſulum. Staniſlai Kolackiewic, Ioannis Mietelski, Simonis Burgrauij arcis, Alberti Traczewic. Eccleſiæ Cantoris Staniſlai Czerwinski, Martini Proniewic, Simonis Zylewic, Iacobi Niedzwiecki Notarij Ciuilis, Iacobi Slonkowski, *Familiæ Eccleſiaſticæ,* Staniſlai Stachucki, Thomæ Swierczynski, Alexandri Czerwinski, Ioannis Zetkowski, Pauli Slonczewski, Chriſtophori Steſicki, Theodati Syſlak, Ioannis Sokalski, Staniſlai Switalkowski, Gaſparis Karas, Clericorum Minorum Ordinum. *Arrhitectorum,* Famatorum DD. Rechinoldi Beffka Ioannis, Meliuerna Melchioris Leopolitæ lâpidum ſculptoris, Michaelis Walda & aliorum plurimorum. Acta hæc ſunt & poſita Anno à Partu Virginis Milleſimo Sexcenteſimo Quadrageſimo. die 28. Iulij qui fuit dies Sabbati ante Dominicam IX Poſt Pentecoſten dum Crux faſtigio huius Eccleſiæ applicabatur, Incluſa ſunt item Quatuor Euangeliſtarum Euangelia impreſſa. Agnus Dei Cereus benedictus, duo grana incenſi Paſchalis cum quinq; granis thuris benedicti, & ſigillum plumbeum SSmi Dñi Vrbani VIII. Pont: Max: Anno Pontificatus eius 17. His omnibus ſigillum Capitulare ſubimpreſsũ.

In altero globo ſupra pinnaculum Templi.

Exſurgo Apex cui Diuinæ Arcis perpetuo moles victura ſeclo incubat. Ex me cuius terminus domicilij ſim, poſteritas leget, ſuſcipiat globo inſertum ſalutis humanæ labarum. Deo Trino & Vni erectam conijciet Baſilicam, decuit tale eſſe faſtigium Religionis Orthodoxæ quod contra Auentinos temeritatis colles pugnaturum, & in lemniſcatos inuidiæ Alpes fortius acturum inſignes numeraret palmas. Manebo culmen æuitatis gloriæ incoctum ad omnis tempeſtatis liuorem infractum: contundam faſtigioſos. Typhi ſpiritus altius aſcendi, ſed amo demiſſa: quia humilitatis Labarum explico. Solem creſcentis gloriæ occidentem, eo feram intuitu quo ſpectaram Orientem. Date viam ſydera, colligite in ſinum veſtras

ſtras Planetæ copias, ſub vnum contẽdant aſpectum- errantes cœlo faces Diuinitatem cum flammis indutæ, pulſat veſtras ædes Aquilæ apex. Torrido amoris Diuini Auis perfuſa nymbo, me cœlo inſerere cupit. Nota eſt hæc vobis volucris, à qua non vnum iam accepiſtis Planetam. Cum Horizonte ipſius cœlum eſt cognatum. Date viam ſydera, cum nuncio pergere me iuſsit is, qui me ita direxit. ALBERTVS STANISLAVS RADZIWIŁ, SACRI ROM: IMPERII PRINCEPS, DVX IN OŁIKA & NIESWIEZ, M. Duca: Lith: Cancellarius, Pinſcenſis, Meuen: Caunen: Tucholien: Velonen: &c. Capitaneus Trieteride poſt deceſſum Diuino fato REGINÆ ab EISENREICHEN, vita auro perenniori digniſsimæ conſortis ſuæ, poſt ſecundarum Nuptiarum cum lectiſsima laudatiſsimæ Domus Lubomirſcianæ CHRISTIANA coniuge ſua apparatum. VRBANO Papa VIII. Anno ſui maximi & ſummi Pontificatus 17. VLADISLAO IV. Poloniæ & Sueciæ Rege Anno ſui Imperij VII. Diœceſis Luceorien: Epiſcopo ANDREA GEMBICKI, Anno Epiſcopatus ſui ſecũdo. Præpoſito Infulato Olycen: Martiano Tryzna Coadiutore Epiſcopatus Vilnen: Gieranou: Præterea Infulato Trocẽ: Præpoſi: M. D. L. Referend: Eiuſdem Eccl: Collegi: Iacobo Woiakowski Cuſtode, Thoma Panecio Cantore. Iacobo Idzikowski Concionat: Iacobo Ignatio Karwocki Eccleſiæ S. Crucis Præpoſito & Prouiſore. Thoma Bolemouio Pœnitẽtiario, Prælatis & Canonicis Olicen: Martino Braczlewicz, Iacobo Oziemkowic, Vincentio Lukaſzewic, Staniſlao Dzierzek, Staniſlao Zochowski, Michaele Lipinski, Alberto Dziatkowicz, Martino Domaniewski, Vicarijs, Magiſtro Ioanne Bitomski Artium & Philoſophiæ Doctore. Rhetoricæ, V. D. Gregorio Brzozowski. Pòéſeos, V. D. Martino Bielec. Analogiæ. V. D. Lang. Grammaticæ Profeſſoribus, Caſtri Olycen: Præfecto, Alexandro Bartlinski, Viceaduocato Adamo Toczowiecki, Proconſſ: Valentino Tomanowic. Conſulibus Staniſlao Toczowiecki, Iacobo Rimkowic, Iacobo Dulewic. Superſtitibus, præterea famatis viris, Staniſlao Kolackiewicz, Ioanne Sokolowski, Simone Manpiski, Ioanne Metelski, & ijs qui operam mihi eidem Apici conductam quidem liberalitate Principis Fundatoris, ſed non ignauam impenderunt, Rudolfo Beffka Fabricæ Prouiſore, Ioanne Maliuerna Italo Architecto, Melchiore Almpeli Sculptore. Michaele Valda Fabro lignario Germano, Ioanne Baczkowicz, Staniſlao Marlowic, Gaſparo Sangeri artificibus, Alberto Sadowski, Ioanne Grzeſzowicz, Fabris Contarijs. Anno à Partu Virginis, Milleſimo Sexcenteſimo Quadrageſimo. die 15. Iunij. Feſto Diuiſionis Apoſtolorum Hora 2. poſt merid.em.

MARIANNA MISZCZANKA.

Caſtellani Volyniæ.

Filia.

Inter Filios & Mater & Comes.

In hac quieſcit vrna.
Mors.
Ad tumulum præuiam fecit.
Virtus.
Ad exemplum pietatis cenſuerat.
Tali cenſu gaude.
Qui æternitatis pennam demereris.
Non erubeſcit,
Olim Ducali maieſtate grauis
His vrnæ anguſtijs teneri.
Quam genus Orbi, virtus cœlo ampliorem genuit.
Senſerat ſe has ſubituram anguſtias.
Amplitudinem lege.
Hanc enim talis cogitatio extendit.
Fortunæ ſuccumbere neſcia.
Lauream morti conceſſit.
Vt vitam ingrederetur auream;
Huius aditum
Hoſpes apprecare.

NICOLAVS CHRISTOPHORVS
RADZIWIŁ.
Humanitate, comitate, excelſo animo.
Suæ gentis gloriam promouens.
Diſciplinam mortis ingreſſus.
Curioſiori ætati cætera reliquit.
A qua ſpei ſuæ in hoc domicilio
Monumenta expectat.
Non ſua eum indoles.
(Quæ æternitatis curſum excepit)
Hoc incluſit ergaſtulo.
Sed quæ naſcenti inuidit fortunæ.
Fatalis neceſſitas.
Hac interminauit mole.

Vixif-

Vixisset.
Sua luce daret lucem
Scriptoribus.
Quos genitos gauderet factis
Suis.
Ne quæratis præclusum stadium,
Tali mortalia voluuntur vrnâ.
Viuendo morimur.
Parum ille Sarmatico Orbi,
Multum gloriæ & conceptæ spei,
Vixit, cum XXVI. annos.
M. DC. XIV. Anno Reparatæ
Salutis continuasset,
Vt te vouente quiesceret.

Ex cunis
Ad feralem vrnam.
STANISLAVS RADZIWIL.
Deportatus.
Blandus puer.
Ducales recrearat sinus,
Lasciuit & Mors suis lacinijs.
Vt insciũm pelliceret.
Persuasit Tropo Energiæ.
Cum mortalitatem loqueretur.
Sed cumulato dolore.
Excessit modum.
Temperandum fuit,
Vel tempus expectandum
Impatiens.
Vix trimestre sustinuit.
Ne mireris.
Eadem legitur omnibus mortalitas.

Quam

Quam etiam infantes intelligunt.
Et blæſis vocibus
Profitentur.

INFANTEM.
Colligis ex ſitu.
GEORGIVS EST RADZIWIŁ.
Caue quæraris.
Immanem mortis manum.
Quid ſe tàm tenero induit ſpolio
Imbelles & fortes
Pari ſubruit impetu.
Ne hi illis inſultent, illi his illudant.
Ad ornandum ſepulchrum,
Paruas accerſiuit vrnas.
Quæ magnis inſertæ
Blande oculos tenerent.
Regium, etiam cum pueris trochos voluere:
Ne ſeria crudam imprimant auſteritatem.
Ludere par impar
Pridem Mors didicit.

Magnos REGINÆ ab EISENREICH Manes.
Vrna, quam ſpectas, ambit
Clemens audiit,
Vt omnium ſuæ vitæ teſtium teneat.
Lachrymas.
Non quod non debeant ipſi dari.
Sed quia ſuperſtes non expreſſit, mortua non exigit.
Crudeles corde, manu tale vectigal depoſcunt.
Vixit liberalis.
Quam etiam mors in ſoluendo debito
Liberalem experta.

Vt libe-

Vt libero exiret quæstu.
Liberalitati insudauit.
Ingressa hoc claustrum.
Vt quam viua cogitauit mortalitatem.
Mortua custodiret.
Inducias vitæ non petijt,
Cum longiore dignissima esset æuo,
Ne si eam inuita deponeret,
Æternitati non nasceretur.
Sed cum Religionem in Deum
Clementiam in subditos,
Beneficia in singulos
Amorem in omnes coleret.
Satis vixit virtuti.
Votis non satis.

Jn Aula Ducali.

Ad imagines subscriptum.

1. NICOLAVS RADZIWIL, cognomento Primus, Palat: Vilnen: Cancel: Magni D. Lit: Anno ætat: 13. baptisatus. Vixit Annos 99.
2. NICOLAVS RADZIWIL cognomento Secundus, Filius Nicolai primi, Dux in Goniądz & Medella, Palati: Vilnensis Cancel: M. D. Lit.
3. ALBERTVS RADZIWIL Filius Nicolai primi, Episcopus Vilnensis.
4. IOANNES RADZIWIL de Musniki Archimarschalcus M. D. Lit: Anno ætatis 41. Anno Domini, 1515.
5. NICOLAVS RADZIWIL Filius Nicolai secundi, hæres in Cnyschin, Episcopus Samogitiæ.
6. GEORGIVS RADZIWIL, Castella: Vilnen: nec non M. D. L. exercituum Generalis, Grodnensis, Bielscen: ac Lidensis Capitaneus, eiusdemque Ducatus Marschalcus Curiæ. Anno Domini, 1541. ætatis suæ 61.
7. NICOLAVS RADZIWIL Dux in Dubienki & Bierze,

Palatinus Vilnen: Generalis M. D. Lit: Anno Domini, 1582. ætatis ſuæ 64.

8. BARBARA Dei Gratia Regina Poloniæ M D L. Georgij Radziwil Caſtellani Vilnenſis Filia.

9. CHRISTOPHORVS RADZIWIL Dux Bierzarum, & Dubienkarum, Palatinus Vilnen: Exercituum M. D. L. Generalis, Solecen: Vrzędouien: Konkienkauſenſis Capitaneus.

10. ANNA RADZIWILIA, Ducissa Mazoniæ, Zemouiti Coniunx.

11. NICOLAVS RADZIWIL, Dei Gratia in Olyca & Nieſwieſz Dux, Palatinus Vilnen: M. D. L. Supremus Marſchalcus & Archicancellarius Breſtenſis, Boriſouien: in magna Schawlie Capitaneus generalis, Anno ætatis ſuæ 39.

12 ELISABETH de SCHIDLOWIEC, Nicolai Radziwil Olycæ & Nieſwiezij Ducis coniunx Anno ætat: 28 A D. 1562.

13. IOANNES RADZIWIL, Dei gratia Dux in Olyca & Nieſwieſz, ætatis ſuæ 35 Anno Domini, 1552.

14. NICOLAVS CHRISTOPHORVS RADZIWIL, Nicolai Tertij Filius, Princeps S. R. Imperij. Dux in Olyca & Nieſwieſz, Archimarſchalcus M. D. L. Palatinus Trocen: poſtea Vilnen: Eques Sacri Sepulchri Ieroſolymitani.

15. ELIZABETHA EVPHEMIA de Wiſniowiec Andreæ Wiſniowiecki Ducis Filia, Nicolai Chriſtophori Radziwili coniunx, Chriſtianæ pietatis nobile exemplum.

16. GEORGIVS Nicolai Tertij Filius, Gubernator Liuoniæ ſub Stephano Rege Poloniæ, Epiſcopus primo Vilnenſis, deinde Cracouienſis, tum Cardinalis S. Romanæ Eccleſiæ.

17. ALBERTVS RADZIWIL, S. R. I. Princeps, Marſchalcus Supremus M. D. L. Caunenſis Capitaneus

18. ANNA DVCISSA Curlandiæ RADIVILIA, Marſchalci Supremi M. D. L. coniunx.

19. STANISLAVS RADZIWIL, Princeps S. R. I. Dux in Olyca & Nieſwieſz, Capitaneus generalis Samogitiæ.

20. MARINA de Markowicz RADIVILIA, Capitanea Samogitiæ, ætatis ſuæ 37. extincta Anno 1600.

21. IOANNES GEORGIVS RADZIWIL, S. R. I. Princeps, Dux Olycæ & Nieſwieſz, Comes in Szydlowiec & Mijr, Caſtellanus Trocenſis.

22 AL-

22. ALBERTVS VLADISLAVS RADZIWIL, S. R. Imp. Princeps, Dux ex Olyca & Nieſwieſz Caſtel: Vilnen: Szereſzeuienſis Capitaneus.

23. SIGISMVNDVS CAROLVS Nicolai 4. Filius, Princeps S. R. I. Inciſor Conſtantiæ Reginæ Poloniæ, Eques ſacri ordinis Melitenſis D. Ioannis Baptiſtæ, Palatinus Nouogrodenſis, Mortuus 1640. Sepultus Aſſiſij in Italia.

24. ALEXANDER LVDOVICVS RADZIWIL, S.R. Imp: Princeps, Marſchalcus Curiæ M.D.Lit. Slonimenſis, Saulienſis Capitaneus.

25. IOANNES ALBERTVS RADZIWIL, S. R. I. Princeps de Olyka Nieſwieſz & Klecko, Capit: Viſcinen: Anno 1626. 15. Aprilis mortuus. ætatis ſuæ 25.

26. LAVINIA de Korec coniunx Ioannis Alberti Radiuilij in Klecko Ducis.

27. NICOLAVS CHRISTOPHORVS RADZIWIL, S.R.I. Dux in Olyka & Nieſwieſz ætatis ſuæ 24. Obijt die 22. Decembris. Anno 1614.

28. REGINA EISENREICH RADIVILIA, S. R. I. Princeps, Duciſſa in Olyka & Nieſwieſz, Cancel: M. D. L. Piſcenſis, Meuenſis, Tucholienſis Capitanea.

29. IANVSIVS RADZIWIL Succamera: M. D. L. Capitan: Merecenſis.

30. CHRISTOPHORVS RADZIWIL Dux Bierzarum & Dubinkarum S. R. I. Princeps, Palatinus Vilnen: Exercituum M. D. L. Dux Generalis Mohilouienſis Adminiſtrator Scibou: Byſtricenſis Capitaneus. Anno Dñi 1635. ætatis ſuæ 51.

31. ELIZABETHA BRANDEBVRGICA, Ianuſſij Radiuili Caſtellani Vilnenſis Coniunx.

32. IANVSSIVS RADZIWIL, Dux in Bierza & Dubienki, Caſtellanus Vilnenſis, Capitaneus Boriſouienſis.

33. GEORGIVS RADZIWIL Dux Bierzarum & Dubienkorum, Caſtella: Trocenſis. Mortuus Anno 1613.

34. CATHARINA COMITISSA de Tęczyn, Chriſtophori Radziwił, Palatini Vilnenſis Coniunx.

SANOCIÆ.

EPITAPHIVM

In fatum Generosi Domini SEBASTIANI LVBOMIRSKI de Lubomirz, Dapiferi Terræ Cracouien: Capitanei Sanocen: extincti, 18. Aprilis. Anno 1558.

Hic iacet immiti Lubomirski morte peremptus.
Armis conſpicuus, Martia facta dicunt.
Cereus ac pietate grauis, fermone modeſtus,
Vtilis & charus, gloria magna ſuis.
Quaq; fide in Chriſtum fuerit, teſtantur amici.
Viuentis quondam, candida facta probant.
Nomen inextinctum, meruit clariſſima fama,
Cuius in hoc Tumulo membra locata cubant.

KIOVIENSIA.

In Pieczary.

BASILIO POLVBINSKI.

Leo Polubinſcius hic cum ſuis quieſcit,
Si eundo ad vmbram veſtrum quis inſoleſcit.
Sile, expergefactus leo obuium lædit,
Nec cui cedit.

IOANNI POLVBINSKI.

In Liuonia pro Patria pugnando occiſo.

Pro Patria ſi dulce mori ſi ſtertere turpe eſt,
Cantabit bello hæc carmina quiſq; ſuo.
Occidit, occidit, noſtri ſunt verba ſepulchri,
Nos vtriuſque mali, ſyllaba curta ſumus.

MICHAELI POLVBINSKI.

Ad Bialam in Moſchouia cum Sereniſ: Vladiſlao IV. expugnando arcem occiſo.

Principio Moſchos ſternebas victor aceruos,
Atque cadaueribus barbara terga dabas.

O ſors?

O fors? ô longi non fælix temporis hora,
Ad ſummam belli concidit ille ſui.
Non opus huic longis titulis, ſic namq; cadendo,
Emblemma hic belli condidit omne ſui.

ALEXANDRO ILOVIO.
Palatino Plocenſi.

Morum ſuauitate, animi candore, militiæque artibus claro, ac ob id Equitum in bello Pruſsico Tribuno, qui cum ſæpius de hoſte cum nominis Sarmatici gloria inſignia trophæa retuliſſet, interque Sigiſm: primi Regis Polon: reliquos Duces ſuis meritis conſpicuus eſſet, grata poſteritas, piè religioſeq; functo hanc ei laudum ſtruem memoriæ cauſa poſuit.

KOLOMIÆ.

Generoſo Dño MATTHIÆ IABLONOWSKI è domo Pruſſorum, qui cum per omnes officij humani partes præclarè ſeſe geſsiſſet Patriæ, in bellis Gedanen: Moſchouitico, Liuonicoq; & propugnandis Tartaris, amicis in humanitate, Deo in religione quoad debebat reddidiſſet, Annum vitæ agens quinquageſimum, obijt, & immortalibus meritis ſecum aſportatis, hic quidquid habuit mortale collocauit. 1619.

SAMBORIÆ.

Gñoſus D.D. STANISLAVS de WYBRANOW WYBRANOWSKI. Maiorum virtute, nobilitate Illuſtris, hic ſitus eſt, pietatis & religionis cultor eximius, ad præſtantiora induſtriam ſuam reuocans gloriæ ornamenta. Auguſti, Stephani, Sigiſmundi III. Regum fæliciſsimis auſpicijs tum belli, tum pacis, rebus præclarè geſtis comprobauit, inter ſuos pacatæ concordiæ ſtudioſus, ſimultatum, diſſenſionum expugnator acerrimus, maturus ætate, dum Patriæ reliquum vitæ & amoris vult impendere, & Tartaricum latrocinium cogitat reprimere, telis Scytharum infracto pectore defeſſus, inter hoſtium cladem & vulnera, occubuit. 1621.

TARLOVIÆ.

Supra Portam Templi.

Vna trium Deitas, vna ſubſtantia ab vno
Idem eſt & VERBI Spiritus atque Patris.

ZBYGNEVS OLESNICKI.
Capitaneus Opocnenſis.
Illuſtriſsimi olim Nicolai de Oleſnica Oleſnicki, Palatini Lublinenſis.
Natura, amore, Genio.
Filius.
Eminentiſsimi olim Cardinalis Zbygnei Oleſnicki Epiſcopi Cracouien:
Nominis, Famæ, virtutis.
Ex Aſſe Hæres.
Voto, animo, cultu, vtrique gratus.
Hanc Ædem Sacram, ad D. O. Maximi in vnitate Trini Gloriam.
SS. Patronorum, Alberti & Staniſlai honorem.
Fidelium commodiorem, in ſua ditione pietatem.
Anno reparatæ ſalutis ſupra Milleſimum Sexcenteſimum 47.
Regnante Vladiſlao IV. Polonorum & Suecorum Rege victorioſiſsimo.
Sumptibus proprijs erectam.
D. D. D.
Huic tu in ipſo Templi aditu debitam in terris ſuperſtiti vita functo in cœliſ.
Precare Beatitudinem.

CZHOVIENSIA.

D. O. M.
Diſce Lector Fati Genium & Ingenium
Generoſus Petrus de Ianowice
CHWALIBOG.
Quas mortales habuit exuuias
Hic depoſuit.
Rerum militarium, & ſcientiarum perito,
Longior vita defuit.
Q V A.
Natus bono publico,
Opera togæ ſagique.
Et conſtans in Patriam, cui vixit ſtudium,

Deo,

Deo, Regi, Reipublicæ.
PROBARET.
Inter curas mortales dum moritur,
In immortalitatis Horizonte oritur.
Obijt anno 1635.
Menſe Octobri, die xi.
Ætatis ſuæ. 52.

D. O. M.
Generoſus Dominus.
GEORGIVS WIELOGLOWSKI.
De Wielogłowy.
In Druſzkow Hæres,
Generis antiqua nobilitate.
Magnaque in rebus gerendis prudentia & dexteritate
Clariſſimus.
IOANNI HVNGARIÆ REGI
Ob ſua merita olim commendatiſſimus,
Humanitate in omnes,
Liberalitate in pauperes,
Præſtantiſſimus.
Ab omni faſtu, & ambitione alieniſſimus.
Cum Annum 76. expleuiſſet,
Non ſine multis ſuorum lachrymis obdormiuit in Chriſto.
Anno ſalutis humanæ 1624. die 14. Men: Martij.

D. O. M.
Generoſus Dominus
SEBASTIANVS LASKAWSKI.
De Laſkawa.
Ex Palatinatu Cracouienſi,
Diſtrictu autem Czchouienſi,
Virtutis, morumque integritate ornatus,
Militia præſtans.

Ideo-

Ideoque omnibus charus fuit.
Tandem Deo ſic volente,
Extremum vitæ ſuæ curriculum clauſit,
Anno Dñi 1609. die 8. Ianuarij.
Ætatis ſuæ 67.
Generoſa Barbara de Stawiſzyn
Coniunx mœſtiſſima, id affigi curauit.

D. O. M.
Hic iacet ſtrenuus ac Generoſus Dominus
STANISLAVS WIELOGLOWKI.
Anno Domini, 1599.

D. O. M.
Generoſus Dominus
STANISLAVS WIERSKI
De Vieſce.
Vir prudens.
Pietate in Deum, integritate, doctrina præditus,
Omnibus charus, Nemini moleſtus.
In conuerſatione affabilis,
Reipublicæ amans.
H V N C.
Cum vtilitati amicorum, Patriæ & Eccleſiæ ſeruiret,
Inuida Parca ad immortalitatem obruit.
Hacq; in vrna ſupremam Iudicis vocem expectat.
Mortuus A. D. 1631. die verò 26. Ianuarij.
Ætatis verò ſuæ 74.
ANDREAS WIERSKI FILIVS
MÆSTISSIMVS.
Hoc Vexillum fieri curauit:

Monaſterij F F. Minorum

Sanctæ Annæ ad Przerouiam.

D. O. M.

D. O. M.

Summæ in Deum pietatis,
Familia antiquis.
De Republica bene meritis
Generosis ac Nobilibus viris,
Proauo, Auo, & Ioanni Parenti Bielskim

Ob singularitatem virtutum, ingeniorum acumen, in rebus bellicis dexteritatem, dilectissimis, Generosæ ANNÆ de Gidle, Matri dulcissimæ, Nobilis ac Generosus Albertus Ioannis de Olbrachcice Bielski filius, Vir maximarum virtutum, rei militaris in Vngaria, Valachia, Moldauia, Filandia, expertus & patientissimus, sibi, Generosæ Annæ de Kozlow, Consorti suæ charissimæ, Posteritatique.

Hoc Sarcophagum.
Memoriæ,
Honoris,
Affectus,
Deuotionis ergo vouit, posuit.
Anno ab Incarnatione Domini.
1621. die 27. Martij.

Ad perpetuam rei piæ.
Postero autem seculo quotidianam memoriam.
Hoc Sarcophagum.

Generosus MARTINVS de KLOBVKOWICZE, filius orbus Patri, & Generosa ANNA de GNIEWIĘCZYN vidua, vxor marito, mœrentes iam deposuere, in cras vero sibi, suæque posteritati tumulauere.

VRNA.
GENEROSI STANISLAI KŁOBVKOWSKI
Et Vmbra.

Hic mea langueſcunt inſueto corpora lecto,
Exiguam cymbam marmora picta tegunt.
Morte carens vacuas it ſpiritus altus in aras,
Nam cum corporibus non pereunt animæ.
Suſcipe Virgo Parens animam Sate Virgine parce,
Deſeſſum terris colloces arce poli,

Sed tibi qui transis ne sit graue paulò viator,
Stanislao Kłobukowski dicere sit requies.
Anno Salutis 1635. Obijt 7. Aprilis.
Ætatis suæ 68.

VIATOR.
Siste gradum.

Dei Omnipotentis voluntate.
Generosus Dñus CHRISTOPHORVS ŁACKI de Nadole hic sepultus sum, expectans extremum iudicij diem, vt in hac pelle meâ videam Saluatorem meum.
Clementissime Deus, miserere serui tui, qui Maiestati & Iudicio tuo semper se humillimè submisit, Vixit Annis 64. decessit 7. Octob: 1626.
Mœstissima Coniunx Generosa Domina de Poradow Lacka deposuit, & hoc Monumentum fieri curauit.

D. T. O. M.
Piisque Manibus.

Generosi THEODORI ZELINSKI de armis Doliwa.

QVI.

Primam ætatem in artibus liberalibus,
Mediam in defendenda armis Patria,
Extremam in maturo consilio dando consumpsit.

POST.

Non contentus suis summis Principibus atq; Illustribus viris, in aulis obsequia reddidit.

QVEM.

Tantum ac talem mors aperto Marte aggredi,
Non ausa per amicorum insidias sustulit.

QVI.

Vt cum æternitate certaret cœlo illatus,
Anno Domini, 1641. 29 Iulij, ætatis suæ 36.

AST.

Gñosa Heduigis de Tarnow mœstissima coniunx hoc lachrymabile Monumentum appendit.

HO-

HOSPES.

Siſte gradum.

Aſpice incertæ vitæ certum,
Ad quem cuncti tendimus finem.

Templi huius Diui monumento traditus eſt. Claro nobili genere natus,
MARTINVS DE SYLNICKA MAY.
In ipſo ætatis flore extinctus, Martis Scytici, nec non Moſchouitici belli, ob Dei gloriam, obque Patriæ decus expertus, Religionis Sacroſanctæ Catholicæ cultor ſtudioſiſsimus, vitam honeſtè ceptam
Rectè actam, glorioſè finiuit,
Relicta Conſorte chariſsima Alexandra de Brzoza Brzeska.
Plena luctus ac mœroris.
Obijt Anno ætat: ſuæ 30. à Partu Sanctiſsimæ Virginis 1643.

CVI

Vnicè dilecto Marito ſuo conſors lugubris hoc Vexillum æternæ memoriæ nomen, appendi curauit.

D. T. O. M.

Illuſtris ac Generoſus Dominus.
SAMVEL à BRZOZA BRZESKI.
Ex auita familia Iaſtrzębſciorum oriundus.
Hic humatus quieſcit.

QVEM.

Generis Nobilitas, natalium ſplendor, fidei Catholicæ firma & non interrupta profeſſio abundè exornauerunt.

Fuit vir

Erga conſanguineos, amicos, vicinos, multum officioſus, in Clerum, religioſos, pauperes,

Satis liberalis,

Seruiuit Patriæ.

In multis ac contra diuerſos hoſtes bellicis expeditionibus, ſeruijt Reip: in negotijs componendis cum alijs conciuibus, & contribulibus ſuis, modo vita functus, nihil ſolum poſt mortem retinet, niſi quod ſibi propria virtute parauit. Filij Generoſi Petrus ac Nicolaus Brzeſcy, in vim debitæ obſeruantiæ, Parenti ſuo chariſsimo hoc ſarcophagum poſuerunt.
Vixit Annis 60. die xxx. Ianuarij. Mortuus Anno Domini, 1643.

VIATOR.

Mortuo immortalem apprecare vitam.

CLOBVCENSIA.

Hoc ſub ſarcophago.
Mortalitatis exuuias depoſuit,
Generoſus ac Magnificus Dominus
STANISLAVS GRODZICKI.
à Kotulin.
Iuuenem.
Militaribus exercuit rudimentis.
Hungaria.
Virum.
In rigidis cum Carolo Chodkieuicio expeditionibus tenuit
Liuonia.
Bellatorem fortiſſimum agnouit
Moſchouia.
Conſtantiam, fidem, felicitatem in rebus gerendis
Illuſtriſſimus D. Staniſlaus Koniecpoliki,
Exercituum Dux Generalis, Caſtellanus Cracouien: approbauit.
Vixit Annos 65.

D. O. M.
In medio Templo ſub imagine B. M. V.
In ſole ſepultus iacet,
Religioſus Staniſlaus Makouicius
Prior Conuentus Clobucenſis,
Vir doctrina & ſanctitate vitæ conſpicuus
Atque velut Martyr venerandus.
Q V I
Dum graſſaretur peſtis A. D. 1622. & 1630.
Infectis ſalutem eorum vitæ ſuæ præponens miniſtrabat.
Pietatis ſuæ mercedem recepit.
Anno Domini, 1630. die 16 Iulij.
In agone recitans Litaniam de B. V.M.

Cum

Cum peruenisset ad verba illa, Regina SS. Omnium,
Statim obdormiuit.
Rñdus Georgius German Pàrochus Ogrodzenſis in Amicitiæ memoriam

---

D. O. S.

GENEROSÆ ANNÆ de Mirzin Familiæ IELITORVM
Conſorti Generoſi Dñi. Felicis Necandæ Trepka,
Spectatæ Matronæ, morumque elegantia,
Inprimis verò Magnitudine animi,
Prudentia, Comitate, Liberalitate, Pietate,
Erga Deum, & homines inſigni,
Cæteriſque heroicis virtutibus florentiſsimæ,
Placidè extinctæ ad cæleſte Beatorum migranti conſortium,
G. D. Ioan. Necanda Trepka, Iudex Terræ Crac. Nepos officioſiſsimus,
Annæ Suæ multum dilectæ, ad perpetuam
Poſteritatis Memoriam hoc Monumentum poſuit.
Anno Domini, 1597.

D. O. M.

STA VIATOR,
Vide ne ibidem cadas,
H I C
Eſt enim commune mortalitatis Monumentum,
In quo
GEN: CHRISTOPHORVS HORLEMVS
Cubicularius Regius,
Sarcinas depoſuit mortales.
Generis & Familiæ ſuæ ſplendorem,
Quam Carolus V. Imperator Romanorum,
Ob egregia merita diplomatibus illuſtrauit,
Integrum Nepotibus ex Fratre reliquit
Dotes Animi & Ingenij,
Quibus Regios Magnorumque in Republica
Senatorum, fauores, tum & Amicorum beneuolentiam
demerebatur. Amici planxere.

Pietatem

Pietatem,
Quam cum fide Orthodoxa Deo seruauit,
Altaria loquuntur,
Merita
Quæ Imperatoribus Romanis contra fœderatos,
Tum & in cruento ad Smolenscum conflictu,
Nec non in bello Pruthenico Reipublicæ præstitit.
Sciat posteritas.

CVI

Mæsta Coniunx Generosa Anna de Pytowice Pytowska hoc lachrymis squallidum posuit saxum.
Mortuus Anno Domini, M. DC. XLVII. die XIII. Mensis Aprilis, Ætatis Suæ LII. Anno.

CHRISTOPHORVS NECANDA TREPKA
Gente Topororum Nobilissima,
Pietate in Deum,
Amore in Beatissimam Virginem,
Feruentissimus hic iacet.

QVEM

Cum Quadraginta quinque annorum stadium decurrisset,
Mors immatura rapuit 16. Mart. A. D. 1642.

HEV DOLOR!

Sublato Parente, postero die sustulit & Filium
ALBERTVM TREPKA,

QVIBVS

Æternam vitam dum præcatur,
Mæstissima Coniunx & Mater Sophia Gosciowska affixit.

D. O. S.
GENEROSÆ BARBARÆ
Generosus Dominus Ioannes Rozniatowski
De Dobrzynice, ex clarissima Ostoiciconum Familia
FILIÆ,
Petri Necandæ Trepka Coniugi Fidissimæ,

Fœminæ

Fœminæ lectiſſimæ, pietate, pudicitia,
Vitæ integritate, & amabili morum venuſtate conſpicuæ,
Pia morte extinctæ.
Generoſus D. Ioannes Necanda Trepka Iudex Terræ Cracouieñ.
Parenti Suæ deſideratiſsimæ hoc pietatis & nunquam intermorituri
amoris monumentum extare in Anno Dñi. 1597. voluit.
Obdormiuit in Anno Dñi. 1570.

HOSPES
Siſte gradum, diſce mori.
HIC
Generoſus D. D. Iacobus de Cieſzowy Cieſzowski,
Eques Polonus tectus quieſcit.
QVI
Sub felici olim regimine Illuſtris ac Magnifici
Ioannis Zamoyski Supremi Exercituum Ducis,
Primum in Valachia, poſtmodum in Moldauia,
Tandem in Oris Ruſſiæ ſtrenui Militis,
Munus obiuit.
HVIC
Succeſſum felicem, infelix Parca annis,
Prouectioris æui peractis ademit,
Vlterioriſque inuida vitæ ianuam clauſit.
VNDE
Generoſa D. Catharina de Tymnica Ciſzowska Coniunx,
Amoris & mæroris ergo, vna cum liberis
Inſigne hoc fieri fecit.
Vixit annis 80. obijt 11. Aprilis, Anno Domini, M. DC. XLI.

D. O. M.
Generoſo Domino Petro Necandæ Trepka de Czaple,
Et in Kamyk Hæredi, de domo & familia Topororum,
Viro integerrimo, Humaniſſimo, Liberaliſſimo,
Diuoque Sigiſmundo Primo, Rege Poloniæ, ad Orſam & Starodub.
Moſchorum arces munitiſſimas
Scientia rei militaris, vigilantia, duro labore, experientia,
Aliiſque

Alijsque amplissimis militaribus virtutibus,
Et rebus dextrè & grauiter strenuèque gestis cumulatissimo,
Nec non multis Ciuilibus actionibus, rarique in Deum
Amoris atque deuotionis clarissimo, Anno Dñi. M. D. LXXXIV.
Ætatis verò 70 defuncto.
Generosus D. Ioannes Necanda Trepka Iudex Terræ Cracouien.
Patri Charissimo, Suæ erga illum singularis fidei
Et amoris perpetui Monumentum erigi curauit.
Anno Domini, M. D. XCVII.

D. O. M.
Ad æuiternum virtutis honorem,
Gratam posteritatis memoriam,
Perenne Pietatis in Claros Manes monumentum
Generosus Dominus Stanislaus Necanda à Kamyk Trepka
E gente Topororum,
Mortalitate exutus, hic immortalitatem beatam expectat,
Antiqua probitas, & auita Polonorum virtus
Clarum ante obitum reddidit,
Post fata posteris commendat.
V I X I T
Deo, Patriæ, Sibi, & præclaræ Domui,
Multum, si fragilis vitæ pensetur ætas
Parum, si desideria & lachrymæ suorum spectentur,
Primum, iuuentæ robur, & non paucos viriles annos.
Patriæ & gloriæ dedit,
Stipendia Miles meruit.
Dum annum Ætatis LXVII. agit,
Id quod fatale est, omnibus naturæ debitum exsoluit die XXVI
Februarij, Anno Domini, M. DC. XXVIII.
Mæsta Posteritas
Lugens Coniunx charissimo Coniugi, orbusq; filius optimo Parenti.
Hoc quod aspicis,
Quisquis legis viue, quod viuis benè,
Et benè precare.

CALIS-

CALISSIENSIA.

D. O. M.
Gratiæ, Pietati, Memoriæ,
STANISLAO à KARNKOW,
Archiepiſcopo Gneſnenſi, Legato Nato, Regni Poloniæ Primati, & Primo Principi.

E Vetuſta & clariſsima illuſtrium bello paceque Virorum, meritis & honoribus ampliſsimis, Karnkouiana familia, poſt conſeruatam tribus funeſtis interregnis legum & ciuium ſalutem, vindicatam religionem, pacem & tranquillitatem ſtabilitam, Rempub. conſilio & auxilio auctam, patriam exornatam, merita quanquam in omnem, ſed maximè nobilem iuuentutem, Collegijs, Burſa, Seminarijs auguſtè exædificatis probata. VV. Capitulum eiuſdem Eccleſiæ Metropolit. Gneſneñ. ſanctiſsimè defuncto, ſempiternæ in Benefactoris nomen pietatis & veneration is monumentum hoc, in templo ipſius munificentia honori diuino, & vtilitati animarum, ſuæ quieti excitato, depoſuit. A morte deſideratiſsimi Principis anno 8. A mundi ſalute, 1611. Obijt Anno Domini, M. DC. III. die 8. Iunij, Ætatis Anno LXXXIII. Epiſcopatum Cuiauienſem XVIII. annis, Archiepiſcopatum Gneſnenſem XXII. adminiſtrauit.

D. O. M.
Diuiſque Manibus,
Dacbogi à Karnkow, Palatini Derpat. Capitanei Odolanou.

Quem Reſpublica religione, munificentia, excelſa animi generoſi ſupra humanam virtutem magnitudine inſignem, in pace Senatorem conſultum, bellis Suedico, Liuonico, Valachico, Ducem infractum, ter in Patrijs tumultibus fidum, anno florentis æui 44. cito raptum cum Ordinibus luxit vniuerſis. Anno clɔ. Iɔc. XVII. Eius immortalitati Perilluſtris Coniunx Griſella à Sobieſzyn, Palatino Lublinenſi nata, ſimulque Carolo communi pignori, hoc poſthumum poſuit opus. Anno M.D.XXII. Fidelem etiam ſua poſt fata lapis loquitur credent omnes.

D. O. M.
GENEROSVS NICOLAVS SZYSZKOWSKI,
Succamerarius Terræ Wielunenſis.

Ante obitum mortalitatis non immemor,
Cogitauit dies antiquos, & annos æternos in mente habuit.
Animæ ergo suæ domum non manu factam præparaturus, Sacellum hoc diuæ Parenti, cælorum Reginæ vnico post Deum refugio, erexit:
Corpori verò loculum, & locum subaltari hocce, insignitum marmore elegit.

Quisquis es ô Viator!

Superstiti Deum propitium, morituro felicem horam,
Mortuo requiem æternam apprecare, & supplici accinne:
Quærens me sedisti lassus redemisti crucem passus, tantus labor non sit cassus.

D. O. M.
Et Immortalitati
SACRVM.
Illustris & Magnificus Dominus
IOANNES COMES à ROZRAZEW,
Incisor S. R. M. Odolanouiensis Capitaneus.
Ætatem iuuenilem in exteris nationibus exegit,
Quo facilius auitæ maiorum suorum gloriæ,
Hæres & æmulus existeret.
Annis maior ac tum illustris familiæ suæ, tum suâmet laude conspicuus.
Patriæ Ciuis De Repub: benè & amicis suis meritus euasit.
Ad arma natus belli, miles fortissimus,
Contra Osmanum Turcarum Imperatorem Regnum Poloniæ innumeris copijs petentem, sub Chocimo bini vexilli hastatorum militum & peditum Præfectus, vnum Reipub: sumptibus, alterum suis aluit, Mansueldijq; copias fines maioris Poloniæ vastantes, ab arce Odolanouiensiũ repressit, animus heroicus eius semper fuit, nunquam Reipub: & suis, tum in toga tum in pace deesse velle, deniq́ue præter complura alia animi ad summa nati decora, Catholici hominis officium non prætermittens, dissidentium animos admirabili studio, prudentia summa, concordiæ restituere satagebat, sæpius in Tribunali Iudex, Legatus ad Comitia toties, vitam homine digno, ritu Ecclesiæ Romanæ Sacramentis omnibus munitus, piè & sanctè finiuit.
Anno restitutæ salutis 1628. die 11. Decemb. Ætatis 33.

D. O. M.

MAR-

MARGARITA à MASŁOWICE ŁAYSZCZEWSKA,
Caſtellana Sochaczouień.
Vtroque de Parente auitæ Nobilitatis clara ſanguine,
Pietati Chriſtianæ,
Vixit annos 52. demum anno 1651. die 24. Iulij, mortalis eſſe deſijt.
Quæ non ſolùm animi opes, verùm terræ diuitias rara vltimæ voluntatis felicitate, in cœlum præmiſit, huic templo aliquot florenorum millia, alibi ſupra decem donauit. Templa, Monaſteria, domos egeſtatis, prona ſemper munificentia auxit.
Sed mœſtiſſimo Marito
NICOLAO LAYSZCZEWSKI,
Caſtellano Sochacouienſi.
Poſthumam in dotem ceſsit amor ſuperſtes, extinctæ Coniugis, cuius ille ſupremo fato acerbè læſus, ſcribit in marmore duram doloris ſui memoriam.

D. O. M.
GENEROSVS D. IACOBVS SZYSZKOWSKI,
Longæuus virtute, & vita ſenex,
Fata hic ponit ſua.
Qui
Poſt obitam in pueritia virtutem,
In adoleſcentia morum honeſtatem,
In iuuentute animi ſtrenuitatem,
In ſenecta maturam cœlo virtutem,
Tandem etiam vita functus Calendis Martij,
Diem obijt vltimum ætatis ſuæ 85.
Victuros æternum cineres ad tempus immortalitatis vrna depoſuit.

D. O. M.
Pietati & Poſteritati.
GENER: D. D. GEORGII SZYSZKOWSKI.
Cuius ſincerus in Deum cultus, ſacroſancta in Religionem fides, conſtans in Patriam amor, ſummum pacis concordiæque meritum & ſtudium, ſolicita liberorum educatio, mira vitæ integritatis, grata Deo, Principibuſq; nota, prompta exteris, domeſticis iucunda fuerunt. Parenti longè charisſimo, filij mœſtiſſimi fieri curarunt. Obijt ætatis ſuæ 70. Anno Chriſti, 1628. Calendis Nouembris, die 7.

D. O. M.

Et Diuis Manibus.

Generosa Domina Catharina, vxor Generosi Dñi
STANISLAI SZYSZKOWSKI,
sepulta est Anno Domini, 1612.

D. O. M.

Ad Laudem & Gloriam Dei Præpotentis,
Ad Honorem Beatissimæ Virginis,
Et istius Templi ornamentum.
Reuerendus Dominus SEBASTIANVS ŁACKI,
Canonicus Calissiensis
Hæc subsellia proprijs sumptibus erexit,
Anno Christi, 1601.

D. O. M.

Piisque Manibus.

Integerrimi Viri,
Domini LVCÆ BANAS, Consulis Calissiensis.
CVIVS

Probata in Deum Diuosque pietas, insignisque in supremam cœlorum Heroinam cultus, ac pronus in Conciues animus, orbitatem ciuitati fato fecere suo, cara Posteritas hoc ei lugubre μεμνῆσθαι posuit. Obijt Anno Restitutæ Salutis, M. DC. XVIII. 4. Calendas Februarij, ætatis 40.

D. O. M.

Æuiternæ perpetuæque Memoriæ,
GENEROSI D. ALBERTI MYCIELSKI,
QVI

Dum vixit, fuit in Dei Omnipotentis cultu feruens, in charitate erga Patriam clarus, in defendendis libertatibus zelosus, in propugnandis iuribus strenuus, in complanandis dissensionibus prudens, in consilijs salubriter dandis sincerus, in amicitia retinenda & tuenda constans, in adiuuandis egenis & inopibus liberalis; iuuentute sua in Patriæ & Magnatum obsequijs

sequijs insumpta, reliquum vitæ placido cursu peragens, Deo, Patriæ, Amicis fideliter inseruiens, exactis ætatis suæ annis LX. Obijt xxviij. Maij, Anno Domini, M. DC. XXXVII. Liberorum desiderato Parente orbatorum nomine, hoc mœroris insigne Tutores, vna cum Matre mœsta posuerunt.

D. O. M.

Nobili ac Generoso Viro,

D. PRÆCLAO de Węgry WEGIERSKI,

Primam ætatem studio, virilem tuendæ Patriæ,
Pijs exercitijs semper addictissimus conseruauit.

H I C

Omnibus comis, auxilio & consilio saluberrimus, erga pauperes munificus, naturæ debitum persoluit, annos habens 59. die 10. Augusti, Anno Domini, 1624.

C V I

Mœstissima Coniunx Anna de Pierzchno Pierzchlinska,
Vnà cum filijs, ipsius amoris ergò, hoc vexillum appendi curauit.

Quisquis ades, qui morte cades,
Sta, respice, plora.
Sum quod eris, modicum cineris, pro me precor ora.

D. O. M.

Et æternæ memoriæ,

GENER: D. SAMVELIS WIERVSZ KOWALSKI

QVEM

Honestis artium disciplinis benè institutum, erga Deum & cælites religiosum, Principibus viris ob maturitatem iudicij & prudentiam morum dexteritatem, maximè charum, cum vidisset Bellona & inuidisset, primùm in Moschos sub invictissimo Vladislao IV. demum in Prussiam ad meritas euocavit coronas, & amplissimis donauit trophæis; ita cùm neminem sua pertulisset Virtus, nisi præmaturo occasu viuere desijt, dignus cui fata plures congessissent palmas, nisi ipse immortalem eligere maluisset. Vixit annis XXXIV. Mortuus die xxjjj. Martij. Anno Dñi M. DC. XXXVII. Cui mœstissimus Parens hoc amoris sui monumentum lacrymis conditum appendit.

D. O. M.

Et Pijs

Et Piis Sacrum Manibus.

Illustris D. D. ADAMI de Oporowo GROCHOWSKI
Capitanei Brestensis Cuiauiæ
Aulici Sacræ Reg: Maiestat:

In quo tota familia omnem spem posteritatis, Pallas Doctrinæ vbertatem, externæ nationis linguarum peritiam, Patria honores S. R. M. suos fauores, parentes expectationem, boni omnes nobilitatis ornamenta; Virtus sua decora defixerant, Horum omnium votis dum iuuenis respondere studet, mors inopina florentis vitæ annis XXII. humanis exemit, die xxxj. Iulij, anno Seruatoris Imperij. M. DC. XXII. Viator rerum humanarum ordinem disce, & iuuenem pollentem potentemq; cito ereptum dole, animæq; ipsius benè precare.

D. O. M.

Huc Vectigales lacrymas Viator.

NICOLAVS à Wawry WAWROWSKI,
Generosi D. IOANNIS WAWROWSKI Tribuni Terrestris & Notarij Calisiensis:
Ex Generosa Helena de Rogozno filius.
Eheu tam citò notatur atro calculo mortis.

Matris amor, ante plenam ætatis meridiem, in Vesperam abijt. Sed immaturum eius fatum ne dixeris, nimis ampla fuerunt vitæ spatia, quibus ille tot inclusit merita, sibi & cælo sat diu vixit, qui sat benè, nuper ab exteris hospes nationibus, hodie æternas lustrat, ita quod Deus coniunxerat, mors separauit. Orbata tanto coniuge coniunx, & mœrens Barbara de Gorazdow Gorazdowska hoc ei posuit monumentum, Anno Dñi M. DC. XLIX. die xxj. Ianuarij. Ætatis suæ XXVI.

D. O. M.

Necnon Piis manibus.

Generosi Dñi. NICOLAI de Kiszewy LISIECKI.
QVEM

Patriæ pietas, & maiorum decus bello Valachico, Gedanensi, Tartarico, Moschouitico, Austriaco, Liuonico, Civili, Regibus, STEPHANO BATHOREO, SIGISMVNDO Tertio, Ducibus, IOANNE ZAMOSCIO, STANISLAO ZOLKIEVIO, munere militis, centurionis, à decimo octavo ætatis suæ ad 30. annum iussit fungi. Posteaquam sat Patriæ, sat sibi, (non tamen suis) vixissiset, Anno Dei Nati 1633. suo 27. Mense Iunio, die 6. Pœnitens Catholicus obijt, Illi hoc liberorum amor & desiderium, inscribi vexillum curauit.

REGI

REGI CVI OMNIA VIVVNT.

Nobilis ac Generosus D. D. PETRVS de Niniewo NINIEWSKI.

Exutam mortalitatem sub hoc ferali signo posuit.

Hic expectaturus donec veniat immutatio, & classicum æternitati canatur.

Ferendas ad Dei Tribunal rationes ante obitum ritè composuit, delendaq; sui omnia errata Divino sanguini obiecit, ætas facile in calculos felices ducta est, cuius initium honesta Pallas, prouectum vigorem, belli domiq; virilis integritas exitum, pietate ac meritis graue senium occupauit. Ita viuentem, ita morientem æternitas excepit, collachrymante orbitate. Anno vitæ mundo restitutæ, M. DC. XLI. die 14. Augusti. Ætatis ipsius LXV.

D. O. M.

Excellens ac eximius Vir doctus SEBASTIANVS de Wielun SLESZKOWSKI. S. R. M. Medicus & Secretarius.

Ætatem primam literarum studijs in alma Academia Cracouiensi impendit, vlteriorem in exteris nationibus. Artem Medicinæ cum laude excoluit, eamq; post in aula Illustriss: ac Reuerendissimi D. D. Simonis Rudnicki Episcopi Varmiensis, strenuè cũ honore probauit, pluresq; tum, tam in arte sua, quam alijs, libros conscripsit, ac in lucem edidit. Tandem Calisium veniens, lectissimam virginem Agnetem filiam olim piæ Matronæ Dñæ Demianowiczowa in coniugem accepit, susceptisq; ex à quatuor filijs, tribusq; filiabus, iam dierum plenus, Sacramentis Ecclesiæ munitus suauissimè obijt, Anno à Christo nato. M. DC. XLVIII.. ætatis suæ 72. die 7. Maij. Cui mœstissima coniunx hoc apponens æternum precatur vale.

D. O. M.

Vide quàm placidè inuictus toties, vitæ victrici tandem Leænæ succumbat Leo, Generosus ac Magnificus Dominus

Dominus STEPHANVS de Domiechowice, DOMIECHOWSKI. Illustrissima Prawdziciorum prognatus Leo de muro prosapia, totis reuolubilem sæculis, in apricum offerens, Ecclesiæ, Patriæ, Familiæ, candorem. Murus Patriæ, Leo Scytharum & Turcarum, Sphæra completæ perfectionis Christianæ, Domus decus, Ecclesiasticorum amor, egenorum Pater.

rum Pater. Cùm murum se Patriæ ad latus Sereniſsimi Sigiſmundi III. contra Hungaros, Scythas, & Solimanos exhibuiſſet, atque in hoc ſuum Gentilitium Leonem, præſidem & portitorem non volubilis fortunæ, ſed inuolubilis victoriæ probaſſet, Sphæra reuolutionum rectitudinis, inceſſabiliter ad conformitatem directionis Dei tendente, decreſcente ſeptuageſimi annorum ſuorum circuli æuo 10. Iunij vitam finiuit.

Diſce Leo fatum muris præeſſe, tibique
Diſce placere Polis, diſce parere Deo.

Sciuit, cui hoc gemebunda deſideratiſsimo Coniugi, Nobilis ac Generoſa Domina D. Heduigis de Zychlin Domiechowſka poſuit. 1654.

LASCENSIA.

IOANNES à ŁASKO,
Prius Regni Cancellarius,
Deinde mox Archiepiſcopus Gneſnenſis,
Primas Regni, & Legatus Natus,
Eiuſque Legationis ipſe auctor,
Vixit annis LXXV. & ſeſquimenſe.
Sedit in Pontificatu ſuo annis XX. Menſibus xj. diebus xxiv.
Mortuus die xix. Menſis Maij,
Anno poſt Chriſtum Natum, M. D. XXXI.

ÆTERNITATI,
Et immortali Genio,
Illuſtris Viri
Eccleſiæ huius Patroni,
IACOBI ZADZIK,
Senioris pro tunc in Familia Corabitarum.
Qui
Eximijs virtutibus & eruditione,
Præcipuos in Patria & Eccleſia honores
Aſſecutus.
Bis cum Suecis Inducijs concluſis,

Pactaque

Pactaque cum Moschis nomine Reipub.
Pace perpetua
Immortale sibi nomen comparauit.
Fuit
Secretarius Regni Maior,
Cancellarius Supremus,
Episcopus Culmensis.
In quibus Officijs
Constantis prudentiæ nomen adeptus,
Tandem pro meritis
Ad Sedem Cracouiensem translatus,
In Diuos Tutelares & Literas
Insignem liberalitatem declarauit,
Magnificisque substructionibus
Tam Patriam vniuersam,
Quàm Episcopatum suum exornauit.
IOANNES ROMISSOVIVS,
Vt in animis Ciuium
æternùm viuat.
Beneficentissimo Auunculo
Obseruantiæ ergò
P.
Anno Reparati Orbis, 1640.
S. S.

Illustris & Admodum Rñdi D. VINCENTII de Seue,
Łascen. Łouicen. Præpositi, Archidiaconi Gnesnen.
Mortales Exuuiæ.

Qui cùm ex Gallijs in Regnum Poloniæ, cum vetusta Lascorum Familia sumpta affinitate, domicilium transtulisset, atque à sæculari Sacræ militiæ animum consecrauisset, plurimum omni vita de Ecclesia Dei Illmis. DD. Archiepiscopis, totoque Clero Regni non paucis ad Sanctam Sedem Apostolicam cum laude expeditis Legationibus emeritus, ætatis suæ LIV. die 23. Mensis Martij, Anni Salutis, 1611.
Louicij morbo extinctus est.
DEPOSITÆ

Per Illustrem Dominam Sabinam Laska de Seue, Palatinam Siradiensem, sororem illius semper charissimam & mœstissimam. Anno mortis die 30. Martij. Archiepiscopus Gnesnen. Illustriss: DD. Albertus Baranowski funeri honorem.

BEATA de Sprowa, filia Illustris ac Magnifici Domini Ioannis Odrowąż, Palatini Russiæ, hoc monumentum vtrumque in honorem Illustris & Magnifici olim Staniſlai Comitis de Lasko, Palatini Siradien. mariti sui opera & impensa propria extructum reddidit.

Charissimo filiolo suo Hieroslao, Hieronymus à Lasko, Palatinus Siradien. Waywoda Transiluaniæ, & Siculorum Comes fieri curauit. Anno post Christum Natum, 1532. Vixit annos septem.

PILECENSIA.

Magnifico Domino D. NICOLAO PADNIEWSKI, de Padniewo, viro antiqua Religione & virtute, moribus probatissimis integerrimisque, modestia singulari peneque rara, Magnificus D. Albertus Padniewski de Padniewo, Castellanus Oswiecimensis, Capitaneus Dibouiensis, &c. &c. Filius Patri charissimo, amoris pietatisque ergò posuit.

Anno à Christo Incarnato, 1601.

Ne autem quis tarditatem in extruendo monumento hoc temerè accuset, sciat non negligentia actum aliqua, sed quod præter voluntatem suam in loco hoc D. Comes hæreditare diu incertus erat, Mater præcipuè Magnifica, morti proxima sepeliri se petijt præscia illius, Edocta, Diuinitus, quod postea effectus comprobauit.

Obijt Anno Domini, 1603.

Magnificæ Dominæ D. ANNÆ PADNIEWSKA de Brodzino, Matronæ pietate in Deum, liberalitate in egenos, beneficentia in omnes conspicuæ. Magnificus Dominus Albertus Padniewski de Padniewo, Castellanus Oswiecimen. Capitaneus Dibouiensis, &c. &c. Filius indulgentissimæ Matri in eodem Mausoleo, sub quo & charissimus Coniunx illius conditus est, effigiem hanc posuit, vt quos viuentes fidus amor, obseruantia coniugali integrè tenuerat, eosdem mortuos idem locus haberet. Obijt Anno Incarnationis Dominicæ. Illustri

Illustri ac Magnifico Domino D. STANISLAO PADNIEWSKI, Capitaneo Dibouien. Comiti Pilcen. Hæredi in Szaniec, Nobilissimæ Familiæ, viro Artium Liberalium Fautori ingenuo, Canonicorum Ecclesiæ Pilcensis, nec non S. MARIÆ de Pœnitentia, Religiosorum Fundatori amplissimo, amoris ergò, Magnifici, Philippus, Martinus, & Albertus Padniewscij de Padniewo, Fratres Patrueles posuerunt. Anno Domini, M. DC. XIII. ætatis suæ XXIX.

Magnificus Dominus STANISLAVS PILECKI, Comes de Pilca, ac Catharina more stirpis Ducum Vngarorum, Catharinæ filiæ suæ infantulæ, Parentes pij ac mœsti tumulum posuerunt. Anno Domini, 1559. Vixit Menses 19.

Magnificus Dominus IOANNES PILECKI, Hæres de Pilca, Capitaneus Lublineń. migrauit è viuis Feria tertia ante Festum Purificationis Beatæ Virginis Mariæ, Anno Domini, 1527.

Eodem anno Magnificus Dominus STANISLAVS PILECKI, dies vitæ suæ finiuit 7. Ianuarij, anno quo suprà.

D. O. M.

ALBERTVS MIKLASZEWSKI, meritis Atauorũ Ostoiæ Gentis Nobilis hic situs est, armis defendit Patriam, candore propinquos, atq; Duci in Zbaraz obsequio placuit, non illum rabies, non fraus, doluſque proteruus fregit, namque fide vindice tutus erat. Hunc tandem Lachesis fato superauit acerbo; qui legis hæc, mortis fac memor esto tuæ. Obijt 1. Maij, Anno Domini, 1637.

D. O. M.

Debemus morti nos nostraque.

Generosus Dominus ALBERTVS MIKLASZEWSKI de Dzierzgow, de Armis Ostoia, virtute, prudentia, & vitæ constantia, præstans pietate & Religione Catholica, admirabilis animi & corporis fortitudine, in expeditionibus Turcicis & Scythicis, pro Patria & Fide Orthodoxa Catholica supra fidem insignis.

Quem

Martis laboribus, mortiſque doloribus, & calumnijs grauiter afflictum, mors lege fati intempeſtiuè 55. ætatis ſuæ 1. Maij, Anno Domini, 1637. abſorpſit, ſub hoc tumulo Supremi Iudicis aduentum expectat.

C V I

Mœſtiſsima Coniunx Leonora de Rudoltouice, Vexilliferi Zatorienſis, Miklaſzewska, hoc monumentum cum lachrymis, cum duobus filijs derelictis poſuit. Qui legis hæc, da vota Deo, & depoſce quietem defuncto, & mortis ſedulus eſto memor.

D. O. M.

Generoſo D. NICOLAO STRZESZKOWSKI

De Bełk,

Religione, conſtantia, probitate, fide, præſtanti viro,

De Patria, apud Valachum Moldauoſque,

De ſuis, domi atque foris præclarè merito,

Anna à Krzepice Coniunx, cum filijs filiabuſque ſuis,

Mœrentes poſuerunt.

Moritur xij. Calend: Octob. Anno 1614.

Ætatis Anno LV.

D. O. M.

Rñdo D. MATTHIÆ ŁODZIA, Eccleſiæ huius ex Fundatione Padnieuiana Comitum de Pilca Canonico primo & Concionatori, Parocho in Kozlow: viro pietate inſigni, morum comitate claro, nemini moleſto, de Eccleſia benè merito, cæteriſque virtutibus atque eruditione optimè ornato. Qui aſsiduis laboribus fractus, obijt Anno Domini 1616. die 14. Ianuarij. Ioannes Malinowic Conſobrinus, Ciuis Cracouien. memor beneficiorum, mœſtus fieri curauit.

Mortuus mundo, viuit Deo.

GNESNENSIA.

IOANNES DE LASKO.

Archiepiſcopus Gneſnenſis.

Cognato ac Neceſſario ſuo Ioanni Gruſczinski Archiepiſcopo Gneſnenſi.

Hunc cyppum poſuit.

Anno D. 1453. Cracouiæ vita functo. *In ſi-*

In ſiniſtra parte Mauſolei S. Adalberti.

Sanctus Adalbertus Anno Salutis 996. huic Metropoli præficitur qua relicta coronatur martyrio Pruſsiæ in loco Lochſtet 9. Calend: Maij 999. huius ſucceſſor 33. Iacobus de Sienno præſens comparauit Mauſolæum opere tamen imperfecto 1480. effertur, relicto teſtamento ſumptu ad perficiendum, & ſub tempore ſucceſſoris immediate conſummatur 1486. qui pro hoc fictili obtineat ſæculi æternum Amen.

In dextera verò parte verſus inſculpti ſunt.

Pannonios, fidei, Prutenos atq; Polonos.
Qui dedit, & dederat Regna Bohema priùs.
Diſſimili tantis meritis, vitæq; Beatæ;
Sanctus Adalbertus clauſus erat tumulo.
Non tulit id pietas Iacobi cognomine Senno
Iamq; ſacris ſtruxit oſſibus iſtud opus.

Bogumilus Archiepiſcopus Gneſnen. de domo & familia Roſarum, homo piùs, & Eccleſiaſticus pauperum & pupillorum ſtrenuus defenſor, in vita ſua nulli iniurius, cultus Divini ardentiſsimus Zelator, & propagator.

Nicolaus Dzierzgowski Archiepiſcopus Gneſnen: & Primas Regni, Legatus Natus, in multis & varijs Reipublicæ curis ac munere ſui officij graviſsimis negotijs, de ſempiterna requie ſolicitus, viuens ſibi poſuit: quietem poſteri non inuideant, qui ſecùs, illis mentem bonam precamur.

D. O. M.

Æternæ Memoriæ Inclyti Præſulis & Principis D. STANISLAI KARNKOVII Archiepiſcopi Gneſnenſis Reg: Polon: Primatis Primiq; Principis. Quod præſtantium ſalubriumq; conſiliorum in Eccleſia & Repub: Dux, auctor, & moderator feliciſsimus. Cum exſolutis piè & liberaliter, ſuis vtriq; muneribus erectoq; & fundato Caliſsien. Societ. IESV Gymnaſio ampliſsimo Burſa item Karnkouiana, Seminarioq; Archidiœceſano felici nihilominùs ex honeſta lautaq; parſimonia opum prouentu floreret. Baſilicam hanc venerandam Capitulariumq; Collegiorum eius ſacerdotalium adauctis, liberalitate incomparabili cenſibus illuſtriorem reddiderit; luculenter ſacris indumentis inſtruxerit, aram

rit, aram maximam sumptuosi operis iconibus exornauerit, gratamq; in templa complura, Cœnobia, Parochodoxiaq; beneficentiam, & in clerum vniuersum, paternæ charitatis & indulgentiæ memoriam reliquerit. Capitulum almæ huius Ecclesiæ Metropolitanæ Gnesnen: pro æterna eius requie perpetuum singulis mensibus Missæ sacrificium ad Mausolæum D. Adalberti faciendum decreuit, gratiq; hoc & memoris animi. M. P.

IOANNES DE LASKO.
Cancellarius Regni.

Archiepiscopus Gnesnensis
Legationis Natæ author.

Terram figuli ex vrbe & ab Hierosolymis inducit, qua cœmiterium hoc conspergit, & vrnam glebæ suæ hoc loci ponit. Moritur tandem Anno Domini, 1531.

IOANNES DE LASKO.
Archiepiscopus Gnesnensis.

Adoptationis memor antecessori suo ANDREÆ ROSA de Borzyschewice.
Anno D. 1210. die 20. April:
Mortuo sarcophagum marmore decorat.

IOANNES DE LASKO.
Archiepiscopus Gnesnensis.

Andreæ Custodi Gnesnensi ac Cracouiensi Vladislauien. & Posna: Canonico, germano suo. A 1212. April: 7.
Morte immatura intercepto posuit.

IOANNI KOKALEWSKI.

Gnesnensi Posnanien si Pustouiensi Canonico.

ARma virum quamuis monstrant hic esse sepulcum,
Crudele non est stemma parentis hoc est.
Sedulus, clemens, magnanimus pietate, benignus
Virtute insignis progenieque fuit.

Obijt Anno D. 1584. Ætatis 75.

SBI-

SBIGNEO DE OLESNICA.

Archiepiscopo Primatiq; Gnesnensi.

Summo consilio, & animi magnitudine præstanti Dictatori, & parenti patriæ, familiâ Sanctocruciana Dambno vulgo nuncupatâ, sato, 4 Nonas Febr: mortuo.

M. CCCC. XCIII.

Cui

NICOLAVS KOTWICZ Archidiaconus Posnanienſis, Decanus Louicienſis, Canonicus Gnesn: hos in tabula ad crates supra sarcophagum appendit elegos.

FLere libet, sæuas filo breuiore sorores
Tam magno, fatum corripuisse, viro.
Maxima Pontificum Sbignæus gloria nasci
Nunquam, vel semper vivere, debuerat.
Defensor cleri, libertatisq; vetustæ
Assertor, patriæ præcipuus clypeus.
Facundus, prudens, vir religiosus, in vno
Corpore, doctrina, & forma, genusq; fuit.
Surgentem potius potuisses mergere solem,
A recto quàm ipsum flectere iudicio.
Florebat patria florente, sed alea postquam
Versa est, gaudebat cum pereunte mori.

Iacet hic MATTHIAS de DRZEWICA gratia diuina in Archiepiscopum Gnesnen. Anno 1231 euectus qui antea trium Poloniæ Regum fuit Vice Cancellarius & Cancellarius, Episcopusq; Præmisliensis & Vladislauien: Annis 26. Obijt in arce Louicienſi Anno Dñi 1235 die 12. August. hora secunda noctis. 29. Septembris sepultus. Vixit Annis LXIX.

IOANNES GROTH à Ruda Dibowska.

Iuris vtriusq; Doctor

Canonicus Gnesnensis.

Vir cum summa grauitate, mitis & suauis, Canonum Legumq; lector egregius, ac verbi diuini prædicator celeberrimus, fundator Psalterij in hac Ecclesia primus, ac in omni re sic elegans & nitidus vt vitæ priuatæ exemplar esset, ac carnis gleba absolutus. Quarto Nonas Iulij Añ: 1532. requiescit hic in quiete.

Reue-

Reuerendo Dño Clementi RVDNICKI, Cuſtodi Gneſnenſi Archidiacono Vnieiouienſi Viro ſumma probitate conſpicuo, ac religione inſigni. Qui ſupremi illius diei memor ſibi ac fratris deſideratiſsimi. Reuerendi olim Dñi IOANNIS RVDNICKI. Archidiaconi Vnieiouien: Canonici Gneſnenſi, & Poſnanienſi cineribus, quorum vrnam aliunde huc inferri curauit. Viuens monumentum poſuit.

A. 1577. Ætatis ſuæ 45.

Reuerendo Dño ERASMO MIELINSKI. Gneſnenſi Poſnanien: Cracouienſi Cruſuicienſi Eccleſiarum Canonico, Viro authoritate & eruditione clariſsimo, linguarum multarum ſcientia peritiſsimo, Reuerendiſsimus & Generoſus Alexander Dei Gratia primus in Liuonia Vendenſis Epiſcopus & Abbas Tremeſnenſis. Nicolaus Tribunus & Chriſtophorus Dapifer Caliſsienſis. Germani, Amantiſsimo fratri poſuerunt. Ætatis Anni 46. die 16. Martij. A. D. 1544.

Hic Gneſnæ pie deceſsit.

Reuerend. D. ANDREÆ CACKI Decano Vladislauien: Cantori Poſnanien: Canonico Gneſnenſi ex antiqua & Illuſtri familia, Suincorum prognato, viro magnis naturæ dotibus prædito, dicendi vi & libertate admirabili, Principum virorum amicitia claro, Iurium Eccleſiaſticorum, Regniq; ſtrenuo propugnatori, pauperum munifico patrono. Eliſabeth Mielzinska Succamer: Caliſienſis conſors, Anna Gaiewska Neptis, Patruo bene de ſe merito, mœſtæ poſuere. Obijt Gneſnæ Anno 1612. die 17. Menſis Septemb. Ætatis 62.

Reuerend. D. SERAPHINO GICHROWSKI Canonico Gneſnenſi, viro pietate & doctrina, eruditione claro, in rebus gerendis bene verſato, de Eccleſia Dei bene merito, Anno Ætatis ſuæ 40. obijt. Reuerendus Paulus Cichrowski Canonicus Vladiſlauienſis Mœſtus, Fratri chariſsimo germano tabulam iſtam affigi curauit A. D. 1581.

Ad laudem & gloriam Dei Omnipotentis,

Rńdo Domino FELICI REMBIELINSKI.

Canonico Gneſnenſi, Louicienſi, &c:

Viro cum ob excellentem prudentiæ laudem ſingulari, cum ob multarum virtutum, tum maximè pietatis, munificentiæ, ſeu hoſpitalitatis ornamenta omnibus chariſsimo, qui cum in æde Gneſnen: 25. Annos laudate & honorifice eſſet commoratus, & æque de illa ac de Illuſtriſsimo præſentis memoriæ Dño Archiepiſcopo, atq; de illo qui ante hunc floruit, quos

ruit, quos etiam proxima sanguinis coniunctione attingebat præclare fuisset meritus, exacto ætatis Anno 60, obijt diem suum 26. Septemb: Anno superiore 1527. legatis propè 400. in vtus pios aureis. Reuerendus Ioannes Rembielinski Vir Consultiss: Canonicus Gnesnen: Lancicien. in Piantek & Chrosiin Præpositus, Patruo amantissimo ex testamento posuit.

LArgus opum, constans animo zelator honesti,
Hoc Rembelinski marmore tectus obit.
Vnus erat felix, moriens felicior, ecce cur?
Jam cœlum posita compede carnis habet.

Illustriss: & Admodum Reuerendi Domini ADAMI LESNIOWSKI Archidiaconi Gnesnen: Posnanien: Pultouienssq; Canonici, Viri antiquæ probitatis & prudentiæ, de Ecclesia & Amicis optimè meriti, pupillorum & egenorum singularis Patroni, Executores mœsti posuerunt. Moritur Gnesnæ 14. Martij, Anno Domini, 1641. ætatis 8.

Vide, Paueſce,
Breue regnum.

IOANNES BVSSINSKI, Episcopus Nazarenus, Suffraganeatus Gnesnensis, primus Fundator, vir certè multis in rebus præclarus. Is relictis, hoc perpetuo monumento exuuijs, Anno 1241. die Ianuarij 20 abijt in regionem longinquam accipere sibi regnū.

Memor esto iudicij mei, sic enim erit & tuum.

Reuerendo in Christo Patri,
D. ANDREÆ CRICIO,
Archiepiscopo Gnesnensi.

Incomparabili viro, de Religione atque Republica benè merito, multisque naturæ & ingenij dotibus insigniter prædito, postremum hoc pietatis munus, ab Amicis charam illius memoriam retinentibus positum.

Moritur Anno Domini, 1537. ætatis suæ 54.

ALBERTVS BARANOWSKI,

Mortalitatis onus hic depoſuit, Sigiſmundo Auguſto Rege in Aulam ab Academiis venit, à Stephano Bathoreo Secretarius primùm Maior, deinde Regni Vice Cancellarius, ſimulque Epiſcopus Premiſlienſis creatus, à Sigiſmundo III. Epiſcopus Ploçenſis, poſt Vladiſlauien. & Pomeraniæ, tandem Archiepiſcopus Gneſnen. Legatus Natus, Regni Poloniæ Primas, primuſque Princeps, pius, rectus, prudens, grauis, conſtans, animoſus, in bonos munificus, in malos ſeuerus, Eccleſiæ laudabiliter præfuit, Rempublicam ſincere amauit, conſilioque iuuit, domum ordinatè gubernauit.

Hæc immortalitatis gloria celebrabit.

Tu quiſquis es, ingemiſce ſidus Patriæ ac columen Eccleſiæ, æternumque vt viuat apprecare. Obijt Łouicij, Anno Domini, 1615. die 23. Menſis Septembris, ætatis ſuæ 61. Archiepiſcopatum gubernauit annis 7.

Reuerendus D. GABRIEL WYSOCKI de Wyſoka à Kiſkow, Gneſnenſis, Vladiſlauienſis, Poſnanienſis Canonicus, ſibi, Amicoque cariſſimo, Rñdo D. Ioanni Galezynſki, Cantori Gneſnenſi, Referendario Regni Poloniæ, memor mortalitatis viuus P. Anno 1612.

Quorum nomina & oſſa tenet nunc ipſe mundus,
Et mentes lubens ante Deum meritis ornat laborum.

Reuerendiſſimus in Chriſto Pater D. IACOBVS de Sienno, Dei Gratia Sanctæ Eccleſiæ Metropolitanæ Archiepiſcopus & Primas, Anno Domini, 1580. die 4. Menſis Octob defunctus eſt, Anno Archiepiſcopatus ipſius ſeptimo, Maturitatis ſuæ ſexageſimo.

Reuerendo MARTINO GALCZINSKI Cuſtodi Poſnanienſi, Præpoſito Louicienſi, Gneſ: Lancicien: Canonico, viro optimo & religionis Catholicæ tenaciſſimo, lurium Eccleſiæ defenſori & propagatori acerrimo vita functo 14. April: A. 1623. Ætatis 70.

IOANNES GNIAZDOWSKI Epiſcopus Theodo: Suffraga: Gneſ: Abbas Mogilnen: de hac ſancta Eccleſia Monaſterioq; Mogilnenſi bene meritus, multis pro Repub: laboribus legationeq; ad Rudolphum Secundum Romanorum Imperatorem, renunciato Poloniæ Rege Sigiſmun-

Sigiſmundo III. ab Ordinibus Regni perfunctus, mortalitatis memor, vivens hoc ſibi monumentum poſuit, Sacellum exornauit dotauitq; ſacris faciend. pro anima ſua, propinquorum, benefactorumq; Poſteri fati communis memores quietem precentur.

Excellenti D. IACOBO ZAGORSKI Philoſophiæ & Medicinæ Doctori ordinario. Venerabilis Capituli Eccleſiæ huius Phyſico, viro pio, & dotibus ingenuis cultiſsimo, deq; omnibus benè merito: quem perpetua vitæ inſidiatrix humanæ mors acerba dum non valuit aperto marte occulto incautum contagio ſtrauit. Eheu mortales, cõtra vim mortis non eſt medicamen in hortis. Cui hanc amico ſingulari Mnemoſim poſuere mœſti executores A. 1633. 11. Ianuarij.

Admodum Reuerendo D.D. ALBERTO BRVDZINSKI Eccleſiæ Cathedra: Craco: Cuſtodi, Gneſnen: ac Sendomirienſi Canonico, nec non Sacræ Regiæ Maieſtatis Secretario, qui cum plane totum in grauibus Eccleſiæ Reiquepub: negotijs vitæ ſuæ tempus conſumpſiſſet, multaq; præclara Diuinæ gloriæ zelo, & calamitoſis opitulandi ſtudio geſſiſſet, ſumma virtutis ac prudentiæ laude cumulatus, diem ſuum obijt exacto Ætatis Anno 1600. ſupra Sexageſimũ Menſe Iunio A. ſexto, Nicolaus & Stephanus nepotes, ex fratre Germano Martino Brudzinski, monumentum poſuere.

Reuerend: ADAM ROGACZEWSKI Archidiaconus Vladislauienſis & Lancicien: Canonicus Gneſnen: & Poſnanien: I.V. Doctor, Illuſtriſſimi Laurentij Gembicki Archiepiſcopi Gneſnenſis Cancellarius hoc tumulo conditus.
Anno 1622, 14. Novembris

Spectabili & Nobili Dño SIMONI BOGOSLAWSKI Aromatario, Ciui conſulari Gneſn: & Poſnanien: viro integerrimo, ſingulari prudentia, pietate, & munificentia prædito, de Republica eiuſdem Ciuitatis benè merito. Anna cum filijs & filiabus Primi Eliſabeth Kieczkowna Srzeden: Vxor ſecundi matrimonii cum prole ex eodem progenita, mœrens poſuit in perpetuam memoriam. A. 1590. 4. Menſ: Aprilis vitam finiuit.

LEONARDO VALCONOVIO S. T. Doctori & Canonico Gneſnen: viro pietate, eruditione, modeſtia inſigni, & de hac Eccleſia optime merito, Venerabile Capitulum fratri chariſſimo poſuit. Obijt 10. Auguſti 1617.

Reuerendo D. STANISLAO FALECKI Dei Gratia Episcopo Theodosien: Suffraganeo Gnesnensi Abbati Suloiouiensi, de hac Ecclesia optime merito, venerabile Capitulum Ecclesiæ huius confratri suo posuit. Moritur die 26. Februarij. Anno 1581. Ætatis suæ 65.

GENEROSI SERAPHINI GLEMBOCKI Tribuni Calisiensis, qui peruetusta, & clarissima Doliuitarum ortus familia, Gentilicium Auitumq; splendorem propria virtute illustrauit. Nam à puero in fide Catholica educatus, iuniorem ætatem literis & bonis moribus, Adolescentiorē tam militaribus, quam Illustrissimi & Reuerendissimi Dñi Laurentij Gembicki Archiepiscopi Gnesnen: & Primatis Regni seruitijs, maturam coniugali vitæ, cum Generosa Magdalena de Krzycko priuatis amicorum & publicis functionibus dicauit. Tandem præmortuo fratre, Gñoso Dño Alberto Glembocki Pocillatore Calisiensi, viro in Conuentibus Regni, & in Iudicijs Tribunalitijs strenuo ac in Moschouiam Comissario deputato, omnibus carus, nemini molestus, piè Christianèq; Sacramentis munitus Bidgostiæ moritur, Anno reparatæ salutis 1638. die 25. Iunij. Ætatis verò suæ 53. Cui vnicus superstes & mœstissimus frater Illustris & Admodū Reuerendus D. Alexander Glebocki Scholast: Gnesnen: Deca: Posnanien: Plocen: Louicien: Canonicus, hoc Lugubre amoris posuit monimentum.

LAVRENTIVS GEMBICKI.

Archiepiscopus Gnesnensis.

Regni Primas Primusq; Princeps.

Antea verò, ex Secretario supremo, Culmensis Vladislauien: Episcopus & simul ob virtutis prærogationem supremus Regni Cancellarius, verè natus omnibus prodesse nemini obesse, in quo zelus cum pietate cordata, innata bonitas cum benefaciendi studio, summa prudentia cum admirabili eloquentia, dulci ambitu certantes, huic sæculo venerabile miraculum, & omni posteritati æmulandum Archetypum reliquerunt. Excessit meritorum plenior quam æui, Anno Ætatis Heroibus aduerso, 63. Año D. 1624. die 10. Februarij. Posuit Petrus Gembicki Episcopus Præmisslien: Decanus Cracouien: Præpositus Generalis Miechouien: & Plocen: Supremus Regni Cancellarius, Patruo & Benefactori de se meritissimo.

QVid stas quid stupida cunctaris mente viator.
Quis fuerim forsan, tu quoq; scire velis.

Alber-

Albertus Coſtenſis Doctor celeberrimus arte,
Juſtitiam docens paſtor eram populi.
Dormio non obij, reparata carne reſurgam,
Vltima præcipiet ſurgere quando tuba.
Tunc Dominum propria veſtitus pelle videbo,
Arce Syonea diſſociare gregem.
Interea quicunq; pedem hac direxeris
Dic rogo lætari fac Spiritum Alme Deus.

MATTHIÆ ŁVBIENSKI Archiepiſcopo Gneſnenſi.

EXpectas faciam forſan tibi verba Viator,
Non faciam: faciet ſed mea tumba tamen.
Pomian Lubienius iacet hac tumulatus in vrna,
Gloria nobilium, lausq; decusq; Ducum.
Obij A. 1653. Ætatis 72.

PREMISLIENSIA.

MEMORIÆ,

Illuſtriſſimi & Magnifici Domini
IACOBI MAXIMILIANI à Pleſzowice FREDRO,
Referendarij Regni,
Succameratij Terræ Premiſlienſis,
Cancellariæ Maioris Regni Regentis.
Qui
Cùm vitam ab Illuſtribus Parentibus acceptiſſet,
In Illuſtri totius Reipub. Theatro egit & tranſegit
Connubiũ firmatæ per eum pacis, nomine Reipub. cum Magno Moſchorũ Duce
MOSCHOVIA.
Pactatum Induciarum, cum Guſtauo Rege Sueciæ
PRVSSIA.
Magnæ Legationis in Germaniam arcanorum & conſilij ab eo habiti.

Vien-

Vienna Auſtriæ.

Teſtes ſunt

Rex, Senatus, Equeſtris Ordo.

Magnam in rebus fidem, prudentiam magnam, demùm eius virtutem loquuntur.
Vix ſic mortuum dices, qui tantorum viuet memoria.
Mortuus tamen, aut potiùs mortale corpus depoſuit.

D. O. M.

ADAMVS STADNICKI DE ZMIGROD,
Capitaneus Sanocenſis,
Filius Palatini Bełzenſis.

Qui prima pueritia in Caſtris Mineruæ conſumpta,
Stephanum Poloniæ Regem in Moſchouia bellantem ſecutus.
Ibi multa belli decora ob animi & corporis robur,
Cùm in alijs multis prælijs, tum maximè in oppugnatione Pleſchouiæ retulit.
Hinc Regi primum, belli Duci charus, omnibus admirationi fuit.

POST

Sigiſmundo III. operam in Electione & Coronatione præclaram nauauit.
Tum proficiſcentem in Sueciam Regem ſecutus eſt.
Maieſtati non modo opibus ſuis honori, ſed fide, animi fortitudine, contemptu periculorum
Vſui fuit.

Hinc multis & varijs ab eo dignitatibus & Præfecturis ornatus.
In Palatinatu Belzenſi,
Et Præfecturis
Premiſlienſi, Kolenſi, Strienſi vitam reliquit,
ANNA GOSTOMOVIA,
Palatini Poſnanienſis
FILIA.
Huius Stadnicij Vxor,
Et Liberi mœſtiſſimi poſuerunt.
Magnus vir, acer, memorabilis, vixit annos 52.
Obijt die 14. Octob. hora 13.

D. O. M.

Æternitati, Poſteritati, Memoriæ.

Peril-

Perilluſtris ac Magnificus Dominus IOANNES CASIMIRVS, ex Patre ADAMO de Zmigrod STADNICKI, Terrarum Belzen. Patre & Matre Anna de Domo Nalęcz Goſtomska, Palatinides annorũ ætatis ſuæ 36. Anno à Partu Deiparæ, M.DC.XXXVI. Die 30. Ianuarij.

Hic Monumentum æternum P.

QVEM

Magni æterni Latria paternis educauit Srzeniauianis,
Sanctorum Dulia ſuo nutriuit lacte Goſtomiana.

CVI

Interauita Gentis ſuæ decora, Domus Firleiorum & Srzeniauiorum cum ſanguine Heroico propinauit pietas.

VNDE EVNDEM

Amor in Deum, Pietas in Patriam,
Sub feliciſsimis auſpicijs Inuictiſsimi ac Potentiſsimi Sigiſmundi III. Regni Poloniæ & Sueciæ Regis, vnà cum Magnifico Domino D. Sigiſmundo de Szczekarzowice Tarlo, in Caſtris Lubomirianis Comitum in Wiſnicz, contra Scythas ſub Burſztyn ſtrenuum militem

EXPOSVIT.

Obſeruantem in Propinquos, candidum in Amicos, beneuolum in ſubditos, liberalem in egenos & pauperes.

TANDEM

Sincerum, probum, affabilem erga domeſticos & extraneos.

EN ECCE

Relictis floſculis duobus, Barbara & Emerentiana, ex Generoſa & Magnifica Domina Iſabella, filia olim defuncti Generoſi & Magnifici Domini, D. Valentini de Vſiatin Kalinowski, Capitanei Camenecen. viri bellicoſiſsimi, vti mœſtiſsima Coniuge ſua receptis,

MIGRAVIT

Deo creatura, Religioni tutor, Patriæ Ciuis, Amicus Amicis, die 9. Octob. Ab Incarnato Verbo, M. DC. XXXXV.

ET QVONIAM

Hic quietem elegit, tu Hoſpes ora,
Lux perpetua luceat ei Domine.

D. O. M.

QVondam horto ſimilis ætate florebam
Cultu ſummi nemini famaq; cedebam.
Me Hermanow genuit poſt patre orbatus
Honore, cuius magni favore dotatus

Reſpon-

Respondere vt par est eidem studui.
Flores horto, virtute nunquam erubui.
Quid mihi, vt flos, falce deiectus deperit,
Sic famam, sic virtutes, furens parca terit
Me quoq; , tu qui legis, proximi amore.
Lux tibi sit æterna, dic re, ore, more.

D. O. M.

GENEROSVS CONSTANTINVS KORNIAKT,
Religione in Deum, meritis in Patriam, iuris
& æqui obseruantia
Priuatim & publicè clarus.
Primam ætatem linguarum studio
Reliquum Patriæ necessitatibus impendit.
Ac primæ pugnarum velitationes,
Singularesque cum hoste,
Heroem quàm strenuum, tam felicem ostendere.
Arx Białykamien
Proprijs ipsius sumptibus defensa.
OB
Ingentem Suecorum exercitum,
Tenuibus præsidijs repulsum,
Fortissimo constantissimoque
Propugnatori.
Partæ libertatis trophæum inscripsit.
Alias saluti publicæ
Armis Othomanidarum Tartarorumque impetitæ,
Sumptuosis expeditionibus
Selecta veteranorum manu,
Prompta opera
Quantouis in discrimine nunquam defuit,
Ad summum gloriæ cumulum accessit inuidia.
QVAM
Animo semper infracto,
Consiliorum altitudine,

Rei mili-

Rei militaris prudentia,
Partim extinxit, partim infregit.
Heu mea vita!
Cùm annos vixiſſet ſupra 40.
Immaturo conceſſit fato.
Viator, ſi non lachrymas, preces funde.
Plangebat
Mœſta Coniunx,
Eliſabetha de Tenczyn Oſſolinſka,
Anno Salutis, clɔlɔcxxiv.
iij. Martij.

D. O. M.
Gloriæ & Virtuti.

Quam poſt funera intumulatam reliquit ſedulus paternæ gloriæ æmulator Heros ex Generoſitate & animo, non nomine magnus.

ALEXANDER KORNIAKT
in Sołnica.

QVI

Eximiam ſuam indolem, ab ineunte ætate non patriæ tantum, Sed etiam Germaniæ, Galliæ, Hiſpaniæ, Angliæ, Italiæ, alijſq; exteris nationibus notam fecit, magno Polonæ gentis, cum honore, pari domus ſuæ exiſtimatione, mira apud exteros laude, id quod Patriæ præſidio, domuiq; ſuæ ornamento, proximis emolumento, fore ſciebat, nauiter quæſiuit, feliciter conquiſiuit, felicius exercuit, retinuit.

HINC

Nobiliſſimæ ſuæ proſapiæ auitos ſplendores, pietate, prudentia, eruditione, fidelitate obſequiorum, in aula Regia, & propenſiſſimo de omnibus bene merendi ſtudio, in diſtrictu Præmiſlienſi, alijſq; heroicis ornamentis incrementauit.

EIVS

In Deum Diuoſq; religionem, egenos liberalitatem, cum alia plura cœnobia, tum potiſſimum Huſſakouienſis Carmelus nunquam conticeſcet.

QVEM ILLE.

Vt alter Salomon posthumæ paternæ munificentiæ hæres & voluntatis executor, fundauit, locauit, dotauit.

Sed heu vanas spes mortalium.

Dum innatæ suæ virtuti exercendæ pro omnium expectatione amplum paratur theatrum, inexorabilis Cloto videns, & inuidens, non mœstissimæ, & omni solatio inuiduatæ matris Helisabethæ, de Tęnczyn, irremediabilibus lachrymis, non tenerrimæ prolis orbitate, non longinqua fratris distantia, non insuper precibus & votis Deo dicatorum flecti palla non eum solum, sed & fidelissimam thori consortem. Illustrem Dorotheam Kárnkowska, omni virtutum genere ornatissimam, raro sed memorabili, quin mirabili, nescio casu, an exemplo, viro in anno, vno mense, vno prope die, vno eodemq; morbi, & lethi genere vix exacto, primo flore iuuentæ, illum ætatis suæ anno 27. hanc 26. ingenti omnium luctu. E viuis rapuit

Nouum & nobile par coniugum

Quod nec funerei ligonis violentia diuortiare potuit, duobus & vnigeminatorum funere, & vno parentatum, duplici hostia, & vna litatum est, trinæ vnitati.

Anno D. M. DC. XXXIX. die IV. Iunij.

D. O. M.

Pijs Manibus magni ac Gnosi animi D. IOANNIS MATTHÆI de Ostrow Ostrowski.

Mostensis Capitanei, Aulici Cubicularij S.R.M.

Qui primum ætatis florem, politiori sapientiæ apud exteras nationes etiam comparandæ, vitam omnem obsequiis D. Sigismundi III. Poloniarum Regis non sine illustri, & virtutis & familiæ commendatione addixit. Cui in sago ad Smolenscum in Moschouia contra Osmanum ad Chocimum, in Suecia contra Carolum periculorum Comes.

In toga ad Paulum V. Roma: Pap:

Sæpè ad Conuentus Municipales,

Sæpè sui Municipij, ad Comitia Regni Legatus.

Pluries Visnæ in Comitiatu Prouinciali Marschalcus.

Demum Legato ab eodem Sig: III. maximis de rebus in Turciam Consiliarius. Cum religionem in Deum, pietatem in Patriam, erga Principes fidem. In Coniugem obseruantiam, liberalitatem in egenos, humanitatem in omnes, multis argumentis probauisset.

Vixit

Vixit Ostroui Anno Ætatis 59. Æræ Christianæ M. DC XXXXIV. XX Nouemb: Heduigis de Chodoroſtaw, Coniunx chariſsima flebile monumentum Coniugi optimo, mœrens poſuit.

D. O. M.

Trophæum.

Siſte gradum Viator.

Magnos magni & veneratus Manes,
Vnico ad Deum ſuſpirio adora,
Quis fuerit quæres?
Sedulum Maiorum ſuorum, æmulatione, heroica virtute, & nomine magnum STANISLAVM de Gumowo GVMOWSKI, hic eſſe depoſitum ſcias.

Hic

Auitos Nobiliſsimæ ſuæ Proſapiæ ſplendores, maiori virtutum ſuarum ſpecimine illuſtratus, adoleſcentiam ſuam Bellonæ nupſit.

Præterea

Robore, humanitate, conſtantia, virtutum ſuarum candore conſpicuus, pietate in Deum, liberalitate in Clerum, beneuolentia denique vbiq́ue claruit.

Hoc itaque factus omnibus vnus.

Florido veris tempore inexorabilis libidine mortis falce meſſus, atque ferali redimitus cupreſſo diues, at ditior virtutibus, quas ei poſt funera in tumulatas reliquit inimica fatis conceſsit. Obijt mundo, victurus Deo, Ætatis ſuæ anno 55. die 8. April. Æræ Chriſtianæ, 1649.

Hoc poſuit.

Turtureo gemebunda dolore, Maiorum ſuorum genere, & ſanguine illuſtris, coniugalitatis copula & pietate in Deum illuſtrior, Magnifica Dña, D. de Sienno Gumowſka, pijs defuncti cineribus ſymbolum.

D. O. M.

Cuius Amice beata vides inſignia Lector,
Me ſuper hoc humilem ſuſtulit ille gradum:
Paulus Ioſaſna Princeps erat inclytus, ora,
Et Præſul templi Vilna Lithuana tui.

D. O. M.

Generosus D. IACOBVS HERBORTH de Fulstyn, hæres in Miezyniec, vir auitæ religionis, pietate in Deum insignis, virtute clarus prudens consilio, de Repub. Polona benè meritus, rei militaris peritus, in pauperes liberalissimus. Anno D.M. D.LXXIII. Ætatis suæ LXI. die 25. Iunij, bona cum venia & contritione mortuus.

D. O. M.

Generosæ indolis, optimæque spei Adolescenti, ALBERTO DEMBIENSKI de Szczekociny, annum 16. agenti, morte immatura sublato, hic sepulro, fratres mœsti posuerunt. Obijt Anno Domini, M. D. LIX. die 27. Septemb.

D. O. M.

STANISLAVS MIESZKOWSKI,
Sacræ Theologiæ Doctor,
Canon: Vicarius in Spiritualibus. & Officialis Generalis Premisl.
Præpositus Samborienſis,
Nobili Prosapia natus.
In Academia Iagellon: Eloquentiæ Professor,
In Cathedra Premyslienſi Ordinarius Ecclesiastes.
Cùm fructus Ecclesiasticos germinauisset amplissimos,
Ætate lassus, meritis indefessus.
Raris in memoria viuorum exemplis diu victurus,
Calendis Feb. Anno Domini, M. DC. XXV.
Quieuit immortalitatis meta.

D. O. M.

HAc Martinus humo, patria requiesco Sacerdos,
Dum Christus Iudex iusta daturus erit.
O vtinam vera in Patria tum viuere possim,
Quæ nullam mortem, nulla pericla timet.
Ne liceat quæso votis precibusq; iuuare,
Dic Lector, vt sit lux sine fine mihi.

D. T. O. M.

D. T. O. M.

STANISLAVS à Niedzielſko MAGDALINSKI,

Hic iaceo Viator.

Titulos ne vltra quære, quos vita mea poſſedi,
Iam non mea ſunt, nec ideò tibi vt aliena
Enarrabo.
Nunc inter mortuos ſedes mihi, & vtinam bona,
Tu verò precetuua Viator, vt bona ſit,
Nec alia occaſione viuus mihi mortuo proderis.
Obijt Anno Domini, M. DC. XLVII. die 26. Februarij,
Ætatis ſuæ Anno XXX.

D. T. O. M.

Tu quiſquis tranſis Viator,
Iudicem me hic cubantem noſce.
Reuerere ſi iniuſtus, audi decreta mea, ſi iuſta ſunt.
Da iuſta Deo, da Patriæ, da mihi mortuo,
Sed præſſius nomen ſi ſcire cupis, & omnia.
Sum IOANNES à Pleſzowice FREDRO, Iudex Terræ Premiſſien.
Quinquaginta & duo annos habui, cùm morerer, ſat multi anni, ſi non per inertiam excidi. E Muſæo Martis ſcholam ingreſſus ſum, ſunt Moſchouia, Liuonia, Pruſsia, Podolia, Valachia, teſtes meorum in armis laborum, poſterior ætas, togæ dicata, & cum his, aut in hac mortis, portas ingreſſus te venientem expecto.

D. O. M.

Piis Manibus.

Nec non poſteræ Æternitati, aternæque Poſteritati,
Hoc iubet virtus in Labaro Mnemoſynon.
HOSPES
Si adlubet præſtolare, & perlege,
Paucis te morabor mortis ſpolium.
Si amicus es, funde lachrymas,
Si inimicus haud inuide.
Si Polonus Eques, Polono Equiti,
Æternùm vt gaudeam apprecare.

AT CVI

Magnifico Domino, Dño
GEORGIO STEPHANO de Pleszowice FREDRO,
Dapifero Terræ Premiſlienſis.

JS

Iuuenili ætate grauis conſilio,
Fortis manu & animo,
QVODQVE PRINCEPS,
Fide clarus Orthodoxa,
Sago togaque inclytus,
Relicta poſteris fama immortali,
Quidquid mortale habuit, hic funerauit.
Heu nihil hic orbis quod perennet poſſidet.
Obijt piè Anno à Partu Parthenio, M. DC. XXXIV.
Ætatis ſuæ XLII.

S. D. T. O. M.

Illuſtriſſimus D. D. MARTINVS Comes Sacri Romani Imperij in Kraſiczyn
Kraſicki Palatinus Terrarum Podoliæ.
Præmiſlienſis, Bolemouienſis, Lubomlienſis, Capitaneus.

Vixit.

Amicis, Familiæ, honoribus, fortunæ, & Patriæ gloria & ornamentum.
Patris contraxit virtutem, patre Caſtellano, filius Palatinus maior.
Ex auito ſplendore ad magna natus, maiora ſemper feliciter aggreſſus.
Iuuentutem in exteris excultam, Caroli Archiducis Auſtriæ obſequio honorando expoliuit.
Virtutem Sereniſsimi Sigiſmundi III. Poloniarum Regis longo ornauit famulatu.
Reginalis Maieſtatis Inciſor, fidem, integritatem, honoremq; auxit.
Inter Regni Senatores Caſtel: Leopol: Marte ex Minerua luxit.
Fortitudine, iuſtitia, prudentia, humanitate inter proceres excelluit.
Legum rebelles, pacis turbatores, & prædones viriliter repreſsit.
Contra Reipub: hoſtes, Moſchos, Turcas, Scythas, numeroſas cohortes duxit.
Defenſurus Patriam, Septingentis Equitum peditumq; turmis.
Ni tendentem, ad reſiſtendum barbaris vexatio direxiſſet.
Palatinus Podoliæ Regem conſilio, Regnum, opera & pace ſemper iuuit.
Domum ac familiam, fama, pietate, opibus, fabricis illuſtrauit.
Arce, pallatio, capella, fere regalibus, Kraſiczynũ mundo admirandũ fecit.

In Deum

In Deum fusus pietate, templum Krasiczyni presbyteris, fundationibus apparatu, dotauit.
Carmelitas discalceatos, Premisliæ fundauit, temploq; magnificè structo.
Castrum Premisl: vetustate lapsum, pristino decori & munitioni restituit.
Senectutem graui legatione Regno Regiq; ad Ferdin: II. Imperato: generose clausit.

OBIIT.

Sacramentis deuotus pijs operibus ac legatis multis relictis. Familiæ Successoribus patriæ, luigendus, Ætatisq; Anno 59. A. D. 1633.
Vir sago togaq, Imperij & Regni nobilis.

D. O. M.

Magnifico Domino à Grochowce
GROCHOWSKI,
Castellano Derpatensi.

Perantiqua, ac inclyta Ducum maiorum suorum stirpe oriundo.

Viro insigni.

Paterni nominis claritate famæq; apud posteros æuiternæ memoria celeberrimo.

Fideli patriæ nato, ac de eadem cum florenti sua prosapia bene merito.

Qui.

Primæuam virtutis originem & armorum gentilitiorum gloriam, à tot retroanteactis sæculis, sanguine auorum atauorumq; partam, sortitus, non solum integram ac incontaminatam seruauit, verum condigno auxit honore, & propagauit incolumem, domi forisq; ab ipsis incunabulis lucidos Generosæ suæ indolis eduxit igniculos.

PRÆSERTIM.

Orthodoxæ Rom: fidei constantissimus assertor, & propugnator, ardenti pietate in Diuos tutelares, zelo, singulariq; in Deiparam cultu flagrantissimus, cuius prouidentia tot malis ereptus, ac subselii Senatorij munere perfunctus, intactam Reipub: fidem tutatus, illi splendori, nec non patriæ extitit ornamento. Tanta verò naturæ præstantia, vt dum ingenij sui dexteritate ad res sublimiores ætatis progressu gerendas natus esse videretur, mortis obliuione immatura circumuentus, dum nec in tam laudabili conatu Alexandri Magni annos assequi, nec ante funus Beatus dici possit, nunc post decessum è vita obtentis, pijs amicorum suffragijs, cum bona inimicorum venia, felicior nuncupandus.

CVI.

Mœsta

Mæsta consanguinitas vna cum orbata nec adulta sobole, immortalem apprecando quietem, perenne hoc sinceri affectus ergo, monumentum consecrauit.

Obijt Anno salutis 1638. die 1. Iunij.

D. O. M.

Amice qui isthac transis, etsi properas, lapis hic te rogat, vt paulisper inhæreas, & hæc scripta legas.

Hac in Basilica B. Ioannis Baptistæ sunt IACOBI CYBVLSKI insita ossa, qui dum vixit liberaliũ artiũ disciplinas miro ingenio percurrisse visus, Gymnasiũ solerti industria rexit, prædicator verbi Dei non postremus, fidei, probitatisq; studiosus cultor, recti & iusti assertor, in quo multiplicis doctrinæ, copia cum vitæ ac morum integritate vigebat.

QVEM.

Inuida mors voluit esse mortuum, at schola, conciones, Bibliotheca per omnes domos religiosorum large distributa Ecclesiæ Viaticensis, à Tartaris combusta, per hunc cuius bustum cernis humilem, à fundamentis ad complementum extructa, Societasque Sacratissimi Corporis Christi in hac æde zelosa promptitudine erecta, mori non sinit. Mortuus Ætatis suæ Anno 37. à partu verò Virginis 1637.

Mense Martio die 20.

Tu Viator bene precare defuncto.

D. O. M.

Reñdus D. NICOLAVS NIEMCZYNOWIC de Ducatu Lituaniæ Canonicus Vilnensis, & Plebanus in Slonim, apud thermas Iauorouienses in Diæcesi Leop: vita functus, opera amicorum & studio R. Patris Præpositi Premislienſis D. Matthæi Visiemierski tumulatus, Anno à partu Virginis 1592. die 6. Iulij.

Ætatis suæ 129.

Oretur pro ipsius anima.

D. O. M.

GENEROSO D. MARTINO SOKOLNICKI Viro omni genere virtutum, Cath[illegible]æ religionis integritate, vitæ probitate, morum facilitate integerri[illegible], pietate tam in Deum, quam in homines, & beneuolentia in suos incomparabili, insigni patriæ defensori. Generosa Elisa-

Elisabetha Zapolska coniunx sua charissima ob perpetuum amoris vinculum hoc signum fieri curauit. Qui procuratus omnibus Sacramentis de hac luce decessit die 13. Martij. In hac Sacra æde sepultus iacet, oretur pro eo, Anno ab Incarnato verbo 1615.
Ætatis suæ 79.

D. O. M.
Immaturam annis
Maturam virtutibus, & gloriæ victimam Generosi ac Magnifici Domini
ADAMI GIEBVLTOWSKI.
à Kozieglowy.
Quem literis erudita Pallas, maiorum nobilitate genus, auorum stemmatibus, antiquitas familiæ morum facilitate, natura, pietatis studio, virtus auxit ad inuidiam.
Et cui breuem fata concessura fuerunt seriem
his omnibus ornari debuerat.
VEL IN HOC FELIX.
Quod liberum spiritum non diu naturæ debitor tenuit, qui & post æuum reddendus fuerat Conditori.
Ô QVANTA FIDES DOMESTICIS.
Qui & Spiritum intactum non sinunt, quamuis arcana.
Sacrilegum furtum.
Quod in domini à servis sæuit vitam.
Domi suæ à famulis crudeliter occisus, æternam hic expectat pacem A. 1646.

D. O. M.
Nobili ac GENEROSO PETRO SOKOLNICKI cum primis homini Catholico, virtutum cultori, in pauperes munifico, militi strenuo, post multas quas mundus habet curas, 52. expletis annis dum diem vltimam 26. Februa: vitæ suæ clausisset, mæsta coniunx, Generosa Heduigis amoris & obseruantiæ ergo affigi iussit. A. D. 1613.

D. O. M.
HEu lugubre gemit iusto concussa dolore.
Religio Diue ô Francisce tua orba patrono.

Stadnicio cuius peragit dum funus acerbum,
Vt benefacta sui gemebunda mente reuoluet.
Patroni precibus crebris hic ille solebat
Flectere supremum numen veneratus ad auras.
Hic superos toties ædes inuiserat istas,
Quin etiam mensæ hic heros accumbere genæ.
Dignatus vultu heroo recreabat egenos,
Diui Francisci fratres benefacta ferebat.
Huc sua nunc etiam lethali vulnere victus,
Hic recubat pietate ingens, Mauorte togaq́
Notus ad astra heros, Diue ô Francisce precamur,
Huc precibus succurre tuis dum thura litamus
Patrono nostro velit alti rector Olimpi,
Stadnicii manes suprema in sede locari.

D. O. M.

Illustrissimus D. NICOLAVS HIERONYMVS à Zmigrod STADNICKI, Palatinides Belzensis, Nobili & perantiqua Stadniciorum Prosapia ortus, ab ipsis incunabulis amore honestissimarum disciplinarum illectus, earum riuulos intra Regni limites conclusos exhauriens, vt vberrimos fontes, apud exteras nationes, indagasset, Italiam, Galliam, alterasque longinquas regiones, gentes, populos, peragrauit, singulari vbique locorum prælucens humanitate, Patriæ plurimis stimulatus stipendijs, Musarum restitutus, primum in Aulã Serenissimi Sigismundi III. Pol: Regis se contulit, summa fide ornamentoque ei deseruiens, deinde exoriente periculorum hostilium tempestate, ad defensionem Patriæ vocatus, eam maximo metu, & incendio à Tartaris, & alijs finitimis hostibus oppressam multoties liberauit, qua in re summum studium & amorem præseferens, Præfectus exercitus militum à Repub. Pol: vocatur, at eam Prouinciam summa dexteritate gubernans, graui morbo correptus, immatura morte, cum omnium lachrymis, vitam hanc mortalem, in illam immortalem commutauit, tandem multa breui concludens tempora, extitit Reipublicæ ornamentum, Familiæ decus, hostium terror, Ciuium gloria, Musarum deliciæ, Religionum fautor, in Deum & Patriam pius, benignus, & misericors in pauperes.

Vixit Annos 24. mortuus Anno Domini, 1620.

D. O. M.

Generosus D. de Zmigrod IOANNES STADNICKI, vir fide ac Religione Catholica insignis, vitæ probitate, ac morum integritate conspicuus, de omnibus benè meritus, generis ac ortus sui matre Zborowska, filia Petri Zborowski, adolescentiam suam transegit, obediens in Aula Magni-

Magnifici Domini Palatini Siedmigrodenſis cognomento Bathorij, inde exiens contra Germanos, bello non ſemel vires feliciter expertus, cum Sereniſsimo Rege Poloniæ Stephano, aduerſus Chriſtianitatis & Patriæ ſuæ hoſtes fortiter pugnauit, antea quidem Hæretica fallacia deceptus, inde diuina manu eductus, in vnitatem fidei ſanctæ nec non Orthodoxæ Eccleſiæ Romanæ Catholicæ adſcriptus eſt, pius erga Deum, & proximum ſuum, plenus deuotione, aliiſq; virtutibus quam plurimis, annum agens 67. ecce conditur hoc tumulo, ex hac vitali ad cœleſtem migrauit patriam

Anno Salutis 1620. Menſe Maio die 10.

Candide lector ora pro eo. Luceat ei lux ſempiterna.

D. O. M.

Illuſtri & Magnifico Dño D.

CHRISTOPHORO de Zmigrod STADNICKI.

Quisquis es huc oculos flectе conſiſte Viator,
Et ſerico ſcriptum Blemma reſolue pium.
Conditur hoc tumulo clara de ſtirpe Stadnicki,
Nomine Chriſtophorus Marte Polonus atrox.
Senſerat illius dextram, Germanica Læna,
Ruſsica cum Scythica, Valachicoq; grege.
Vnde togatus iens patriam venerabundus obibat
Atq; legatus ouans, iura ferebat acer.
Sic humeris charam patriam portando Toroſsis,
Conditur hoc tumulo falce ſecante Clothus.
Heu quid mors facis, cur vitæ ſtamina rumpis,
Cum virtute pio, nobilitate viro.
Non tibi laus ſurget, iaceat, licet ille ſopitus,
Aſt clara Chriſti relligione pio.
Non decuit clarum tam turpi cedere pace,
Non ceſsit felix ſic moriendo Deo.
Hic viuens ſemper properabat ab alto,
Non potuit viuens ſcandere morte poteſt.
Quod fuit è terris corpus modo terra recepit,
Quod fuit è cœlis ſpiritus aſtra tenet.
Sed tamen heus quisquis clauſo bona verba precare,
Viuens diſce mori, hoc & paradigma tuum

D. O. M. & B. M. V.

Honor, Laus, Imperium.

Heus Viator adsta & perlege,
Pauca te volo,
Quis hic sepultus quæres? Ipse edisseram.

Nuper locutus, & stylo, & lingua fui, nunc altero licuit. Sum STEPHANVS IAMINSKI parentum sexus vtriusq; patre Basilio, matre Anna, in Russia de inclyto stemmate SAS propago, ritu orientalis Ecclesiæ postpolito Orthodoxã fidem & pietatem à pluribus annis amplexus. Districtus Sanocensis olim Camerarius, tum gladio honore à Vladislao IV. Inuictissimo, & potentissimo R. P. & Sueciæ, ac Magno D. Lituaniæ cohonestatus, genus mihi nobile, bona animi cum literis dant, nomen & suus fauor.

ἘΝ ἘCCἘ

Vt moriens abiui die xvjj. Septemb: A. Christi M. DC. xxx. abibit hoc quoque.

NAM

Nihil hic orbis quod perennet possidet.

Qui vix per vnum supra septem lustra annum me hospitem habuit, vis altiore voce mecum? o qui, cuncta humana cinis, glacies, flos, fabula, fœnum.

ET VT VERBO ABSOLVAM
NIHIL.

Adextremum hoc te alloquor
Æternum vt gaudeam tu apprecare.

Theophila ex Illustrissima Familia Grochowskich coniunx cum quatuor liberis ex eo susceptis superstes mæstissima, die 9. Octobr: A. 1630. hoc sui doloris monumentum posuit.

D. O. M.
B. M. V. H.
Et piis Manibus

Magnifici D. D. Adalberti IOANNIS DZIERSNICKI districtus Kaliscensis filij, æque virtutis studio, meritis in Rempub: & gloria præstantissimi.

QVI

Primum infantis ætatis ignicul os, virtutis, modestiæ, cultus Diuini non leuiter conceperat.

TANDEM

Maturiorem prouectus auram, mortem non in poplitibus fugacibus, sed in manibus & pectore, non in ore reseruando, publicis immorari & immori

mori negotijs labores grauiſsimos, amore patriæ, Orthodoxæ fidei cultu, ſub felicisſimi Batorei Stephani, & Sigiſmundi III. Pol: Regis Ducum prudentiſsimorum & fortiſsimorum, auſpicijs ſuſtinere, negotia ampliſsima forti, ac infracto pectore aggredi non dubitauit, agnouit Suecia, vidit Moldauia, conſpexit Liuonia, experta Thracia, ba barusq; Scytha, & iudicarunt exercitum militibus æquiualentem ſtudiorum & laborum extitiſſe comitem.

ENECCE

Mæſtiſsima D. Heduigis nepos, conſors, Generoſi D. Martiani de Myſlow Morawiec Terræ Leop: Iudicis, filio legitimo, hoc monumentum affigi curauit, Anno Dñi 1645. Menſe Iulio 17.

Tu quisquis ades Lector,
Dic precor animæ illius parce Deus.

D. O. M.

Teſtare perennitatis monumenta.

Nunquam perituræ gratiæ, ac naturæ dona. M. D. IOANNES SOBIEGORSKI de Sobiegorsko, Tribuni Samborien: omnibus immaturo, maturo ſoli virtuti ſuo Letho extincti.

QVEM

Religio in Deum, merita in patriam, pietas in proximos, æuiterna beatitate dignum fecere.

Cætera æque Immortalia.

Eruditionem, doctrinamq; ſingularem, conſiliorum rebus in arduis grauitatem, in re militari ſemper inuictum animi robur, in amicitiæ coniunctione, firmam ſtabilitatem.

Fama viuax loquetur.

HIC

Depoſitæ mortalitatis exuuiæ iterum animaturæ oſſa, tubæ clangorẽ præſtolabuntur, Vixit annis 5. ſupra 50. deceſsit vita 16. Aug. A. Salutis 1627. Luctus perpetui Mnemoſynon, ſena filiorum ſoboles vna cum filia defixere.

D. O. M.

Frater ALBERTVS HISZA. Ord: S. Franciſci ex Coll: S. Bonauenturæ. Rom: art: & Sacr: Theo: Doctor. ſtudiorum Leopol: Ferrarien. Bononien. Patauienſis regens vbiq; ſumma cum laude docuit, diſputauit. Linguæ Gallicæ, Ital: prædicator celebris. Illuſtriſsimis procerib⁹ Regni Poloniæ charus. Prouincialis Ruſsiæ & Lituaniæ primus, pro alijsq;, poſt tot in religione labores ſuſceptos, cum ſecundo Prouinciam

guber-

gubernaret & Leopol: 11. Februa: 1636. Prouincialis moritur, cui Frater Staniſlaus Nœforanus Sacr: Theo: Bacca: eiuſdem Prouinciæ, olim Secret: nunc Cuſtos & Guardianus Premiſl: hoc monumentum amoris ergo poſuit. A. D. 1639.

D. O. M.

Pijs Manibus & poſteritati.

Hoſpes ſiſte pauliſper, ſpecta

Immortalitatis, & felicitatis calles premis.

ECCVR.

Exuto mortalitate Magnifico D. de Hermanow HERMANOWSKI æternum vt gaudeat nunc apprecare.

IS

Ver natiuum ſecutus, virtutis gratia multa præclare geſsit.
Domi & foris ſtrenuus, decennio à probis, miles rectus.
Pius in Deum, benignus in ſuos, fortis in hoſtes patriæ iudicatus.
Et dum 60 Ætatis attigiſſet annum,
Domum luteam piè vitam functus commutauit in auream, XIX. Iul: A. 1637.

D. O. M.

Sacrum Deo.

Quiſquis es Lector vide & audi, vitæ probitate, morum integritate, comparem Matthiæ Generoſo D. ALBERTO GŁOGOWSKI olim conſorti ſuo, deuotiſsimam ortam Eliſabetham ex Patre Andrea Troiecki, de domo Troyczyce, Matre Anna Kuropatnicka de domo Wiziany, parentum nobiliſsimorum chariſsimam ſobolem.

QVÆ

Ab infantia Deum timere cæpit, & creſcens ætate, creuit etiam deuotione, vt diebus ſingulis pietatis officio dedita, viduis, pupillis, ægrotis, & egentibus ſingulis, ſingularia ſubuentionis remedia miniſtraret, vere patriam ſuam vix non imitata.

EN ECCE

Horrida mors, heu, mors immitis, quæ omnia naturæ naſcentis ſoluit vincula, diutina inualetudine corruptam ſoluit, & rapuit Eliſabetham, bonum omen Catholicæ fidei profeſſam, bonis operibus impletam, & SS. viatico munitam.

VISIS ET AVDITIS

GENEROSVS D. STANISLAVS GLOGOWSKI & ba-

& boni Regni Ciuis, & filius mœstissimus, hoc exiguum monumentum parenti suæ, cum lachrymis & votis imponi voluit.

Quisquis hæc legisti,
Tu bone votum adde,
Et illi quietem
Æternam apprecare.

D. O. M.

Pijs Manibus, nec non posteræ æternitati virtus iubet esse mnemosyn non, cuius post fata præmium, gloria.

HOSPES

Si amicus es funde lachrymas, si inimicus mirare, vir mortalis, virtute immortalis, Gnosus D. CHRISTOPHORVS à Bircza BIERECKI, antiquissimæ gentis Gozdauorum nobile germen, ad res magnas gerendas natus, heroicis à natura virtutibus ornatus, domus suæ decus & ornamentum, quidquid mortale habuit deposuit: Deo, Regi, Patriæ fidelis, subditos amans, vir in periculis fortis, in aduersis, miles in acie, amicorum amor, inimicorum strages, nomine & re Christianus, annum ætatis suæ 38. agens, multis rebus præclarè gestis, multis expeditionibus per 10. aliquot annos pro Patria confectis, solida virtus prosapiæ suæ vera gloria comparata ineuitabili lethi falce succisus, eheu longiori vita dignus summo cum omnium amicorum luctu ac mœrore moritur, perenni fama æternum victurus. Anno Domini, 1633. Mense Maio. Elisabeth de Sienno mœstissima coniunx desideratissimo viro, quo priuata simul ac vita, illachrymans appendi curauit, amoris mœorisque ergo.

D. O. M.

IOANNI DZIADVSKI I. V. D. Episcopo Premi: generis nobilitate, doctrina, religione & pietate præstantissimo, Catholicæ fidei propugnatori acerrimo, de Republica & Eccl sia sua bene merito. Anno Ætatis suæ 63. Salutis vero M. D. LIX. amici mœrentes posuere.

D. O. M.

CAROLVS GVCY Florentinus.
Zupparius Generalis Terrarum Russiæ.

CArolus ille loco positus Caluandus in isto.
Regibus acceptus Principibusq; iacet.

Præ-

Præfuit, hoc virtute merente ſub orbe.
Dante Sigiſmundo plene fauete pio,
Dignum laude cara Florentia miſit egenum
Delicijs fouit Ruſſia lata ſuis.

D. O. M.

Reuerendus D. MATTHIAS WISIEMIERSKI Artium & Philoſophiæ Doct: Præpoſitus & Officialis generalis Premis: Vir pius & grauis Sacrarum literarum peritiſsimus, Eccleſiaſtes, huius loci diſertiſsimus, vita, moribus integerrimus, doctrina, conſilio, iudicio ſolidus, diſciplinæ Eccleſiaſticæ cuſtos, in perferendis pro Eccleſia Dei laboribus inuictus, decus ſacerdotum, in Domino vita longiori dignus.

Requieſcat in pace.

D. O. M.

GENEROSVS D. IOANNES KOMOROWSKI.

SIſte gradum paruo Generoſo Komorouio Viator,
Carmine quæ viuax gloria ſæpè manet.
Hic iacet exigua tectus tellure Ioannes
Marte Komorowski magnus & arte ſimul,
Mars artem bello probat, ars at vtrumq;
Et pugnare viuax regere pace ſago.
Ipſi nam aderat cum duro certamine robur,
Qui præliatur bello, tollitur arte magis.
Et quos delectant enſes ſtant ſemper in arma,
Vt maluiſſe mori quod potuiſſe ſatis.
Ac ſine Marte grauis Mauors ars Marte per artem,
Hic clangor tubæ vox ſapientis erat.
Sed moritur, quam oritur poſt fata reuixit
Martis & artis honor, ſtudere fama ſolo.
Cantat piramidum mentes, monumenta virorum
Martis & artis erunt, ſydera fama canit,
Si vitare cupit mortem, qui tendit in eam
Viuere talis iter ſortis ad aſtra ſciat.
Inter mortales vixi, moriorq; & inter
Cœlicolas vita nunc meliori fruor.
Hic viuens patriam ſemper properabat ad altam
Non potui viuens, ſcandere morte poſſum.
Ergo vos continuis laudibus cole & reuerere,
Et pro me ſemper præmia magna feres.

D. O. M.

D. O. M.

Nobili prosapia ortus, Generosus D. HIERONYMVS HERMAnowski à Grochowce districtus Premisl: Stemmate Iunossa gaudens: in fide Orthodoxa bene enutritus, è iuuenilibus annis Reipub: addictissimus, nullum etiam arduum belli negotium à diebus Sereniss: Regis Augusti cui non interesset, intactum reliquit, omnibus affabilis, nemini vnquam vllam offensionem præstitit, ac deniq; plenus operibus bonis 85. è viuis excedens Anno 1620. Hic clangorem tubæ omnes è sepulchris euocaturæ expectat.

D. O. M.

Viator sum quod es, ipse fui.

GENEROSVS D. D. ALBERTVS à Grochowce GROCHOWSKI, gemina stirpe ornatissimus, paterna in Roxolania Bochdanowiciorum à proauis atauisque cognata: Materna Biberstægina Krassiciorum multis in Patria nominibus carissima, vir fortis & ingenuus Orthodoxæ religionis perpetuus assertor, amicorum ergo perquam officiosus, in vtraque pagina fortunæ quadratus, popularium gratia florentissimus, acer parasitorum corrector, verbi ac veri adeò tenax fuit, vt constare queat amicum sibi fuisse Socratem, at magis veritatem amicam iusti. Cæterum placere viris certauit veris, si eiusdem moderationis essent, sicque in omnibus maluit dignus esse quam videri: si amorem in patriam, acceptus filius, si merita in Rempub: optimus Ciuis, si peritiam rebus in patrijs, nequaquam peregrinus. Fortunæ si commoda explores, sua sorte contentus, si coniugem, si sobolem caram, pignora relicta, genitor felix; Iam confessum pete, lepore ipsis gratijs gratior, quod si in obeunda dexteritate erat homo simplex & recto corde. Perge ad cursum vitæ florentem, ætatem in castris locauit, primumque militiæ sacramenta auspicijs D. Sigismundi Augusti Regis Illustr: Chodkieuicij signa secutus, auspicato ad Reualiam duxit, nec à Moschouita abstinuit, quin & Interregni tempestate optimatum partes amplexus, pleniorem in opera & causis amicorum consumendam putauit, profuit quibus potuit, nemini obfuit, tum cultui Diuino & Patriæ impendit. Hæc porrò senectutis excepere mala studium, cuius morbus plicæ inextricabilis in expeditione contra Tartaros Vngariam infestantes contractus intra 70. annos coercuit vitam senex, si ad labores diuturnam, si vero ad eius indolem & posteritatis desiderium spectes, breuem, improba nobis mors eripuit. Anno Domini, 1612. die 18. Augusti.

D. O. M.

Generoso D. THOMÆ VLADISLAO à Grochowce GROCHOWSKI

Terræ Sanocen: Venatori, clariſsimis ex vtroque parente maioribus prognati, ad maxima quæque nato, ſed immatura nobis morte erepto Ciui optimo & patriæ amatori, vltimum monumentum meritorum eius mœſtiſs: & chariſsima coniunx poſuit, vicini amicique omnes valedicenti æternum optant diem. Hodie illius, cras veſtri mementote.

Obijt A. D. 1643. die 9. Martij ætat: 43.

D. O. M.

Hoſpes ſiſte gradum,

Et delineatam conditionis humanæ conditionem in Generoſo D. IOANNE à Grochowce HERMANOWSKI, de ſtirpe antiquiſsima à Petro Bohdano Rochatinio oriundo comtemplare.

HIC

Nobiliſsima progenie, maiorum ſplendore conſpicua, natus & educatus adultiore poſtmodum ætate propè virilem accedente ad ſeruitium Sereniſſ: Sigiſm: III. Pol: & Suec: Regis potentiſsimi admiſſus, eidem in aula fideliter non exiguo temporis interuallo, præfuit.

QVEM

Poſtea fortuna vires humanas in promiſcuum alternate, in militaria negotia prouexit, in quibus auſpicatiſsimam oppoſitionem circa latus regium in Moſchouiticum bellum euntem, ſecum ſatis ſuperq; illuſtrauit, tum & contra rebelles gnauiter nauata fide ac opera probauit.

HVNC TANDEM

Mors ſumma probitate inſignem virum, pietate in Deum incomparabilem, cultuq; in B. M. V. incomprehenſibilem, humanitate in omnes inſuperabilem, à nece cruenta quam tot in bellis quæſierat liberum, ſed in pace compoſitum in ætate quidem matura, immatura maximo cum luctu, clariſsimæ vxoris ac liberorum, Proch dolor, ſuſtulit ciq; cui iam ad humanæ felicitatis ſummitatē nil amplius accedere poterat, ad cœleſtem patriam iter monſtrauit Mortuus. A.D. 1639.

D. O. M.

GENEROSVS STANISLAVS GROCHOWSKI de Grochowce, antiquum ſemen auorum inſertum, hoc iacet Agello, Exiturum in frugem & meſſem Dño tempore ſuo.

Hic

Hic ille Catholicè enutritus,
Virtute & factis par ſuis maioribus, clarus bellis Liuonico, Moldauico, & Valachico, his foris, & domi felix rebellium, præmiſſa tandem coniuge chariſsima, terna ſub paterna cura ſobole relicta, morti nec dum maturus venit ad vitæ veſperam. Sic retulit acceptum corpus humo, terris famam, animam Deo. Vixit Annis 46. Obijt 11. Maij.

D. T. O. M.
Depoſitum humanitatis.
GENEROSI D. IOANNIS GROCHOWSKI à Grochowce hæredis in Kupiatycze ad magnorum ſummam auorum adiectum,
NON ABIECTVM.
Namq; eius egregiæ virtutes & facinora, ſuo genere ac Chriſtiano homine digna, locum hunc meruerunt. Hic vbi per ætatem, viresq; licuit, ſtatim ab officina ingenuarum artium, manum ſuam miſit ad fortia, qua non ſemel, nec ſolum patriæ ſuæ fidem animumq; teſtatus, ſed etiam finitimarum gentium bellis non defuit, totiesq; ibi ſuum ac gentis ſuæ nomen celebrauit, tandem vitam pacatam, & coniugalem auſpicatus, in hac omni bono temporali ingenuus, diuinitus auctus, charus ſuis, gratus ciuibus, magno omnium & coniugis ſuæ chariſſ: luctu, ad occaſum vitæ peruenit. A. D. 1618. Ætat: 45.

D. O. M.
Nobili ac Generoſo viro nec non Equiti Polono, militiq; ſtrenuo, D. SIMONI GOLECKI de Terra & diſtrictu Lancicienſi viro Catholiciſsimo, de omnibus incolis huius diſtrictus, optimè merito, pietate in Deum, & humanitate in proximos commendatiſſimo, vxor mœſtiſſima monumentum hoc poſuit, qui annum agens 70. ex hac vita deceſſit die 5. Aprilis.
A. D. 1601. Oretur pro eo.

DEO TRINO ET VNI.
GENEROSVS STANISLAVS PIOTROWSKI de Przeſlawice, Palatinatus Ràuenſis diſtrictus verò Sochaczouien: vixit vt moreretur, mortuus vt viueret, & grata poſterorum memoria, vitam cum morte commutavit. Anno à partu V. 1613. Ætatis ſuæ 60.

Mense Septemb: Generosa Anna de Mlidawcze hoc insignum amoris coniugalis fieri curauit.

D. O. M.

GENEROSVS D. SEBESTIANVS de Drochoiow KRVKIEWNICKI vir antiqua familia clarus, & auitæ virtutis sectator strenuus, Catholicæq; religionis cultor indefessus, omnibus charus, nemini molestus, in arte militari haud segniter versatus, agens 63. annum die 3. Ianuar: obijt Anno 1601. Cui Anna de Napolow mœstissima coniunx in signum amoris coniugalis hoc pignus fieri curauit.

D. O. M.

Epigramma in Obitum

Magnifici D. NICOLAI PORADOWSKI.

CVr Nicolae mori properas an causa quid vrget,
Te nihil in mundo, quod remoretur erat,
Sed quid consilium, quid honor, quid fama genusq;
Detinuisse animum non potuere tuum.
Consilijs præstans, mitis, præclarus, haberis
Inde Poradowski sat benedictus eras,
Nec mea fata vrgent, morior natura Deusq;
Nunc mihi decernunt lucis in orbe modum.
Ad cineres vt eram reuocor, curro graminis instar,
Vnde est matrem iterum nuda requirit humum.
Ergo valete omnes quibus hic sua fata supersunt;
Quæ me condijt vos quoq; certa manet.

D. O. M.

DEO IMMORTALI ET VNI,

Piisq; manibus.

Generosi ac Nobilis Dñi MARTINI TOKARZEWSKI à Tokary districtus Podlassensis erectum. Qui inter lubrici huius sæculi constitutus discrimina, vitam sine discrimine duxit.

PRIMVM

Inter Palladis alumnos iuuentam suam optime excoluit.

HINC

Flori-

Floridiorem ætatem ad castra Martis transtulit, seseq; acerrimum propugnatorem patriæ ab armis tam externis quam internis infestanti exhibuit.

TANDEM

In vinculo matrimonij tribus lustris peractis è vinculo corporis, in fide Catholica egressum tibi pie lector commendamus. Obijt 6. Septemb: Anno 1625. Monumentum hoc mœstiss: coniunx Cæcilia de Chociemow, amoris ergo posuit.

D. O. M.

GENEROSVS D. ALBERTVS BVCKOWSKI de Rybotycze, vir antiqua familia schemmate dicto Sas clarus, sic & auitæ virtutis sectator strenuus, Catholicæ religionis cultor indefessus, omnibus charus, nemini molestus, in arte militari optimè versatus, agens circiter 69. annum die 4. Aprilis A. 1604. Vitam cum morte commutauit. Cui Generosa D. Elisabeth: de Plesowicze mæstissima vxor relicta, monumentum hoc in pignus amoris posuit.

D. O. M.

GENEROSVS D. CHRISTOPHORVS BVCKOWSKI Terræ Premisl: venationum Præfectus, nobilis Catholicus cessit è vita 11, Decemb: Anno 1594. Ætatis 60. cui mœstissima coniunx hoc monumentum amoris ergo fieri curauit.

DEO IMMORTALI
Et piis manibus.

G. D. IOANNIS HVMNICKI de Humniska, & Barbara de Hodorostaw oriundo, viro integerrimo totaq; vita spectatissimo, vt qui primos ætatis suæ annos studijs literarum consecrauit, adolescens Regiæ aulæ addixit, cuius fidem, animi candorem, Illustrissimus olim Georgius de Magna Konczyce Mniszek Palatinus Sendomirien: expertus, familiarem habuit singularem. Postmodum cum 32. annos in Sancto connubio cum G. Catherina Marianna G D. Ioannis Dobrzyniecki & Helenæ de Dobrostanie filia pacatus transegissет, Alexandrum, Adamum, Remigianum & Mariannam liberos in cœlestem patriam præmisissет, nulla alia prole superstite, amplissima dote in Psalteristas ad Cathedralem Ecclesiam

Pre-

Premiſlienſem in bonis hæreditarijs fundata, Quinquagenario maior fato conceſsit 22. die Decembr. Anno Domini, 1636.

D. O. M.

GENEROSVS IOANNES HERBORT ex antiquiſsima proſapia generis Illuſtrium Herborthorum à Fulſztyn oriundus, in patriam pius, vita integer, authoritate grauis, conſilio ſolidus, in rebus gerendis dexter, moribus comis, in conuerſatione candidus, erga omnes humanus & facilis, amicis & egenis officioſus munificuſq; , ac omnibus virtutibus inſignis, non ſine mœrore tàm conſortis ſuæ Sophiæ à Koſztyn matronæ pientiſsimæ filiolæque ſuæ vnicæ virginis lectiſsimæ & pudiciſsimæ, quàm omnium ciuium Regni, & vicinorum debitum naturæ perſoluit die 2. Maij. Anno Domini, M. D. LXXX. Ætatis ſuæ. 95.

D. O. M.

Hoſpes paululum ſiſte gradum ſortemq; humanam mirare ac dole G. D. STANISLAVS KLOPHAS ab Iraſzowice genere nobiliſsimus vir ex illa inclyta & antiqua familia Kloffaſſorum, condeſcendens armis Ianina patre Hieronimo anteceſſoribus ſuis oriundus, matre vero Generoſa Catherina Orzechowska de armis Warſowcow procedente genitus, hac in æde ſepultus vna cum conſorte ſua Eliſabetha Oſtrowska nobilitate clarus, virtute clarior, fidei Catholicæ propugnator acerrimus, quam à parentibus accepit, ita vſque ad obitum ſuum integerrimè conſeruauit, rebus præclaris illuſtrauit, aduerſus gentem Scythicam operam tempore bellicoſiſsimo multoties & ſtrenuè nauauit, contra ferocem Moſchorum Ducem ad Polociam, Wielikolukam, Pleſchouiam, ſumma cum dexteritate militauit, de Repub: de patria, boniſque operibus bene meritus, pietatem Deo, reuerentiam eius miniſtris, concordiam amico, amorem liberis, manſuetudinem ſubditis, facilitatem adeuntibus, humanitatem omnibus reddidit, annum agens 65. ex hac lachrimarum valle in cœleſtem patriam euocatus eſt. Anno Domini, 1619. die 16. Ianuarij.

D. O. M.

Filioque omnipotenti.

VIATOR.

Poſtquam legeris cogita.

Poſtquam cogitaueris iudica.

Poſtquam iudicaueris mirare.

Conditus eſt in cœleſti hoc theſauro, STANISLAVS de Sobieiow ab antiquitate generis dictus SOBEK, ſi ſtirpem vis? antiquiſsima, æquè ac libe-

liberaliſsimus, nunc Soleiouam patrimonium inſigne, Eccleſiæ maiori filij dedere. Si mentem, doctiſsimus, ſuauiſsimus, Si ætatem, ſupra 30. annum, ſi formam, commodiſsima, ſi opes nunquam defecerant, nunc verò occaſionem augendarum fata obtulerant, & ſi amicitias cum optimis, cum præſtantiſsimis ab omnibus expetitæ. Eheu fata hiccine fructus amicitiæ talis & tantus, imò multo maior ad latus herois Droiouij, pro ipſius charo capite, cum ipſius capite meum dedi illo exemplo.

Non dolet

Vnico punctulo temporis tot bona in cinere viator legiſti, cogitaſti, iudicaſti, admiratus es, ſat ſcio omnia recte.

Nunc precare

P. M. S.

Coniunx eius optima, verè optima, nam & poſt fata ſui ſimilis Sophia de Suleiowce familiæ claritate moribuſq; inſignis, hoc Monum: Fieri curauit.

STA VIATOR.

Quem ſpectas tumulum,

Domini Eraſmi Rupinſki Conſulis Iaroſlauien:

Domus eſt.

Effigia mundi ratus, ruinas corporum.

Hoc tectum cum paruo pretio migrat cinere

Procedere viator.

Hoſpes inuitaris.

Quo te nepoteſq; ſuos Sophia, coniunx eius præceſſit.

Ampliſſimum quippe diuerſorium eſt.

Cuius lapis ad multas manſiones Patris æterni

Immobile limen eſt.

D. O. M.

Hoſpes conſiſte.

Mors eſt linea vitæ.

Non hic

Apellis lineam quære.

Quam vix ducere cæpit deleuit.

Sed qui

Inſi-

Infinita æternitatis ſpatia, in breui linea vitæ comprehendit. D. SEBASTIANVS WLOCHOWIC, pictor Ciuis & Scabinus Premiſl: virtutum lineamenta & imaginis Dei veram ſimilitudinem in ſe expreſsit.

Depoſitaq; manu de tabula.

Vt artem imaginis proderet,

Vmbris ſubiecit.

Has vera

Vxoris & filiorum pietas,

Dum cognato illuminat affectu.

Docet te.

Huic imagini ſimile debere eſſe.

Anno ab Incarnato Verbo 1650. Ætatis LIX.

D. O. M.

STANISLAO STRYEWICZ Viro Conſulari & Annæ Conſorti.

QVORVM

Si religionem & pietatem noſſe vis?

Orthodoxæ fidei bona opera adiunxiſſe.

Si iuſtitiam,

Animum nulli iniurioſum omnibus æquum, priuatim & publicè declaraſſe.

Si fortitudinem,

Proſperam iuxta ac aduerſam fortunam eadem fronte ſuſtinuiſſe.

Si liberalitatem,

Eſurientes cibo, ſitientes potu, nudos veſtimentis, ſatiaſſe, refeciſſe, contexiſſe.

Si reliquas virtutes,

ILLVM

Qui de omnibus ſine ſtrophis & fucis tulit ſententiam, diem non tanquam publicum humani generis ſcopulum, ſed tanquam, portum, aliquando petendum, nunquam recuſandum acceptaſſe ſcito Parentibus ſuis deſideratiſſimis, in Cathedr: Eccleſ: Premiſl: vna cum Agnete & Dorothea filiabus illorum ſepultis.

M. SEBASTIANVS STRYEWICZ, Philoſophiæ Doctor. Aſtrol: & Græcæ Linguæ Ordin: in Acad: Crac: Prof: Col: Maiori

vltimum

Vltimum hoc mæroris & amoris exoluit auctoramentum. Obiere, Ille. A. D. 1653. Menſe 28. Febr: Ætatis 72. Hæc 1652. 13. Decembris. Ætatis 69.

Lector, non quamdiu viuas ſed quam bene cura. Nam omnibus poteſt contingere vt bene viuant, vt diu nulli.

D. O. M.

QVod conſul quod ciuis eram, quod iura, Salutem
Dilexi patriæ, patria grata tenet.
Verum Saluator quod me peccaſſe notaſti,
Quis feret ac reluat, ſanguine tincta manus.
Iam cinis eſt corpus, ſaxo protecta quieſcunt
Oſſa & multiplici crimina, verme luunt.
Opprobrium noſtro generi ſunt iſta Redemptor,
Ex me luſtrali mens vbi ſudat aqua.
En pictura mei viuentis profuit vmbra,
Dic author vere, viuere daq; bene.

D. O. M.

COndita vicino tabula, Catharina ſepulchro,
Illa ego ſum cuius fama periſſe nequit.
Pharmacopola fuit mihi vir Sulicouius olim
Heu mortem nullam pharmaca nulla fugant.
Luſtra peregi ſex viuens ſed quo breuis ætas,
Vt viuam in cœlis quæſo precare Deum.

D. O. M.

Nobiliſſ: Vir D. MELCHIOR LVBEK Conſul Ciuitatis Stezycenſis. 40. annorum omni iuſtitiæ genere ornatus ſibi, Ioachimo filio ſuo, Cõſuli Premisl: homini in iure ciuili verſatiſſimo Clariſſimo Medicinæ Doctori nec non Sophiæ Magierowna, filijs eorundem coniugum, ſumptu proprio, æternæ rei memoria, hoc Epithaphium fieri curauit.

D. O. M.

Lector quiſquis ades, ſpecta.

Spectabilis ac Famatus D.D. ALBERTVS LEKAWSKI Art: & Phil: Bacca: Ciuis & Consul Premisl; authoritate Primatis, publicus, nec non actorum Consularium Notarius iuratus, vir tum alijs virtutibus, tum maximè doctrina, ingenio, humanitate in clerum, in suos quoq; & paupe-res, morum suauitate, animiq; candore insignis, qui anno ætatis suæ, xxx. Mens: Decemb: die 8. anni 1645. naturæ debitum soluit. Cui mœstissi-ma coniunx Zophia vti Marito suo præsens monumentum posuit.

Hic iacco explens cui iusta tempora sui.
Expectans muneris certa præmia mei.

TANDEM

Tu qui legis. dic animæ meæ parce Deus & abi.

PETRICOVIENSIA.

D. O. M.

Stemmaticam lunam antiquissimæ Seligarum familiæ,
GENEROSI D. STANISLAI de Troianowice TROIANOWSKI,
olim Generosi Dñi Gasparis & Agnetis Komorowska filij,

M I R A R E.

Qui omni virtutum genere claruit in Vngaria contra barbaros cum Zbo-roùio. Deinde cum Zamoscio, Zolkieuio, contra Turcas, Tartaros, Vala-chos, Liuonesq; more maiorum strenuè certauit. Tandem meri-tis & gloria illustris Ætatis suæ 68. die 6. Febr:
non obijt sed felix abijt.

Ad cuius Memoriam

Hoc Mnemosynon dum extruit G. D. Hiero: Constan: in Brzeziny & Stolniki mæstus filius Vexillifer Lancicienſis, S. R. M. Aulicus mo-ritur, & hic quiescit.

G. D. D. Sigismundus Lubomierski Vexilif: Paulus Pukarzewski Ensifer Rauen: Petrus Glinski Parenti meritissimo perficiunt.
Anno D. 1649.

D O M

Pietati & Memoriæ,

MATTHIÆ LVBIANSKI de Trzemeszna Trzemeski Distri-ctus & Palatinatus Rauen: Burgrabio Petrico: Equiti Polono & generis antiqua nobilitate, omniq; insignium virtutum concursu, religione pro-bitate

bitate, integritate, & liberalis vitæ ſplendore, incomparabili. Gaſpar Trzemeski Gneſnen: Louicien. Canonicus, Præpoſitus Pczonouien: Sacræ Regiæ Maieſtatis Secretarius, Patri optimo, hunc Titulum & Tumulum merenti donauit, dicauit. Obijt A. D. M. DC. xxxjj. 28. Martij.

D. O. M.

Subſiſte parumper Viator.

Nobilis ac Generoſus IOANNES BRZESKI Antiquæ Proſapiæ Generoſi Alexandri à Brzezie Brzeski Aulici Sereniſsimi Vladi: IV. Regis Poloniæ, ac Zophiæ de Minoga Grabianka gratus filius, & fidus Annæ Moſczynska Coniugis Maritus, erga Deum ac Beatiſsimam eius Matrem Virginem Mariam deuotus, erga proximum charus, maturus virtutibus immaturus, ætate ex hac vita, ad æternam migrauit ætatis ſuæ 34. Cuius corpus mæſta poſteritas hoc in tumulo cum lachrymis depoſuit, &c.

Abi Viator & pro mortuo Deum ſupplex ora.

D. O. M.

Piiſq; Manibus

Illuſtriſsimi ac Magnifici D. SAMVELIS de Przerąb PRZERĄBSKI.

Cuius

Ad immortalem nominis gloriam.

Poſſe

Nouinarum, ſemper heroica natura exacuit.

Scire.

Literæ & arma

Oratoria ad Comitia Regni octies dignitas.

Tribunalitia quarto poteſtas.

Iudiciaria ſub Capturali terræ Lancicien: Foro authoritas.

Senatoria Caſtellanatus Lancicien: Maieſtas.

Limauerunt

Velle.

Religionis & iuſtitiæ.

SACRVM.

Dum hic Senatus Marschalcum Tribunalitium agit.

Mors bona.

Splendori æterno in victimam cecidit.
Petrico: 27. Martij A. 1639. Ætatis suæ 62.

Vitæ Tropheum

Anna de Przerąb cum Marito Sigismun: Oleska, Patruo.
Vt grata sit appendit.

D. O. M.

Quid hic miraris hospes.

An putas Troiani Colossum vel Cariæ Dynastæ.
Non eius virtuti hoc erigitur Mnemosynon.

Sed pijs manibus.

Antiqua progenie Seligarum orti.
GENEROSI Dñi MAXIMILIANI de Potok POTOCKI
hæredis in Wola Przeclawowa, Mniskow &c.
Olim Generosi Venceslai & Agnetis Mnestowa.

Filij.

QVI

Pietate Deum coluit, liberalitate proximum decorauit, parentes honorauit.
Vt magni herois decuit filium.
Annos 24. vixit sat parum.
Sat diu quia bene 30. Aprilis vltimum vale dixit.

Cuius

Animi generositas, morum grauitas.
Eximia virtutum congeries admiranda, imitanda.
Pietatis ergo imitare, plora, & ora.
Hoc à partu Virginis, &c.
Mœsti posuere amici.

D. O. M.

Mortuus æternitati vt viuat
Nobilis ac Generosus D. D. N. VALENTINVS
WEZYK SIEDLECKI.

Cuius

Ortum vera nobilitas.

Infan-

Infantiam Romana Religio.
Pueritiam, Musarum Sapientia.
Adolescentiam.
Illustris ac Rñdiss: Principis, Primatis Regni IOANNIS WEZYK
Archiepisc: Gnesnen: Aula tenuit ac fouit lubens.
Reliquos ne quære annos.
Cæpit illos quidem cum magnis currere factis.
Pietate, modestia, Humanitate, Liberalitate.
Parca cursum inuidit.
NAM.
Primo à Matrimonio anno.
Maturus quidem virtutibus, immaturus ætate.
Vna cum Coniuge Generosa Barbara Brzeska.
Hic quod mortale terræ, quod immortale.
Cœlo, reddidit.
Obijt quinto Idus Octobris. M. DC. XXXV.
Ætatis suæ L.

D. O. M.
Eheu viator vide & mirare.
Hic est antiquissimæ prosapiæ Accipitrorum Generosus D. ALEXANDER de Brzoza BRZESKI in Niewierszyn, Kotuszow &c. Hæres, Serenissimorum Sigism: III. & Vladislai IV. Poloniarũ & Sueciæ Gothiæ ac Vandaliæ Regũ, insignis Aulicus.
Contra Turcas, Tartaros, Moschouitasq; strenuus miles.
Qui
Liberalitate Alexander, Humanitate Xerxes.
Floruit
Pietate Constantinus, Hospitalitate clarus.
Moribus acclamatus, virtutibus celeberrimus.
24. Aprilis Obijt.
Ætatis suæ 63. A. D. 1645.
Cuius
Nomen eximium, Cognomen Augustum.
Facinora inuictum.
Ostendit, denotat, declarat.

CVI

CVI.

Mæsti hoc posuere filij.

Tu quoq; Viator eidem apprecare Salutem & requiem æternam.

D. O. M.

Æterno Numini, Superisque omnibus.

Memoriæ sequentis æui.

Nobilis ac Generosus

Hic Patriæ genus Serpentigerum amor simul & honor.

MATTHIAS WĘZYK WIDAWSKI senex & emeritus Eques Polonus.

Post fata quiescit,

Cuius

Generosa mens, probitas conspicua, Grauitas posteris æmulanda.

Inuidenda Proli relictæ.

Cui

Eleemosyna sex Millium floreno: causa Templi Sanctæ Mariæ Angelorum PP. Franciscanorum extruendi, tum Fundatio Collegij Academici Vidauiani, iucundam & immortalem memoriam comparauit.

Hic demum

Septuagenarius prope, cura charissimorum Filiorum, mortalitatis exuuias deposuit. Anno Domini, M. DC. XXXVI. die III. Febru.

Ne mireris mos gerendus naturæ fuit.

D. O. M.

Eheu miles mundi prospice.

En à Martis exuuijs transijt ad mortis triumphos.

Scire cupis quis? Habe.

Generosus D. IANVSSIVS à Garnek GARNKOWSKI S. R. M. Secretarius, Vicepalatinus Siradiensis, in fertilissimo Poraiorum Rosarum oriundus.

QVEM

Totæ vitæ series roseo fere honestauit compendio.

Nimirum

Venustas Religionis pientissimæ in Deum, Beatam Virginem MARI-

MARIAM, Seraphicum Patrem, eiusq; Francigenas reddidit memorandum, purpureus patriæ amor, sub expeditione Valachica insignem protulit Bellatorem.

Et odor Omnigenæ virtutis æternum Deo commendabit.

Cui

Quinquagenario ex hac mundi statione Die Mense Septemb. A. D. 1644. deciduo, Monumentum hoc mœsta posteritas erexit.

Tu vero immortalitatem imprecare & mortis memor esto.

D. O. M.

Siste Viator,

ET

G. D. BENEDICTVM de Bialla BIELSKI Effigiatum cerne.

Qui

Nobili sanguine satus,

In hanc vallem miseriarum

Venit.

Humanarum rerum faciem.

Aulicus, Miles, Paterfamilias.

Vidit

Caduca mundi in mortis lucta.

Vicit

Die 24. Augusti Anno Domini, 1641. Octogenarius.

Cui

Mœstissima Coniunx Helizabeth de Roxice Pongowska.

Memoriale hoc apposuit.

D. O. M.

Et inocciduo Nomini.

GENEROSI D. VENCESLAI POTOCKI de Potok, Wola Przecławowa Mniszkow Heredi.

Q V I.

Lunato Seligarum genere ortus.

Musa-

Musarum, Martis, Curiæ, reiqúe domesticæ cultor eximius.

Insigne Gentilitium

Vltra Christianorum virtutum corrusca sydera.

Ingenij, animi, morum, curarum.

Lumine, Fulgore, Candore, Splendore.

Illustratum.

Posteritati vt æmula sit, reliquit, vitam expirans.

Die 19. Iunij. Anno Dñi, 1639. Ætatis suæ 67.

In Wola Przecławowa.

Mortuo appenderunt.

Vtraque posteritas cum secundi Nuptus Coniuge mœstissima Catherina Duninowna hoc lugubre Mnemosynon.

D. O. M.

HOSPES.

Specta, mirare, dole,

Rerum humanarum Casum & Occasum.

N. ac Generosus ALEXANDER à Rawa GAWRONSKI Rauiciorum Prosapiæ Hæres, cuius ætas honeste acta, fructus æternæ memoriæ posteris reliquit.

VIR.

Nobilitatis Genere clarus.

Deo, Patriæ, Consanguineis, amicis, cunctisq; charus, Christianarum virtutum optime gnarus.

Eleemosynarius munificus.

Pacis & concordiæ cultor mirificus.

Reipublicæ amator amplificus.

Post fata sua hic quiescit.

Ex oculis non tamen ex animo hominum abijt.

Ætatis suæ A. 32. A partu vero Virginis 1643.

Die 19. Martij.

CVI

Mœstissima Coniunx Nobilis ac Generosa Domina Heduigis de Potrykozy Potrykowska, tanquam charissimo Marito amoris & memoriæ ergo apposuit.

D. O. M.

D. O. M.

Gñosus ac Magnificus Dñus ALBERTVS KOZIEROWSKI de Kozierogi, gente vtriusque Parentis vnde Primas, multique Senatores, clarus Vir ætate atque religione in Deum cõspicuus, qui omnibus relictis, in Domino die 10. Ianuarij Anno 1617. Octobr: in Christo obdormiuit.

HOSPES.
Siste gradum,
Mors inuida,
Nec virtuti parcit nec honori.
Persequentem fugit, fugientem persequitur.
Me NICOLAVM PVKARZEWSKI.
Sigismundi olim Augusti ac postea Stephani Batorij, Inuictissimorum Regum famulum.
Primum in Vngaria, ac postea in Moldauia.
In palæstris militiæ versantem aufugit.
Nunc
In Cœnobio viuentem persecuta, ad sepulchra deiecit.
Die 19. Nouembr: Anno 1640. Ætatis 89.

D. O. M.

Gñoso ac Magnifico Domino CHRISTOPHORO INERSKI præclaræ indolis & magnæ spei adolescenti, religioni Catholicæ addictissimo, artium liberalium Philosophiæ, nec non Iurisprudentiæ peritissimo, morum modestia ac officijs humanitatis, omnibus charo & acceptissimo in Iudicio Tribunalis Regni, & Pallatinatu Pomeraniæ Collegæ ac Iudici dignissimo, præmatura morte ægritudinis violentia è viuis ablato, charissimo fratri mœstissimi fratres amoris ergo posuerunt. Obijt Petricouiæ Anno Dñi, 1616. die v. Decembr. ætatis suæ xxxii.

D. O. M.
HOSPES.
Rerum humanarum Casum & Occasum mirare.
Nobilis ac Generosus Venceslaus Iaxyc à Byki Bykowski
Hic quiescit.

Stirpe Griffonum Nobiliſſima, Cognatione plurima, affinitate infinita, familia optima. Fide publica, prudentia, humanitate, rerum militarium felicitate, in has ædes pietate maior quam annis.

Cuius

Viuit fama perpetuo
In pectore amicorum,
In beneficijs pauperum,
In memoria propinquorum.

Manſura.

Obijt Anno Domini, 1646. Die 21. Iulij.
Ætatis ſuæ 48.

Cui

Mœſtiſſima poſteritas hoc memoriale curauit.

D. O. M.

Heus viator.

Si hoſpes es, bene diſce mori.
Si Ciuis, futuram caueto diem.
Si Nobilis, requiem expecta laborum.

Hic iacet

Nobilis ac Generoſus IACOBVS DLVZNEWSKI Camerarius Opocznen: Vir & heros nobiliſſimus, in Deum pietate, in Patriam amore, in Regem fide, nemini ſecundus, conſilio potens, iudicio grauis, exemplo magnus.

Cuius

Inuictum animi corporiſque robur, cõflictus animoſi, expeditiones diuerſæ, ſub potentiſſimo Stephano ac Sigiſmundo III. Regibus, aliæq; pro Repub. fortiter res geſtæ clariſſimæ loquuntur.

Ecce qui fuit non eſt.

Tu communis ſortis memor perpetuam ei precare quietem.
Vixit annis 74. Obijt die 22. April 1634.

D. O. M.

Generoſus STANISLAVS ZAWADZKI de Zawady Terreſtris Sieradien-

dien: & Iudiciorum Tribunal. Regni Maioris Poloniæ Notarius Generalis. Vir auitæ Religionis, timens Deum, amans proximum, virtutum & liberalitatis cultor, proprijs contentus, in prudentia ac dexteritate singularis. Hic primum Subiudex terrestris Sochacouien: post Notarius terrestris Sieradien: à Sereniſsimo Rege Poloniæ delectus, eadem officia cum ſumma omnium laude & incomparabili ſapientia adminiſtrauit, ijſque laboribus defeſſus ætatis ſuæ LVI. annis debitum naturæ, die 26. Nouemb: M. DC. XIX. ſoluit, cum lachrymis ſuorum hic tumulatus requieſcit.

D. O. M.

Summa in Deum pietate, familiæ antiquitate,
Animi ſinceritate, vitæ integritate.

Generoſo ALEXANDRO à Przerąb olim Generoſi IOANNIS PRZERĘBSKI Vexiliferi magni Sieradien: filio, laborum militarium celeberrimo, ac Reipub: cultori eximio, prudentia, temperantia, linguarum peritia, cæteriſq; animi dotibus admodum prædito, immatura morte non ſine lachrymis amicorum ex ardenti febre prærepto, relicta vnica filia,

Eua Lubiatowska Coniunx mœſtiſsima,

Memoriæ, Affectus, Honoris, Obſeruantiæ,

Teſtimonium ponit.

Inueni portum ſpes & fortuna valete,
Nil mihi vobiſcum ludite nunc alijs.

Agens Annum XXXVII. vitam cum morte mutauit die 16. Octobris. Anno Dñi, 1623.

D. T. O. M.

Et pijs Manibus.

Generoſi Dñi D. PETRI à Byki BYKOWSKI ex antiqua familia Iaxic & armis Griphonum, Caſtell: Conarien: Siradien: Hæredis in Croſow &c. Qui dũ rapitur à lecto ad Letũ tibi Hoſpes vitę fragilis prototipō reliquit

Salue, vale, & mortuo bene precare.

Vixit Annis XXX, Nouembr: Obijt 15. Anno Domini, 1633. Cuius Coniunx mœſtiſsima Barbara à Brzoza Brzeska Coniugi chariſsimo hoc Mnemoſynon amoris & mœroris reliquit.

D. O. M.

Generoſus & Magnificus D. D. FLORIANVS GOMOLINSKI Succamerarius Sieradien: Vir maiorum ſuorum virtute & dexteritate non degener, cum teneram ætatem in literis, adoleſcentiam in militaribus ne-

gotijs & officijs transegissет, in viribus autem, & ad senium annis properantibus, dum patriam iudicio & consilio iuuare non desinit, vitam cum morte commutauit, vt bonorum suorum operum caperet in patria cœlesti mercedem, ad quam auita fide Catholica & laudatissimis facinoribus, iter sibi egregium statuerat. Obijt Annos habens 49. Anno Domini, 1608.
Cuius anima pace fruatur sempiterna.

D. O. M.

Siste gradum Monumentum hoc conspiciendo viator.
Vt tibi mors felix contingat viuere disces.

Viro spectabili, clarissimo doctrina, clarissimo fide, ac religione pientissimo, D. Gregorio Sochowicz, Medicinæ Doctori, Regina Tuszynska, consors mœstissima perpetuæ memoriæ hoc opus P.

Hic iacet in tumulo quem spectas optime lector.
Extincto lachrymas da pia verba precor.

D. O. M.

Viro Consultissimo Domino IOANNI LIWSKI Viceaduocato Petricouien. probitate vitæ, morumq; integritate, experientia rerum, & doctrinæ peritia conspicuo, domesticis & extraneis charissimo ac humanissimo, mœstissima coniunx Agnes Bemowna memor mariti apposuit Obijt die 20. Decembris. Anno 1643 ætatis 45.

D. O. M.

Magnifico Dño NICOLAO TREBVCHOWSKI Castellano Gnesnen. S. R. M. Succamerario, Burgrabio Cracouien: &c. Theodora Trebuchowska Coniugi optatissimo, ac de se amicisq; bene merenti, mœrens posuit. Vixit annis 42. Mortuus Petri: diebus Comitialibus Nonis Ianua. Anno à Partu Virginis. LXIII.

Hoc tumulo positus Trebuchouius ille quiescit,
Clarus fortunæ posteritate suæ.
Ingenio valuit summo, rerumq; peritus,
Ob quod & in magno Regis amore fuit.
Omnibus expositis, comis, syncerus, at illi,
Mors nimium properas intulit atra manus.

D. O. M.

D. O. M.

Staniſlaus Fabricius hic conditus quieſcit.

Pie Lector.

Immortalem mortuo apprecare vitam.
Fataq; cum minimè times timere diſce.
Obijt Anno 1631. ætatis ſuæ LXI.

D. O. M.

Spectabilis vir ALBERTVS WAWRZYŁO Proconſul Petr: inter ciues rarum exemplar, pietatis, prudentiæ, liberalitatis, moritur, præmortuiſque pignoribus hic apponitur, victurus in poſteris, cui chariſsima Coniunx Regina Koſzutowna, coniugalis obſeruantiæ ergo hoc monumentum conſecrat. Obijt Anno Renaſcentis ſæculi 1624. Die 18. Decembr. ætatis ſuæ 48.

D. O. M.

Strenuus ac Generoſus D. PETRVS BABAY Vngarus, Eques auratus, Conſiliarius Sereniſs. Reginæ Vngariæ Iſabellæ &c. homo ſingularis prudentiæ & ingenij, magnæ itidem virtutis inconcuſsiq́ue animi, vt qui omnibus relictis, caſibus fortunæ ſeſe exponens, per terras alienas, filium Hæredem & Iſabellam relictam Seren: olim Ioannis Regis Vngariæ ſecutus placida hic demum pace quieſcit.
Anno Domini, M. D. XII. XII. Maij.
Anna Gaiowſka Marito ſuo longe amantiſsimo lugens poſuit.

D. O. M.

Genere Nobilis, Natalium ſplendore illuſtris.
Virtute inſignis. Pietate in Deum eximius, Nobilis
Ac Gñoſus Dñus STANISLAVS à Boguſlawice BOGVSŁAWSKI
hyemali tempore mortuus, verno Heredi viuus.

Quare?

Vir enim fuit certe ad omnia benegerenda natus

Et gratus.

Gratus Eccleſiæ, ob cultum Diuinum in ea propagatum.
Reipub: quoq́; Polonæ, ob ſingularia ſua in eam merita.

Cum priuata tum publica,

Publica,

Publica, vices gerendo Instigatoris S. R. M.
Priuata, Causis inseruiendo à primis annis Tribunal:
Clero denique, vicinis, ac egenis, ob omnem exhibitam
Beneuolentiam & largam porrectionem.
Ipsis tantum cognatis & amicis ingratus
Quia mortuus.
Ergo Deum viator qui eum saluet poscas rogitando.
Anno Domini, 1637. Mense 16. Febr.
Ætatis Sexagesimo quarto.

D. O. M.

Gñoso ac Magnifico Dño PETRO WIERZBICKI Districtus Drohicien: Viro à prima ætate literis ac virtutibus optime exculto, qui cum apud Christianissimum Imperatorem Ferdinandum bello contra Hæreticos militis fortissimi officio fungeretur, pro fide Catholica acerrimè decertans occubuit, eius Commilito Generosus Dominus Nicolaus Oczarowski de districtu Podlasien: ex illo rediens prælio, virtutis memor pientissimæ & amoris in illum perpetui, mœstus in hac Ecclesia monumentum reliquit. Anno Dñi, 1621.
Anima ipsius pace fruatur sempiterna.

DEO VIVO.

Piæ & æternæ memoriæ.

Illustris & Magnifici Dñi FRÆMYSLAI IAXIC in Byki BYKOWSKI Palatin: Vexilliferi Maioris Castellani Siradien: Lancicien: Capñei &c.

Mortuo.

Mœsta coniunx cum Natis & posteris appenderunt.

Hic

Serenissimos Poloniarum Reges Sigism: & Vladislaum in manu habuit, imo illorum manus fuit.
Cum nullis, ob constantiam animi in vita bona, cæderet malis.
Cessit vitæ non inuitus.
Sed ab authore vitæ inuitatus.
Et quia
Patriam ferro, Ecclesiam fide, Rempub: consilio iuuit.

Patria

Patria Patrem, Ecclesia filium, Respublica Ciuem
Amissum dolet.
Anno ætatis eius LI.
Mundi Redempti 1649.
Vltima Ianuarij.
Alia ab alijs didicit, hæc à se
Morior.

D. O. M.
Manibusq; piis.
Illustris D. D. STANISLAI IAXYC à Byki BYKOWSKI Palatin: Sirad:
Quem
Natum
Auitæ Nobilitatis splendor, & virtutis domesticæ
Cultus excepit.
Viuum
Pietatis in Deum ac Deiparam studia, & in Sago Byczynensi,
Suecicoq; strenuum militem belli facinora, & in Toga amantem.
Senatorem, pacis consilio tenuerunt.
Mortuum
Mœstorum filiorum luctus hoc tumulo,
Et rerum gestarum gloria posteritati commendauit.
Felix
Vel rerum plenitudine senex,
Vel filiûm Numero Pater.
Quorum Baltazarem
Cum mors in Moschouia depugnantẽ ex acie sibi pignorauit, Patriæ est elargitus.
Obijt Anno Christi M. DC. XXIV. ætatis LXXXIV.
Mensis Maij. die IV.

D. O. M.
Sophiæ Isabellæ de Padniow Consorti charissimæ adhuc viuenti viuens
Martinus D. zewicki Connubij XXXII. ætatis eius XLV. appositu t. 160[illegible].
D. O. M.

D. O. M.

Nobili MARTINO de magna Kobelki KOBEŁECKI districtus Siradien: viro in religione magno, sincero, & in moribus probo: in præstandis Eleemosynis facili, honestatis, tranquillitatis, modestiæ, concordiæ publ: & domesticæ amatori, omnibusq; tam domesticis quam extraneis charissimo. Qui senex sedens & loquens de futura vita, ex diuersorio huius sæculi summa cum alacritate animi migrauit, Filij tres Parenti amantissimo æternæ pietatis monumentum posuerunt. Vixit annos 82. Obijt Petri: Anno Domini, 1631. die 30. Nouemb.

D. O. M.

STANISLAVS GOMOLINSKI in militia ac in Officio Notarius Terræ Sieradiensis, cum probè ac laudabiliter sese gessisset, ascitus per Regem in ordinem Consiliariorum, Castellanus Rospiriensis ac Senator factus est, paulo post Capitaneus Vielunensis creatus fuit, vir comis, eloquens, cultor iustitiæ, humanitatis amator, iuris patrij gnarus, & in diudicandis Comitiorum causis facillimè iudicum princeps, qui ortas controuersias difficiles, exacta prudentia absoluebat.

In Monasterio Suleiouiensi.

Epitaphium

THOMÆ Vsciensis paruuli Martyris à perfidis Iudæis crudeliter trucidati. M. D. XLIX.

FLosculus ante virens manibus disceptus Hebræis
Thomas ex Vscin nomine dictus erat.
Vix geminos ætas huius compleuerat annos
Mensibus ætati bis tribus appositis.
Marcuit? heu rubido confixus vulneris ictu,
Vt cola prævalido turbine pulsa cadit.
Sic cedit tenero de corpore flosculus iste,
Conditus hac terra floret in æde sacra.
Terribilem æterni hic expectat Iudicis horam,
Qua reddet meritis præmia digna feris.
Corpora dum surgent & splendida membra resument,
Tunc nouus ex sacra flosculus ibit humo.
Translatus cœlum ambrosios diffundens odores,
Laudabunt summum mensq; caroq; Deum.
Hic quia non poterat viuens formare labellum,
Verba Dei & Christum lingua diserta loqui.

Sa-

Sat loquitur ſanguis pro Chriſti nomine fuſus,
Hunc teſtem veri quis neget eſſe Dei.
Ergo quiſquis ades gemitus nec pectore fundas,
Nec te perturbent facta ſeuera necis.
Nam licet occubuit lacerratum vulnere corpus,
Mens tamen æterni iam videt ora Dei.

D. O. M.

Catharina Koniecpolſka de Roxice Coniunx Generoſi Nicolai Gomolinſki Notarij Terræ Sieradien: Mortua Anno Domini, M. D. XXVII. 20. Septembr: hic ſepulta requieſcit in pace.

D. O. M.

Siſte hic, aſpice, & plora, talis eris quam diu illa tardauerit hora,
Sum quid eris, modicum cineris. pro me precor ora,
Id mortuus Anno Domini, 1632.

ANDREOVIENSIA.

In Eccleſia Parochiali.

Sanctiſsimæ Triadi.
Memoriæ Poſthumæ.

Reñdi SEBASTIANI ANDRYSZEWSKI I. V. D. Cuſtodis Chelmen· Andr: Parochi, Affectu ſpeciali Illmi & R. D. Remigij Koniecpolſki, Epiſcopi Chelmenſis, Abbatis Andreo: Cuſtodiam Chelmen: fundauit, innixus Eccl: Małogoſt: vti matrici ſuæ 3000. Huic 7000. Pro pijs fundationibus adhuc viuens dedit. Tandem diſpoſitus Ipſis Calend: Iulij A. D. M. DC. XLIII. Ætat: XLVII. Mundum deſeruit.

Vt Deo fruatur.

Rñdus Iacobus Chroſtkouius I. V. D. Præpoſitus Małogoſt: Canonicus & Official: Curelouien: Fratri ſuo, Pietatis opus hoc F F.

D. O. M.

Rñdus D. IOANNES WOSCZYNA, Plebanus Brzegouien: Præpoſitus Xenodochij Andr: Animã ſuam in manus miſericordiæ D. O. reſignatam, Corpus mortale hic ad extremum diem voluit collocari. Exemplar erat ſpeculumq; virtutum Sacerdotalium, Pietatis ac veræ in Deum religionis, integritatis, candoris, ac probitatis innatæ. Quibus, omnibus bonis erat chariſsimus: qua fide ac ſollicitudine bono Eccleſiæ ornando propagandoque inſeruierit, piæ fundationes quam Hoſpitalis Andr: quam iſtius ſub quo decumbit Altaris conteſtantur.

Reñdus Valentinus Piekoſzowic Præpoſitus Hoſpitalis Andr: Frater vterinus, hoc Monumentum gratitudinis Patri & Fratri deſideratiſsimo poni curauit. Obijt 15. Iunij. A. D. 1649. Ætatis ſuæ Anno 60.

Ora Lector & abi.

Et mortis eſto memor ac vitæ melioris.

D. O. M.

Gñoſus D. ADAMVS GROTOWSKI de Grotowice, in Lſczyn hæres, ex antiqua Proſapia B. Ioan. Grot, Epiſcopi Crac: virtute ingenioque præditus, in Deum pietate & Romana Religione ſemper clarus: Domi, militiæ, maxima laude verſatus, in omnibus expeditionibus Sereniſs: Stephani Regis vbiq; præſens, teſtante id Regimine in Arce Felin ſibi tradito, tum diplomate à Sanctiſsimo ob vulnera ſibi miſſo, viuens ſexaginta nouem annis, morte tranſlatus ad cœleſtem patriam. 1620. Menſe Nouemb. 12. magno cum mœrore amicorum, & maximè vxoris ſuæ fidiſsimæ G. Barbaræ de Iakubowice, quæ in pignus amoris hoc monumentum fieri fecit.

Lector ſi viuum amaſti, ora pro amico.
Si autem odiſti, parce mortuo.

D. O. M.

PETRVS de Wybranow Wybranowſki C. R. Ioanni Alexandro filiolo ſuo chariſſimo immatura morte ſurrepto, quando ipſi præſtare maiora non licuit, paruam hanc tabellam amoris paterni, monumentum ad poſteritatem Patrimonij loco extare voluit, qui mortuus eſt Anno Domini, 1643.

PIIS MANIBVS.

Adm̃. Rñdi MAVRICII FRIDERICI I. V. D. Archid: Curelo: Cano-

Canonici Louicien. Præpositi Falk. Illustrissimorum R R. Gnesnæ Antistitum, Gembicij, Węzyk, Auditori, Canonum, Legumq; peritia celebri, Andreouien: & Curelouien. Præbendæ optimo Fundatori. R. Iacobus Chrostkouius, I. V. D. Patrono suo posuit.
Decessit Anno Domini, M. DC. XXXI ætatis suæ LX.
Non potuit malè mori, qui benè vixit.

R. D. STANISLAVS FRIDERICVS de Andreiow, Canonicus Officialisque Curelouien. Parochus Zlotnicen. pius ac doctus, vitæ morumque integritate conspicuus, in cura animarum sibi subiectarum sedulus, bonumque optimi Pastoris exemplar, in sui Consistorij Causis audien. deciden. expediendoque Iudex modestus, prudens & æquus, omnibus bonis amabilis & perhumanus. A. RR. DD. Mauricio, I. V. D. Archidiac: Curelouien. Præposito Falcouien. Ioanni Canonico Opocnen. Parochoque Slawn. Fratribus suis charis. hoc mortalitatis habet monumentum.
Obijt die 12. Octob. Anno Domini, 1619. ætatis suæ 35. Sepultus hic in sepulchro Parentum, vita longiore dignus.

D. O. M.

Famatus IOANNES ŁĄCKI, Nobilis olim Alberti Łącki filius, Prætor Andreouien hoc monumentum, in quo vnà cum lectissima sibi Coniuge, & posteris suis, post mortem quiescerent, extruere curauit, Anno Domini, 1615.

MORTALITAS
Rñdi olim SEBASTIANI ANDRYSZEWSKI, I. V. D.
Custodis Chelmen. Louicen. Ecclesiæ huius Parochi & Decani.
Amici orent,
Inimici parcant sepulto,
Anno Domini, 1642.

DEO, & DIVIS,
Et Æternæ Memoriæ,

Generosi Domini IOANNIS GROTOWSKI de Grotowice, hæredis in Lsczyn & Rakowek, Prosapiæ antiquæ Herois integerrimi, Catholicæ fidei zelantissimi, qui in hac caligine rerum & temporũ, Deo & Religioni, Patriæ & Regi, legibus & literis opera laudabiliter nauata, florente 33. æuo, ad asylum æternæ quietis, ab externis ad interna verè bona re-

ceſsit. Quare præceps mors putanda non eſt, quam bona vita præceſsit, diu enim vixit, qui benè vixit. Anno Domini, 1625. Coniunx mœſtiſsima de Grabiſzyce Brandiſowna, Notarij Terreſtris Zatorienſis filia, hoc ſignum amoris FF.

G. D. SIGISMVNDI BIELSKI, ac Heduigis de Grotowice filius Ioannes, qui vixit annos 3. Menſes 2. obijt die 29. Feb. Anno Domini, 1620.

Generoſo Domino STANISLAO IANOWSKI de Opatowice, ætatis & animi, morumque ac rei militaris diſciplina clariſſimo, cui vexillum hoc Nobilis Heliſabeth Ianowſka, Coniunx mœſtiſſima, viro ſuo chariſſimo facere curauit, qui mortuus eſt Menſe Ianua. 14. Anno Domini, 1598.

D. O. M.

Generoſo Domino IACOBO MINOR, Hæredi in Siedlecz & Bogoria, de Domo & Armis Pulkozic, viro conſpicuo, & armis claro, Catholicæ Religionis cultori, erga Parentes pio, Amicis charo, in conuerſationibus affabili, erga ſubditos benigniſsimo, morte repentina è viuis ſublato, Anno Domini, 1607. die vltima April. ætatis ſuæ 37. Salomon Minor, frater mœſtiſsimus, ad poſteritatem iſtud vexillum loco monumenti ſupereſſe curauit, vt oretur pro illo. Requieſcat in pace.

Generoſo Domino ADAMO GROTOWSKI de Grotowice, in Lſczyn hæredi, ex antiqua Familia viri illius Beati Groth de Slupcza, Epiſcopi Cracouien. Proſapiam ſuam ducenti, pietate in Deum claro, ingenio & doctrina præſtanti, & multis rebus bellicis, non ſine vulneribus & ſanguine ſuſceptis, pro fide Catholica inſigni, in Expeditione Gedanenſi, Liuon. Moſchouitica, cum Magno Stephano Bathoreo Rege Pol. inclyto, qui eius rei diplomate ad eum vſum dato, pulcherrimum teſtimonium ad poſteros reliquit. Vixit annis 70. dimidio vnius anni, mortuus 17. Nou. Anno Domini, 1620. Coniunx mœſtiſsima Generoſa Barbara de Krzykoſzy memoriale P.

IN ECCLESIA CONVENTVS ANDREOVIENSIS.

HOSPES,

Specta

Specta & mirare,
Ciuem consilio fidelem, officio amicum, labore eximium, candore amabilem, constantiâ vel inimicis admirandum
Nosti, quem?
MATTHIAM GOISOWSKI à Goisow, armis & rerum meritis illustrem.
Qui in Terra Valachica contra Turcas & Scythas feliciter seruiuit Reipublicæ Polonæ. Mortuus die 21. Decembris, Anno Domini, 1640.
Ætatis suæ 43.

D. O. M.
Sub hoc marmore pij Cineres
Feliciter quiescunt,
VENERABILIS Fr IACOBI IASIENSKI,
Prioris huius Conuentus
Laboriosissimi.
ET
Administratoris bonorum Abbatialium
Prudentissimi.
CVIVS
Anima post multos exantlatos labores,
In Prioratus Officio
Per annos quadraginta continuos
Ad suum Creatorem remeauit.
Die 17. Maij. Anno Domini, 1620.

✠

Hic ostentum illud humilitatis Christianæ Venerabilis Seruus Dei
VINCENTIVS KADŁVBKON: in pace quiescit.
Qui in villa Karkow è Nobili Rozarum Stirpe natus, primùm Præpositus Sendomirien. deinde Cracouien: Antistes, per annos fermè xij. mirâ in Deum Diuosque pietate illustris, & munificentia in Ecclesias Monasteriaque celebris, Annalium verò Scriptor ex nostratibus primus omnium fuit. Et tandem monente, & mouente Deo, Christum in contemptu sui continuoque sub Obedientiæ S. iugo imitari desiderans, dignitatem tantam (exemplo raro, & sæculis omnibus memorando) cum facultate Honorij III. Pont: Max. sponte renuncians, anno Domini, 1218. Sacrum Cistercienſem Ordinem in Monasterio hoc Andreouiensi professus, post quinquen-

quinquennium sanctè ac laudabiliter in statu Religioso exactum è statione vitæ mortalis, tanquam miles bonus victorijs sui ipsius cæterisque admirandis virtutibus clarus, ad IESVM Ducem suum feliciter commigrauit, Anno Salutis, 1223. die 8. Mensis Martij. Cuius pij Cineres, & veneranda Ossa, Remigij à Koniecpole, Chelmensis Episcopi, Andreouiensis Abbatis, & Monachorum eiusdem Monasterij curâ, post annos 410. è priore humili in medio Chori sepulchro, terræque pulueribus, publica Authoritate leuata, in loco isto honorificè sunt condita, Anno Domini, 1633. Mensis Augusti 19.

Epitaphium eiusdem in marmore ante maius altare vbi prius quiescebat.

HIC
Quondam.
Vir DEI D. VINCENTIVS KADLVBKONIS.
E X
Episcopo Cracouiensi Monachus.
Andreouien: factus, per sæcula 4. & duo lustra
Quieuit.
Cuius
Pij cineres & veneranda ossa,
Ex humili hoc loco, ad Mausoleum Marmoreum.
Curâ Fratrum
Sunt translata, ibi honorifice condita.
Anno Domini, 1633.
Mensis Augusti die 19.

D. O. M.

Gñosus D. NICOLAVS BOREK de Kczieniec cum Gñosa D. Sophia de Bolmin Coniuge charissima, Samuelli 3. Martij die & Elisabethæ xxi. Februarij. Anno Domini, 1600. è vita sublatis liberis suis, Parentes mœstissimi P.

Quid gaudere iuuat (pater inquit) dum mihi gnatus
Mortuus, & mea abest filia, mater ait?

Linqui-

Linquimus hic ſobolem immatura morte peremptam
Chara marite ſui pignora coniugij.
Quiſquis es, heic igitur tranſis qui forte viator.
Viuere diſce precor, diſce moriq; benè.

D. O. M.

ADAMO de Mąkoſzyn MĄKOWSKI Abbati Andreouien:

Qui

Vernantem indolem

Religione, pietate, morum integritate, diuinarum humanarũq; In Patrijs & exteris Palæſtris expoliuit.

Succreſcentem ætatem

In Aula Regia, eximijs virtutibus & meritis, inſigni doctrina, rara animi ingenijque præſtantia, adeò illuſtrem reddidit, vt Principis gratiam, & in conferendo ſibi Canonicatu Vladiſlauien: propenſionem, omniumque amorem facilè conciliauerit.

Matureſcentem

Publicis impendit functionibus, nimirum D. Sigiſmundi III. Polon: & Sueciæ Regis Internuntium pluribus agens annis, cenſus vindicando Regios, ſummam fidem, prudentiam, atq; dexteritatem probauit, à Pro-Rege Neapolitano, & illius Regni incolis, ob egregias dotes, & intaminatam inter maximas mundi illecebras vitam, peculiari veneratione obſeruatus. Ad Sereniſsimum deinde Philippum IV. Hiſpaniarum Regem miſſus, & Abbatia Andreouien: auctus Legati munere, ſumptuoſo apparatu & comitatu ſplendido, ſumma cum laude peracto, obtentoq; diplomate pro aſſerenda in libertatem ingenti Polonæ Gentis in vtraq; Sicilia, ſeruile iugum Turcarum inſtar geſtantis multitudine, & negotijs fauſto euentu expeditis, cum per Galliarum Prouincias in Patriam rediret, febri correptus in Ciuitate Aquarum die xxx. Nouemb. Anno Dñi, 1623. Ætatis ſuæ XLIV. è naufragio mortalitatis, ad æternum delatus portum, corporis exuuias ibidem in Eccleſia PP. Carmelitarum depoſuit.

Cuius cineres

STANISLAVS MĄKOWSKI Abbas Lubinenſis Ord: S. Benedicti Sereniſsimor: Poloniæ & Sueciæ Regum D. Vladiſlai IV. & Ioannis Caſimiri feliciter regnãtis, iterum ad Maieſtatem Catholicam Legatus, gratus ac memor beneficij exhumauit, & Eccleſiæ Monaſterij Andreouien: ac Religioſis PP. Abbatem, quem illi viuentem oculis nunquam luſtrarant, Die 13. Menſe Nouembr Anno Domini, fatali poſt liminio reſtituit, atq; hoc Monumentum debitæ erga Benefactorem obſeruantiæ cauſa P.

D. O. M.

D. O. M.

Memoriæ posthumæ olim.

Rñdi D. BARTHOLOMÆI POWSINSKI

Abbatis Andreouiensis S. R. M. Secretarij.

Multis nominibus illustris.

Q V I

In Aula Supremi Monarchæ Clementis VIII.

educatus.

Ab eodem Officio Camerarij, Secretarij,

Vicepocillatoris, ornatus.

Tandem in arduis rebus Reipub: Christianæ.

Ad Christianissimum Regem Henricum IV.

Summa cum laude in legatione missus.

A Serenissimo Rege Sigismundo III.

Primum Romæ, deinde Neapoli

Internuntij munere functus.

Vnde reuersus, vix Patria salutata

Defunctus.

O V I R

Virtutibus quam honoribus illustrior!

Cur te pietas tua non vetuit

Tam intempestiuè mori?

Satis vixisti gloriæ, at non ætati.

E H E V

Mortales mortuum deflete.

E T

Animæ illud quod morte caret,

Bonum apprecamini.

Vixit Annis LIV. Obijt xxi. Octobr:

Anno Domini, M. DC. XXII.

ELIZABETHÆ KOBIERZYCKA.

Gaspar Kempski

Maritus.

Vita meæ vitæ quondam mea mellitâ coniunx,
Mors vitæ nunc es mortua nempè meæ.
Soluar & ô tecum: Christo nunc deniq́ viuam
Sic placeam: Christo viuere certa salus.
Vixit annis 40. piè mortua 1610.
Humata die 31. Ianuarij.

Hoc saxo tectum corpus quiescit
Rñdi D. Patris IOANNIS NIEDOBVYSKI
Parochi Seborzycensis
Qui obijt 25. die Aprilis.
Anno Domini, 1608.

ILCVSSIENSIA.

In Conuentu Augustinianorum.

D. O. M.

Gñosus Dñus ALBERTVS ŁĄCZYNSKI de Łaczyno noua. In terra Ciechanouiensi, districtu vero Prasniscnsi, Vir liberalitate erga Ecclesiam, ac munificentia in pauperes illustris, humanitate & hospitalitate in cunctos conspicuus, excellens naturæ muneribus, doctrina & prudentia præstans, atque consiliorum moderator insignis, qui cum in iuuenili ætate hæc in loca deuenisset, feliciterq́; culturam Fodinarum Ilcusiensium, quarum & vice Zuparius multos per annos extitit, promouisset, tandem plenus annorum, ad Tribunal Summi Iudicis vocatus, non sine maximo tàm suorum quàm etiam totius plebis luctu, & mœrore, ex hac vita in meliorem migrauit. die 4. Mensis Iulij. Anno Domini, 1603. Cuius decessum vxor ipsius vnica est subsecuta, die 19. Augusti. Anno Domini, 1605. Animabus eorum Deus sit misericors.
Hodie mihi, cras tibi.

IOANNI LORKOWIC,
Ciui & Cultori Montium Ilcussień. viro pietate in Deum, modestia in Ciues, comitate in omnes commendato.

QVI

Præsente fortuna, quam Deus obtulit, & industria eius auxit, semper contentus, alienum cum iniuria non appetiuit, solus labor honestus sufficit desiderio eius Christophorus Lorkowic Consul, & Montium Ilcussieñ. Cultor, pietatis & gratæ memoriæ Ilcus: Patri optimo, hoc ad posteritatem posuit monumentum.

D. O. M.

Fui quondam Dominus BARTHOLOMÆVS, qui eram in Alma Academia Cracouieñ. Baccalaureus, docebam in ludo literario Ilcussiensi pueros A, B, C, sub hac mole requiesco in pace.

D. O. M.

MARTINVS IWAN, clarissimis ortus Maioribus Christianis, Religionis singularis amator, Reipub. & pauperum fortissimus defensor, bonorum suorum ac Ecclesiæ Claustralis liberalissimus largitor, Consul Ilcussieñ existens, lethali morbo oppressus, annũ LXX. agens, 9. Aug hora 10. Anno Domini, M. D. XCVIII. constanter in fide Catholica permanens, ad supremam felicitatem remeauit.

D. O. M.

ANNA IWANOWA, vxor Domini Martini Iwan, Consulis Ilcussieñ. obdormiuit in Christo IESV, die 3. Nouemb. sepulta iacet.

Ad Imaginem miraculosam B. Virginis MARIÆ Dolorosæ.

D. O. M.

Magnæ Dei Matri & Virgini,

Saluti Infirmorum Infirmus,

Consolatrici Afflictorum Afflictus.

Refugio Peccatorum Peccator,

Dominæ suæ Mancipium perpetuum,

Hanc gratitudinis & subiectionis Syngrapham

D. D. D.

Clarissi-

Clariſſimus ac Magnificus Dominus HAMENDA, Conſul & Cultor Montium Ilcuſſienſium, nec non Benefactor pauperum & Religioſorum munificentiſſimus, quem efſera atque immanis mors vitali aura priuauit, & hoc Sarcophago ſepeliri iuſſit. Vixit annis 78. mortuus Anno Domini, 1624. die 15. Menſis Quinctilis, Calend: Iulij.

D. O. M.

M. IOANNES CASIMIRVS ROKITNO, in Alma Academia Cracouienſi Artium Liberalium & Philoſophiæ Doctor, Profeſſor Aſtrologiæ, & aliarum Mathematicarum ſcientiarum non poſtremus, Inſpector & Præceptor Excellentiſſimi Ducis & Principis Opolienſis & Ratiborienſis, quem inſperato euentu, mors abſumpſit, & in cineres redijſſe fecit, Anno Domini, 1617.

D. ANDREAS HANC de Norimberg, filium ſuum Iacinthum, ſub hac mole ſtructuræ ſuæ Muſicalis ſepeliuit, Anno Dñi, 1606.

IACOBVS FANTEL, natione Italus, vixit dum voluit, voluit dum fata volebant. Obijt 10. Iulij, Anno Domini, 1593. Hic ſepultus eſt.

Anno Domini, 1589. die 16. Auguſti, religioſè ex hoc miſeriarum ergaſtulo in Chriſto exceſſit

PAVLVS THOMAS MISNER,

Ætatis ſuæ 32.

Exemplo didici, quòd poſteritatis amici
Res complectuntur, non nos, ſed noſtra ſequuntur.
Non ſunt perſonæ, ſed poſteritatis amici,
Quos fortuna tenet dulcis, acerba fugat.

Quia

Poſt mortis merſum, vertit dilectio dorſum,
Finita vita, finit & amor ita.

D. O. M.

Amice quisquis hæc legis.

Si tibi ista Ciuitas nota est, meum quoque nomen ignotum esse nolis.
Sum THOMAS PĘKAŁA, Maiorum hinc oriundorum laude commendatus, sed nec ipse vixi inglorius, & Ciuibus meis inutilis, cuius vita procuratio fuit boni communis.
Vidi Hæresim nascentem & occidentem, ipse Catholicus, Religionis constans assertor.
Vidi arsisse templa cum priuatis ædibus.
Sed in subsidium fabricæ, vectigal perpetuum ex prouentu metallico S. R. M. impetraui.
Concors viuens cum Coniuge Anna Starczynowska, prudenter suscepi duos filios, quos in vsum Magnorum Virorum educaui.
Dubius feliciorné futurus exitus, ex non susceptis, an morte immatura præreptis, verùm per quatuor filias viris nuptas, non tam censu, quàm dignitate spectatis, dedi Ciuitati publicæ vtilitatis Consultores.
Tandem vitæ laborumque satur,
Postquam Ciuium amorem, potiùs quàm pecuniam, opes magis iustas quàm amplas, laudem pro meritis, quàm præmia publica collegissem.
Lampada tradidi posteris, quibus cultu pietatis, & vitæ integritate præluxi.
Non te diutiùs teneo, abi pius & commodus, & Generi mei Christophori Lorkowic pietate probatâ, in conseruanda nominis mei memoria,
Mihi Requiem æternam apprecato.

Anno Domini, 1549. die 20. Mensis Feb. Exempta est rebus humanis, Dña HEDVIGIS, Coniunx olim Nobilis D. CHRISTOPHORI HOSII, quæ cum Marito suo non vltra quàm Menses quatuor cohabitans, fidissima semper extitit. Clemens & propitius Iudex Supremus esse dignetur in die sua.

Spes mea Christus erat, mollis dum vita manebat,
Spes Christus mea, dum mortua membra iacent:
Spes Christus, miseros mœrore vt pressa feretur,
Spes Christus, cœlos quod dabit ipse mihi.

GENE-

GENER: D. PAVLVS, S. R. M. Secretarius, charissimis ex Nobili Dorothæa Pelzenska Consorte sua, genitis Annæ natæ, 1574. 29. Augusti, mortuæ 1576 die 10. April. Samueli nato anno 1584 die 2. April. hic sepultis, & Sophiæ natæ Leopoli anno 1588. die 18. April. mortuæ ibidem 1690. die 17. Iunij, hanc posuit memoriam.

Nobili & Honestissimæ ANNÆ WOCKOWNA, pietate, virtutum omnium genere, ad laudem mirabili, Hieronymus Spinek, Consul & Cultor Fodinarum Ilcusien. Coniugi desideratiss. Anno Domini, 1611 die 10. Nouemb. ætatis suæ anno 36. exemptæ ex rebus humanis, mœstus posuit fatalis sortis monumentum, eodem ipse cum illa, & Liberis suis, includens tumulo, Anno Domini, M. DC. XV.

D. O. M.

ADAMVS BERNEK, Consul & Cultor Montium, cum Nobili Eua Łączynska Coniuge charissima, hoc monumentum suæ erga Deum & Sanctos deuotionis, erga Ecclesiam & Rempub. studij perpetui, ad posteritatem suam transmittere voluit, cui pro tantis in Patriam & Ecclesiam Dei meritis, quam testudine & tecto condecorauit. Præmium sit CHRISTVS DOMINVS. Obijt Anno 1606. ætatis suæ 49 die 10. April.

Anno D. 1535. 10. Ianuarij. Spectabilis D. IOANNIS HALLER, Consulis Ilcusien. & Susannæ Krupczanka Anna filiola, tertio ætatis suæ anno, non sine magno Parentum dolore vitâ defuncta. Cui Deus sit propitius. Eodem anno Ianuarij 24 Paulus Haller, eorundem Consortum filiolus, post partum corporis vinculis exutus, cuius animæ Deus misericors esse dignetur.

Spectabilis ac Famatus vir, D. BARTHOLOMÆVS HYTHNI, quondam Consul Ilcusiensis, atque Rector Stollæ (dicta *Stara Ilkuska*) post multos labores, multarumque regionum lustrationes, ex hac vita discedens, sibi, & vxori suæ amantissimæ curauit. Obijt Anno 1598. die 22 Iunij, ætatis 70.

Hic

Hic mortale meum corpus requieſcit in vrna
Mortali, vnde ſunum, ſumpſerat exordium.
Aſt immigratus cœleſtes incolit arces
Spiritus, & calcat ſidera clara Poli.

Spectatiſſimis Dño IOANNI LEOBONEK Cracouien: Patricio, raræ prudentiæ, qui Anno 1610. die 18. Aug: & Sophiæ Morſthynowa, quæ Anno 1612 die 4. Nouemb: Parentibus ſuis deſideratiſſimis Sophia Łączyńska. Hoc pietatis monumentum non ſine luctu poſuit.

Nobilis VALENTINVS BLONSKI CHRISTINVS, viuens cum vxore ſua Anna, Annum 34. inſcius horam mortis poſuit. Anno Domini, 1581. quæ obijt Anno 1504 à Sancta Maria, Anno 1588. cum Barbara tertij matrimonij vixit Anno Domini, 1594.

Mors tua Chriſte mihi vita eſt, victoria regnum,
Labe mea maior, ſanguine viuo tuo.

Nobili SOPHIÆ IAWINSKA, Coniugi deſideratiſſimæ, Daniel Paſierbek 10. annorum Maritus, in perpetuum integri amoris honorem & memoriam, hoc pietatis & lachrymarum ſignum appoſuit. Extincta eſt die 23. Septemb. annum ingreſſa 28. Anno Domini, 1630.

D. MATTHIAS SŁOWAK, Ciuis & Cultor Montium Ilcuſſienſium, quem ſæua mors ætate matura rapuit, æterni Regis in iudicium.

Conditus hic ego ſum, cuius modo forte per aures
It nomen Słowak, mortuus hic habito:
Viuo adhuc, quamuis me fera Parca tulit?
Hic nulli æternam fata dedere domum.

LVBAVIENSIA.

D. O. M. S.

D. O. M. S.

LABARVM è summo templi tholo index & testis Occidentis vetustissimæ Familiæ à Mortag oriundæ pendeo, hanc ego viuis, victurisque vario publicorum munerum genere iam inde ab anno Christi Natiu: M.C. XXVIII. Illustrem floruisse denuntio, huius vltima stirpe mascula LVDOVICVS MORTENSKI, Palatinus primùm Pomeraniæ, deinde Culmensis, Capitaneus Pokrzywnensis & Graudentinensis, extremum clausit agmen. Is postquam primam adolescentiam Viennæ Austriorum, partim literarum, partim Politicæ rei in Cæsariana Aula studijs, tradidisset. Patriæ deinceps, quà pace, quà bello maximè Dantiscano, sub Stephano Rege strenuè fideliterque seruiuit, postmodum in Senatorum ordinem adlectus, semper fidei Catholicæ non acrior Cultor quam defensor extitit, tandem cùm cæpisset, Anno Dñi, M. D. L IV. viuere desijt. M. DC. XV. nocte subsequente Calend: Septemb. Sacramentis omnibus communitus. Hic vltimum Supremi Iudicis aduentum expectare illum superstites amici voluerunt, hæc exanime Labarum animatis, vteunque pictorio penicillo literis locutum te quisquis es orat, vt extincto fauorem diuinum tua prece concilies, Vale.

D. O. M.

Generoso D. PETRO BAKOWSKI, viro auitæ Familiæ, Patriæ ornamento, spectatæ tam priuatis quàm in publicis muneribus prudentiæ, genuino Orthodoxæ religionis alumno, Iuris & æqui cultori, cuius vti omnes speratorum honorum cursus, ætatis elapso vitæ decursu, post sextenas Menses die 14. Mensis Octob. in Anno 1640. constiterunt Senatoria Proles, Isabella Zalinska, post Illustrem olim Dzialyniæ secundi thori, vt mors eius esset immortalis. Anno 40. suprà Millesimum, Sexcentesimum secunda Iduum Ianuarij, perennitatis Labarum mœsta superesse voluit. Quo tu viso, precibus faue, & abi.

D. O. M.

Generosus Dominus
FABIANVS DE ADAMOWO KLINSKI,
Prosapiæ Nobilitate, suaque virtute clarus,
Leonardo progenitus Patre.
Dum nardum spirat, vitæ morumque suauitate
Hic extinguitur
Puer,
Parente orbatus vtroque.

Nouer-

Nouercam Patris, Matriſque loco religiosè veneratus,
A qua iuuenis
Literis & pietate imbuendus, Muſarum curæ traditus,
Earum indefeſſo ſtudio
In virum euaſit.

Fidei Orthodoxæ Deiparæque Cultorem eximium amicis, egenis, beneuolum. Tandem poſt tres ſuprà Quadraginta vitæ annos viuere ſuis mœſtæque Coniugi deſijt. Anna Gaſcinska, labarum pignus mortalitatis huic templo concredidit. Anno Chriſti, M. DC. L. 7. Idus April.
Pijs eius Manibus benè precare Viator.

Ad Maiorem Dei Gloriam.

Primus Fundator huius loci Reuerendus D. NICOLAVS CRAPITIVS, Epiſcopus Culmenſis, qui Fratres S. Franciſci de Obſeruantia è Saxoniæ Prouincia Anno Domini, 1502. vocatos huc introduxit: verum cum iniuria temporum, numerus eorum ad vnum niſi deueniſſet, Illuſtriſs: ac Reuerendiſs. D. Petrus Koſtka, Epiſcopus Culmenſis, diuini cultus zelator, Ordinis Minorum Mecænas digniſsimus, verus Pater pauperum, Anno Domini, 1580. è Polonia eiuſdem Profeſsionis ſummo cum ſtudio euocatis Fratribus, eundem locum renouatum perpetuis ornauit beneficijs. Idem Illuſtriſs: ac Rñdiſsimis ſucceſſoribus ſedulo facientibus, Fratreſq; præfatos nouis gratijs liberaliſsimè fouentibus. His acceſsit Magnus D. Seuerinus Zaleski, Enſifer Pruſsiæ, ſingularis Benefactor, qui ædificia tam Templi quàm Domus vetuſtate, pænè collapſa proprijs ſumptibus de fundamentis erexit. Reliqua pijs Benefactorum eleemoſynis ſunt reſtaurata, quorum omnium nomina ſint in benedictione Domini, & in orationibus Fratrum.

Qui tulit à Konopat Generoſum Stemma,
IOANNIS Præſulis Oſſa ſub hoc marmore tecta cubant.
Anno Domini, 1530. die 24. April.

Deſideratiſsimæ Coniugis, pientiſsimæ Matronæ, atque genere virtuteq; deſideratiſsimæ REGINÆ de Gembice, eiuſque filiolæ Annæ lectiſsimæ puellæ, ex priori Marito Generoſo Alberto Pozarkowski de Nialek ſuſceptæ, oſſa exanguia, & cineres ſaxo ſub hoc mœſtiſsimus Maritus Bartholomæus Krzycki, triſteſque paruuli Liberi, Anno Salutis, 1611. condiderunt, & lachrymis conſperſerunt. Tu Viator Pijs Manibus requiem reprecare.
Sic enim immatura areſcunt & occidunt.

SEBA-

SEBASTIANVS MYNTZER de Fulda Archipresbyter,
Parochus Lubauiensis & Tigenhagiensis,
Vixit Annis 57. obijt trigesimo Archipresbyteratus sui,
Anno Domini, 1647. die 17. Iunij.

Accipe vterque Parens, & habete sorores MATTHIÆ
Nenchen. Hoc clarum pignus amoris.
Obijt Pater Valentinus Nenchen Anno Domini, 1572.
Mater Dorothea Anno 1586. Soror Vrsula Anno 1588.
Soror Dorothea Anno 1588.

ANDREAS NAN, Ciuis Lubauień. ac Burgrabius Lubauień.
Obijt 14. Martij, Anno Salutis, 1604.

NICOLAVS TAVSCH, Senator Ciuitatis Lubauiensis, obijt Anno Domini, 1611. die 21. Maij, tempore matutino circa horam octauam, cuius animæ Deus propitiari, eamque in pacis ac lucis regionem sempiternam suscipere dignetur. Dorothea vxor Nicolai Tausch, quam hic lapis tegit, Obijt Anno Domini, 1631. die 18. Maij.

Hoc tumulo sepultus iacet Honestus MATTHIAS KARIK,
obijt Anno Domini, M. DC. XXX. die 15. Decemb. cuius
anima sit in pace perpetua.

Hic situs ille IOANNES est GLASNOTIVS, ob quem
Mœsta Vxor, Liberi, Ciuica turba gemunt.
Ritè Deum est veritus: Priuatis publica semper
Prætulit his meritis, cœlica Regna tenet.
Sicque viri nunc fama viget, semperque vigebit,
Qui Diuum & Patriæ iura piè coluit.
Obijt Anno Domini, M. D. LXXXVIII. v. Idus Ianuarij.

Famati olim GISBERTI BRVNS, Ciuis Lubauiensis, cuius mortales exuuias annorum & effœtæ senectutis pondere onustas hoc loco tumulari voluit. Honesta Lucia mœsta Coniunx, vnà cum superstitibus liberis, vixit religione in Deum, amore in Patriam, germano in omnes candore insignis, Annos LXXXIX. obijt Anno D. M, DC. XXXIV. 23. April.

MATTHIAS KONIK, obijt Anno D. 1614. 8. Aprilis.

IOANNES LAHME, Ciuis Lubauien. Obijt Anno D. 1548. 8. Maij.

Hoc tumulo sepultus quiescit LAVRENTIVS GEILS, Proconsul Lubauiensis. Obijt Anno Domini, 1637. die 24. Mensis Octob. Cuius anima sit in pace.

Conditur hoc tumulo Famatus & Spectabilis Dominus FRIDERICVS KAPPAVN, qui de Republica Lubauiensi benè meritus, Consulatum gerens, tandem feliciter in Domino obdormiuit, die 21. Nouemb. Annorum Salutis humanæ 1616. ætatis suæ 75. Eius verò Coniunx Potentia, obijt Anno Domini, 1611. die 18. Nouemb.

Vixi, non viuo, non vixi, viuere cœpi,
Sed vixi in terris, nunc mihi vita Deus.

SIMON KONIG, Senator Lubauien. monumento hoc, anno 1602. Mense Decembre, die 10. humatus in Christo IESV quiescit, & resurrectionem salutemque Christi fideliter expectat.

MATTHIAS NENCHEN, Proconsul Lubauien. monumento hoc Anno D. M. D. X. Mense Martio, die 3.

Vixi ego, tu vius, morior, moriturus & ipse es,
Denique sum pulvis, tu quoque pulvis eris.

VALENTINVS HERMAN, Ciuis Lubauiensis, ac Consul octodecim annorum, iacet sub Corona magna cum piè defuncto Tausz, ipsam Coronam piè defunctus Herman extruxit.

IN MONTE S. CRVCIS
Apud Benedictinos.

BOGVSLAO,
Nepoti charissimo,
Boguslaus Radoszowski Boxa,
Episcopus Kijouiensis.
Abbas S. Crucis,
Mœstus posuit.

D.O.M.

D. O. M.

Memoriæ Nobilis CATHARINÆ, Marci Gromadzki filiæ, Nobilis Sebastiani Piasecki Consortis, ac ex eo filiorum Remigij, Iacobi, Pauli, Elisabeth Matris, Prudentia, liberorum educatione, cura domus laudatissimæ, piè defunctæ, & hoc loco tumulatæ, die 13. Mensis Iulij, Anno 1610.

Filius PAVLVS PIASECKI,
Episcopus Camenecensis,
Et Abbas Claræ Tumbæ FF.
1633. Catharinæ Piasecka.

D. O. M.

NE videare nihil tanto quæsisse labore,
Aut frustra tanti montis adisse iugum.
Aspice de Dębno Lector monumenta IOANNIS.
Qui Palatinus Sandomirensis erat.
Vt magis vidisse huius latere sepulchrum,
Illius & Fratris, nouere busta queas.
Ambo obeunt dextrè præclara negotia Regni,
Terrenis tamen hic præfuit ille Sacris.
Hic meliore quidem quam Frater sorte quieſcit,
Hunc enim recubat iunctus vterque Parens.
Ossibus illius Cracouia ritè superbit,
In qua Cardineo nomine Præsul erat.

Fr. Boguslaus Radoszowski Boxa, Abbas S. Crucis, hoc carmen antea chartæ Pargamineæ insertum, & vetustate consumptum, huic tabulæ insculpi curauit, Anno Domini, 1616.

D. O. M.

Illustri & Magnifico Domino
IOANNI De Dębno OLESNICKI,
Palatino Sandomirienſi,
Et Supremo Regni Marschalco.

Illustrissimi & Reuerendissimi D. Zbignei, S. R. E. Cardinalis, ac Cracouien. Episcopi Fratri germano, cuius ossa dum Boguslaus Radoszowski Boxa, Abbas S. Crucis, nouam è marmore summam Aram educit, angustia loci adactus, ex veteri Sarcophago in eum locum religiosè transtulit, eoque monumento, vt decuit amplissimum Heroa, decorauit.

D. O. M.

Hoc sub lapide quiescit
Magnificus D. DOBESLAVS de Olesnica,
Palatinus Sandomirienſis,
Qui obijt Anno Domini, 1443.

Hic ex Coniuge D. Catharina, Filia Dñi Demetrij de Bozydar, habuit 12. filios: Ioannem, Castellanum Leopolien. Petrum, Venatorem Sandomirien. Canonicos Gnesnen: & Cracouien. Andream, Succamerarium Sandomirien. Matthiam, Victorinum, Sigismundum, Zbigneum & Martinum. Filias verò, Catharinam, Elisabeth, Dorotheam Consortem Magnifici Domini Ioannis de Koniecpole, Cancellarij Regni Poloniæ.

Boguslaus autem Radoszowski Boxa de Siemikowice,
Abbas Monasterij S. Crucis.
Vt memoriam Clarissimorum Heroum conseruaret, hoc monumentum eo marmore decorauit.
Anno Domini, 1617.

D. O. M.

Speculum vanitatis vide,
Vtinam saperes, intelligeres, nouissima prouideres.
BOGVSLAVS RADOSZOWSKI BOXA,
Episcopus Chiouiensis,
Abbas S. Crucis.
Sibi, & posteris, si fuerit voluntas in cœlo.

D. O. M.

Charitas operit multitudinem peccatorum.
Charitas non æmulatur, non inflatur, non agit perperam, nec quærit quæ sua sunt.
Sit requies mortuis, salus viuis, charitate non ficta.
Frater Boguslaus Abbas,
Fratribus charissimis fieri curauit,
Anno Domini, 1625 die 15. Octobris.

D. O. M.

Peren-

Perennitati Sacrum,
ILLma D. SOPHIA OLESNICKA,
Illustrissimi Domini Nicolai de Olesnica Olesnicki,
Palatini Lublineń. vxor,
Filia Illustrissimi D. Sebastiani de Lubomirz,
Castellani Woynicensis,
Comitis in Wisnicz,
Capitanei Sandomirień.
Gemina Prole virili, Zbigneo & Ioanne relicta.
Et vnica muliebri Anna,
Decem annis cùm concordissimè vixisset cum Marito,
extincta Anno Salutis, 1612.
Hic sita est.
Heu quot vno funere obrutæ Virtutes,
Pudicitia, Fides, Pietas.
Scilicet Fata magnis inuiderant, sed frustra.
Viuit meliore sui parte,
Fama in terris, animo in cœlis.
Aue charissima Con unx,
Hoc tibi monumentum optimè merenti
Profusissimis cum lachrymis
Nicolaus de Olesnica Olesnicki Maritus PP.

Sophiæ à Lubomirz, Comiti de Wisnicz Olesnicka, Illustris & Magnifici D. Nicolai de Olesnica, Castellani Radomien. &c. Coniugi, Matronæ Illustri, &c. zelo pietatis in Deum ardenti, fide ac pudicitia thori Coniugalis insigni, vitæ innocentia, ac morum grauitate adeò præstanti; vt natalium suorum splendorem, & Coniugis vetustæ in Regno Prosapiæ dignitatem, cumulatis virtutum suarum insignibus, illustrarit. Mœrens Coniunx, Consorti desideratissimæ, cum lachrymis fieri curauit. Obijt Anno Domini, 1612. 29. Septemb. Anno ætatis suæ 27.

D. O. M.
Quod caducum hic conditum est,
Animus in cœlis, fama in terris.
Hic ob virtutem, illa ex virtute perennant.
Fuit

Illustriss.

ILLmus DD. NICOLAVS DE OLESNICA,
Palatinus Lublinenſis,
Ioannis de Oleſnica, & Sophiæ Spinkowna de Badkow,
Filius natus Anno Domini, 1558. ij. Cal. Aug.

Eſſe deſiit

Anno Domini, 1629. Idibus Decemb. anno ætatis prorſus humanæ 71.

D. O. M.

Memoriæ Rñdmi Domini MICHAELIS MALISZEWSKI, Abbatis S Crucis, Generoſus Dominus Felix Kolbrzyski, Amicus mœſtiſſimus, Buſtum hoc conſecrauit. Obijt Anno Domini, 1608. die 13. Aprilis, ætatis 47.

D. O. M.

Admodum Reuerendo Patri MICHAELI, doctrina & vſu rerum præſtanti, ad Fridericum Imperatorem, Pontificem Maximum, & Oecumenicum Concilium Legato, omni æuo memorabili. Et Adm. Rñdo Patri Nicolao Koczowski, literis Græcis & Latinis exculto, Philoſopho & Oratori inſigni, Præceptori optimè merito, Almæ Academiæ Cracouien. Profeſſori, ſimul & Abbati digniſsimo, Fr. Boguſlaus Radoſzowski Boxa de Siemkowice, Abbas S. Crucis, Maioribus ſuis, æterna memoria dignis, hoc monumentum extruxit.

D. O. M.

Generoſa Domina ZOPHIA ROGOWSKA, ex antiqua Familia Pruſij, de linea Paterna Stępkowska, ſub hoc marmore quieſcit, cui Generoſus Dominus Laurentius Rogowski, Maritus mœſtus, hoc monumentum fieri curauit: vbi etiam ipſe poſt mortem corpus ſuum, & ſucceſſorum ſuorum deponi deſiderat. Vixit annis 36. obijt Anno Domini, 1613. die 24. Ianuarij.

D. O. M.

Qui ſim, ſcire quiſquis aues,
Sta, lege, diſces.

MALISZEWSKI, qui multis pro Religione, & Republica laboribus actis, atque Summorum Principum domi foriſque fauſtè aditis liminibus, Aulica ſpreta cura, ſumptaque Paſtorali Tiara inſignitus, huic Clauſtro annis

annis bis ſeptem præfui, cui quid boni præſtiti, gratitudo ipſa vtique poſthumis narrabit. Sub hoc ego marmore quieſco, donec me æthereus excitet tubicen.

Iam me noſti, te quoque ipſum noſce.

D. O. M.

Nobilibus ac Generoſis Dominis, Dño PAVLO KOCHOWSKI, Auo ſuo Nepos, & Domino Staniſlao Kochowski, & Dominæ Zophiæ, filius Parentibus; Domino Alberto Kochowski, nec non ſororibus ſuis chariſsimis, Frater in omnes pietate ductus, Dominus Chriſtophorus Kochowſki, ſimul cum Suſanna Coniuge olim Domini Alberti Kochowski, hoc monumentum marmoreum fieri curauit, eorumque omnium oſſa collecta, in vno Sarcophago, ſua opera extructo, includi voluit: illis & ipſe cum poſteris ſuis poſt mortem ſociandus, Anno Domini, 1624.

Hæc quicunque legis, ora pro mortuis viuus, idem poſt mortem habiturus.

D. O. M.

Vos, ô felices Martyres, qui abdicatis mundi illecebris, in hæc iuga cœleſtibus æſtuantes conceſsiſtis, ac ab immani Tartarorum impetu oppreſſi, emenſis turbulentis vitæ fluctibus, victimam Superis acceptam ſanguine veſtro libantes, ad æthereas ſedes hauſtis diuinitus animis euolaſtis. Fr. Boguſlaus Abbas, ex veteri tumulo huic commodiori loco reddit, & cum Fratribus ſuis ritè veneratur. Fauete cœlites facti, & hæc cacumina ab hoſtili furore tutamini, eoſque in his vitæ præcipitijs moderamini, vt hac labe criminum expiati, exuta mortalitate, propitium Numen vobiſcum ſortiantur.

Hoc Altare cùm BOGVSLAVS RADOSZOWSKI BOXA de Siemikowice, Abbas S. Crucis, funditus tanquam rudè & fatiſcens demolitus ex marmore nouum denuo reſtauraſſet. Ab Illuſtriſs: ac Reuerendiſs. D. Petro Tylicki, Cracouien. Epiſcopo, die omnibus Sanctis dicato, ſub annum 1614. ijs omnibus Sacris Reliquijs, quæ ſuperiori inauguratione ab Illuſtriſsimo & Rñdiſs. Domino Zbigneo, S. R. E. Cardinali defixæ fuerant, religioſiſsimè intus reconditis eſt conſecratum.

Hoc vtrumque poſt maius Altare in diſtinctis marmoreis tabulis ſcriptum.

Nobili

Nobili ac Generoſo Domino ANDREÆ DAMBROWSKI, ſapientiæ dotibus viro ornatiſsimo, Illuſtriſsimus ac Reuerendiſsimus Boguſlaus Radoſzowski Boxa, Epiſcopus Chiouien. teſtificandæ pietatis cauſa erga Magiſtrum ſuum, hoc ipſi Mnemoſynon curauit.

Tu Viator Manibus bene precare, & Salutis tuæ memor, viue & Vale.

Hic corpus Nobilis ac Generoſi Domini Alberti Przyzwiski iacet, animam cœlum habet. Hic dum vixit, præclara Religionis in Deum, amoris & humanitatis in omnes edidit monumenta, tandem ex humanis piè ſanctèque longæuus exceſsit, pietas autem ſuorum, hoc ei monumentum poſuit, Anno Chriſti nati, 1060.

ZAMOSCENSIA.

In Palatio Zamoſciorum.

IOANNES DE ZAMOSCIO,
Regni Poloniæ Cancellarius,
Exercituumque Dux Supremus.
Et Cracouień. Mariæburgeń. Belzen. Cniſſineń. Medireceń. Creſouień.
PRÆFECTVS.

Dum bello Sereniſsimi Stephani Regis, cum Ioanne Magno Duce Moſchouiæ, pro debita in Patriam pietate, nec ſumptibus, nec laboribus, nec vitæ parcit. Innati quoque erga Patrios lares amoris, hoc monumentum abſens excitare curauit.

In Porta Septentrionali.

Salue Mater Alma Polonia, tu non ſolùm mœnibus, ſed etiam profuſione vitæ nobis defendenda es. O ſidus Nobilitatis, & libertatis Polonia ſalue.

IOANNES DE ZAMOSCIO,
Regni Poloniæ Supremus Cancellarius,
& Generalis Exercituum Dux,
de ſua pecunia fecit.

In Porta

In Porta Orientali.

D. O. M.
Res pro Repub. contra diuersos hostes
benè gestas
Acceptas referens,
IOANNES DE ZAMOSCIO,
Regni Poloniæ Supremus Cancellarius,
Et Exercituum Generalis Capitaneus, &c.
A fundamentis excitauit.

IN BASILICA ZAMOSCENSI.

Hic situs
IOANNES ZAMOYSKI,
Obijt Anno D. M DC. V. die iij. Iunij.

Hic situs est gentis Custos, tutorque Polonæ,
Dulcius in vita nil habuit Patriâ
Religione, bono communi, non sibi, toti
Se mundo semper, credidit hic genitum.
Cœlum animam retinet, fertur super æthera virtus,
Humanum quod erat, continet hic tumulus.

D. T. O. M.
Et Piis Manibus
BARBARÆ ZAMOSCIÆ
Sacrum.

Non magna moles, sed magna premit Nomina, seu gentis, seu virtutis propriæ, famam inspicias. Tu quæris Nomina Hospes? Heu me! Hic iacet Barbara Zamoscia, clarissima Natalibus, Coniugio Nobilissima, suis virtutibus felicissima, & summè mirabilis. Genus illi è Tarnouiorum Familia, quos omnis ætas admirabitur, prædicabit. Coniunx togatus pariter atque armatus, Vir, Imperator, Senator, omnia, Diuinus Ioannes Zamoscius, quem viuentem etiam omnis mundus venerabatur, & ipsi hostes. At virtutes iste non capit lapis: si nosse vis, intuere Filium Thomam.

Vale, & cogita, quam ſit mors inexorabilis, quæ tantis arceri non potuit honoribus, atque opibus. Mortua Anno Chriſti Dei & Hominis, M. DC. X. Aprilis xxvj.

Eidem.

BARBARA DE TARNOW,
IOANNIS DE ZAMOSCIO,
Regni Poloniæ Cancellarij, & Exercituum Supremi Præfecti Coniunx. In Coniugio leniſsima, moderatiſsima, Viri & ſobolis amantiſsima, poſt Coniugium ad ſanctitatis miraculum religioſiſsima: in ipſo ætatis & formæ flore Vidua conſtantiſsima, ad vitam æternam, cuius erat cupidiſsima, migrauit, Anno Chriſti, M. DC. X. Aprilis xxvj.

THOMAS ZAMOYSKI,
Olim Supremus Regni Poloniæ Cancellarius,
Nunc
STERCVS ET VERMIS.

ALIVD.

Quiſquis legis, quiſquis pergis,
Adſta Viator.
Si properas, pauca hæc æquus lege, ſtupe.
Haud ſcio moræ pœnitebit,
Hic ſitus eſt
THOMAS ZAMOYSKI,
Supremus Regni Poloniæ Cancellarius.

Ad tantum in Patria apicem, per ſummos prius virtutum, eruditionis, prudentiæ, cæterarumque Heroicarum virtutum, in Sellæ Palatinatus Podolienſis, Kiouienſis, gradus euectus, Generalis Crac. Sokalienſis, Knyſzyn. Rabſtin: Neofor: Capitaneus. Fortiſsimus in tot Expeditionibus Regni ad Orininum, Kurtkouiam, Staniſlauouiam, Szarogrodum, Chocimum, Mæuum, contra Baterbeios, Scythas, Turcas, rebelles Coſacos, perduellem Guſtauum, Hercules zeloſiſsimus, Religionis Catholicæ contra Hæreſim & Schiſma Propugnator, amantiſsimus literarum & literatorum Promotor. Verbo legis in vno, omnia, Patri ſuo par, & Patriæ Pater: ô mors

O mors inuida, non extinxisti virtutem Zamoscianam: immortalis est. Illi enim præter hoc corpus mortale decessit nihil: virtutem Maiorum hæreditariam in Filio Ioanne, Capit: Calusien. Griseldi Constantia, Ioanna Barbara, reliquit. Anno æræ Christianæ, 1638 Mense Ianua. die 8. Hora post meridiem 6. cùm vixisset annos 43. Menses 9.

Legisti,

Abi Viator, & imitare virtutes, flores amplissimas.

DIVIS CINERIBVS
Illustrissimæ Heroinæ
CATHARINÆ DVCISSÆ ab OSTROG,
Comitissæ in Tarnow.

Quæ Augusta Ducum Domo, tam à Patre Alexandro, Palatino Volynen. quàm à Matre Anna à Sztemberg Piasti surculo, Kostczanka nata, illustris & illuminans Poloniam, nata de pietate pietas, de luce lux, Magno Regni Poloniæ Cancellario, Thomæ Zamoyski nupta, vt vtriusque Domus compendium splendoris fecisset, fecit omnia virtuti subdita, suæ munificentiæ Lauream in Æde Lauretana reliquit. In Basilicis Deo Opt: eiusque Sanctorum honori extructis, ditatis, Mnemosynen erexit æuiternam, orba Coniuge suo charissimo, in mundo virtutis habita vixit mundo. Cuius si spectes vitæ sanctimoniam, animi Maiestatem, plusquàm Zamosciam iudicabis, si humilitatem? nusquam hominem putabis. Cui proprijs pauperum pedes manibus lauare, manus iuaurare, exquisitissimis dapibus pascere, visitare, vnica animi Tempe erat. Quam cùm nemo videret in terris, quin datam cœlo putaret, non tam maturam ætate, quàm virtute, Lybithina ferox, cumulandam cœlesti gloria, pro sudoribus & laboribus vitæ, præmijs exornandam æternis, in cœlum transtulit. Anno D. 1642. 6 Octob. Illustrissimam autem sui sobolem, Ioannem Capitaneum Kalusien. Phœnicem & Thosphorum Poloniæ. Griseldam Constantiam, Illustrissimi Hieremiæ Michaëlis Korybuth Ducis in Wisniowiec Consortem, Ioannam Barbaram, Illustrissimi Alexandri Koniecpolski, Supremi Regni Poloniæ Vexilliferi Consortem, Consanguineos item, Amicos, bonosque omnes, mœrore sempiterno repleuit.

Sepulta Zamoscij.

Generosus FLORIANVS de Zamoscie ZAMOYSKI, Vexillifer Terræ Chelmensis, Magnifici Venceslai de Zamoscie, Castellani Leopol. & Matris Sophiæ de Babin Pszonczanka primogenitus, & dilectus filius, magnæ omnium spei, & insignis ingenij Adolescens, à Parentibus ingenue educatus, in conuersatione nulli molestus, omnibus charus, in exteris nationibus, & linguis varijs exoticis atque literis optimè versatus, agens annum xxvij. summo cum dolore Parentum & Amicorum obijt 20. Iunij, Anno Domini, M. DC. XXXVIII.

GEORGIO ZAMOYSKI,
Episcopo Chełmensi,
Viator
Quisquis es, hic gradum sistito.
Vmbra te (ræsulis paucis desiderat, hac vrna deposita
GEORGIVS ZAMOYSKI,
Episcopus Chełmensis,
Abbas Czeruenensis, hic quiescit.
Lachrymis asperge cadauer, si laudes effundere non potes, alterutrum feceris, si pius eris.
Abi, & lampada cape.

In Monimento Zdanensi.

Illustrium quorundam Maiorum suorum Memoriæ & Honori. Quorum Ossa Ioannes Zamoyski, Supremus Regni Cancellarius, & Exercituum Dux Generalis, hoc loco, hinc inde comportata condidit. Thomas Zamoyski Filius, Palatinus Kiouiensis, pro pietate Consanguineis debita, hoc monumentum posuit. Cineres eorum, quos vnius sepulchri communio non cepit, hoc vltimo suo officio piè veneratus.

Viator sustine
Gradum, Dolorem, Lachrymas,
Et vide Diuini amoris artes.
Insignis pietate, & seruantissimus æqui
IOANNES ZAMOSCIVS,
Castellanus Chełmensis.
Excubiarum Regni Poloniæ Præfectus Generalis,
Exactis quadraginta in militia annis,
Sub Magno Ioanne Zamoscio,
Fratre Patrueli.
Dum iussu Sigismundi III. Regis,
Diligenter pro Patria excubat.
Et paucis cum cohortibus Scytharum inundationem
Forti-

Fortiter, ad Strium, sustinet.
Vt tribus Hastis pro Stemmate Gentilitio fuit ornatus,
Ita tribus venenatis sagittis transfixus,
Apud Lisiaticios in acie occidit.
Et quid? nisi vitam Poloniæ donauit,
Anno Domini, 1619.
HAVETE MANES BENEMERITI.
S. S.

HOSPES
Ecce qui fuit non est.
IOANNES BAPTISTA
ZAMOSCIVS,
Non genere magis, quàm virtutum & doctrinæ luce clarus,
Primùm Familiæ Dominicanæ Professus,
Sacræque Theologiæ Doctor,
Post ad altiora desumptus,
Et Serenissimorum Poloniæ Regum fauore,
Pontificalibus Insularum insignibus honestatus.
Bacouiensi in Valachia,
Premisliensi in Russia,
Luceoriensi in Volhynia.
Quam extremam,
Dum prehendere tendit, propè metam concidit,
Bielgorai, in itinere ab Authore vitæ euocatus.
Anno Reparatæ Salutis, 1655.
Ipsis Calendis Ianuarij.
Ita Mors inuida
Nec virtuti parcit, nec honori,
TV, SI PIVS ES,
Pio egenorum Patri,
Literatorum Patrono,
Bonorum Ciuium Promotori,
Optimo Reipublicæ Senatori,

Et in

Et in Paſtorali adminiſtratione,
Verbo & Exemplo,
Laudabiliter verſato Antiſtiti
Immortalem mortuo apprecare vitam.

S. S.

Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente habui.

PAVLVS SLOTOWSKI,
Vitæ innocentia, morum ſuauitate
Et mira humanitate
Toti Aulæ Zamoſcianæ conſpicuus,
In qua à puero educatus.
Solertis Aulici, ſtrenui militis, prudentis Præfecti domus,
Et fortis Cohortium Ductoris officium impleuit.
Cùmque ſemper in Diui Franciſci Familiam pronus eſſet
VIVENS,
Et mortis horam præ oculis habens.
In eorum Templo ſuos cineres in die nouiſſima
Deponi curauit,
Labente Anno 1653. Ætatis ſuæ 63.

S. S.

Siſte, quiſquis es: ſiſte,
Eſt, quod multum mireris,
Licet non multum hic moreris.
HIC
Iacet ille, qui iacentes erectus erigebat,
GASPAR SOLCIVS LEOPOLIENSIS,
Philoſophiæ & Medicinæ Doctor,
Profeſſor in Inclyta Academia Zamoſcenſi.
Qui ſæpius olim
Semimortuis medicas manus admouebat ad vitam,
Nunc ipſe, vita deſtitutus, in mortis manus incidit.

Etam-

Et amplius erigi non poteſt,
Fallimur? an fallimus?
Imò hic quoque munus Medici exercet,
Dum amplius non exercet,
De ſuo ſiquidem peculio,
Qui inuiſens ægros, Medicinam prælegeret in Academia,
Mille florenos annui reditus fundauit.
Et de reliquo ſuæ ſubſtantiæ,
Vt ſanis, mortem meditantibus, de ſua morte fieret,
Animorum Medicina,
Anniuerſarias pro anima ſua ſupplicationes
In Eccleſia Zamoſcenſi fieri curauit.
Abiuit,
Vocatus ad meliorem vitam,
Anno D. 1653. Die Auguſti.
ABITV QVOQVE,
Et, vt ſanus audias, vel ab hoc Medico diſce,
Tibi hinc breui abeundum.
S. S.

PAVLVS PIASKOWSKI,

Vir Nobiliſsimus, pueritia in Aula Maximiliani II. Cæſaris honeſtiſsimè educta. In prima Iuuenta militiam Moſchouiticam ſub Rege Stephano Bathoreo ſecutus, editis fortiſsimis facinoribus, clariſsimus ob morum elegantiam, & rariſsimam humanitatem, à Magno Ioanne Zamoſcio ad Aulæ Præfecturam accitus. Cui officio ſumma cum dignitate præfuit, bellorum illius Comes fideliſsimus, domi ornatiſsimus, animo, manu, lingua promptiſsimus, in agendo acerrimus, in conſulendo expeditiſsimus, ſeditionum militarium ſedator dexterrimus, amicitijs ſummorum virorum eminentiſsimus, omnium mortalium cultor vnicus, vt generis humani deliciæ audiret, dum Thomæ Zamoſcio militiæ tyrocinijs adhærens in Expeditione Scythica. Szarogrodij mortuus eſt, Anno Domini, M. DC. XIII. Nouemb. xv. ætatis LVIII.

Paule tuos cineres iuuenum lectiſſima turba
Aſpergit lachrymis, multo cumulauit honore:
Delicias te namque ſuas periſſe putabant.

SIMON

SIMON SIMONIDES situs est hic, cui bene credas,
Congessisse Charin, omnia mella sua.
Versibus hic rigidos ducebat montibus ornos,
Et dulcis Suadæ fluxerat ore melos,
Non illum latuit, quod pagina sacra docebat,
Quæque canit diuæ pagina lustitiæ.
Nouerat & culti nutantia sydera mundi,
Nouerat excellens, quæ docet Hyppocrates.
Principibus placuitq; viris, sat cultus ab illis,
Illos consilio, mente bonaq; iuuans.
Iane Zamoyski, tuus fuit hic lectissimus olim
Cinnus rerum, & flos dulcis, amorq; tuus.
Illius ingenio posuisti maxima rerum.
Ille Thomamq; tuum surgere dat studijs.
Illustres animæ, vos hic locus vnus habebat,
Et nunc vna domus post pia fata tenet.
Nil magnum spirate, ô nil mortalia corda,
Gloria nil vestra est, nil quoque diuitiæ.

Gaspar Solcius, Philosophiæ & Medicinæ Doctor, Professor Ordinarius Academiæ Zamoscensis, Auunculo suo charissimo, mœstissimus posuit. Mortuus est Anno 1629. Maij 5. hora 9. ante meridiem. Vixit annis LXXI.

Quis euadet

Tumulus BEATÆ Generosi Dauidis Chilchen, Secretarij Regij, Notarij Terræ Vendensis FILIOLÆ.

HIc iacet Chilcheno sata Patre puella Dauide,
Dicta BEATA, eadem nata, renata Deo.
Mox denata Polo, infantem reuocante pusillam,
Nomen vt expleret, req; Beata foret.
Siste Viator, iter mortem & meditare pusillis,
Quæ si non parcit, parceret illa tibi.

Die 24. Septembris, 1606. mortua, mœstissimus Pater P.

THOMAS OLESNICKI, Magnificorum Iaroslai Olesnicki, Capit: Belzen. & Dorotheæ Belzenska filius vnicus, in hoc sepulchro situs est iuuenis, ad omnia summa natus: pietate erga Deum, honore erga Parentes, officio in omnes, moribusque insignis. Post literarum studia à Patre liberalissimo, & gloriæ cupido, arma tractare iussus est, vtramq; Martis fortunam sæpè non sine cæsis hostibus expertus. Rudimenta prima militiæ con-

tiæ contra Scythas exhibuit, mox Staniſlao Zolkieuio, Duce Skinder-Baſſæ, ingentes copias per longum Valachiæ tractum ſuſtinuit, manifeſta Dei benignitate, in media noſtrorum ſtrage, excepto ſagittæ ictu, ſeruatus, tandem ſanctum contra Turcas bellum Republica aggrediente, ſub auſpicijs Sereniſsimi Principis Vladiſlai militiæ Præfectus, inter Legatos in caſtris hoſtium fuit, multaque ſpectatæ fortitudinis exempla edidit, plura & maiora editurus, niſi mors ſpes magnas interrumpiſſet, nam cum virtutum eius fama clareſceret, in flore æui incredibili mœrore Parentum, & deſiderio omnium obſequentiſsimus, & chariſsimus filius, deceſsit in Domino, Februarij 10. Anno Chriſti, 1622. ætatis 22.

Parentes mœſtiſſimi deſideratiſſimo filio P.

D. O. M.

SIMON BIERKOVIVS,

Philoſophiæ & Medicinæ Doctor,
Et in Açademia Zamoſcenſi Publicus Profeſſor,
& ſæpius Rector.

Pietate & eruditione ſolida, ingenio rariſsimo, diuinarum & humanarum rerum ſcientia, quam multo ſtudio & longinquis peregrinationibus comparauerat, longè clariſsimus, Illuſtriſs. Thomæ Zamoſcij, Ioannis Magni Cancellarij & Exercituum Ducis Filij, Palatini Kiouien. ſtudiorum & valetudinis moderator, ac publicarum & bellicarum expeditionum Comes, cùm à prima iuuenta ad annum vſque ætatis LII. Academicis munijs, & Domus Zamoſcianæ obſequijs, ſumma fide ac diligentia operam nauaſſet, tandem rude donatus, & otio literario totus deditus. Anno Chriſti, M. DC. XXVI. 1. Idus Ianuarij, in ſeceſſu Goraienſi, ſacris procuratus, bono & conſtanti animo, quam tot annis meditatus erat, mortem excepit.

MARINA de Zaſczow, Gente Obrociuorum, Matthiæ Leſnieuij, Capit: Rakiborień. ſecundarum Nuptiarum Coniunx, Fœmina lectiſſima, modeſtiſſima, frugaliſſima, relictis filijs duobus, filiabus tribus, Anno ætatis 59. Anno Chriſti, 1612. obdormiuit in Domino, hic quieſcenti Matthias Leſniowſki, Capit: Rakiborień. Coniugi chariſſimæ, mœſtiſſimus P.

ANDREAS Dominus de Boremſo, vetuſtiſſimæ in Ruſſia Familiæ vnicus & vltimus hæres, poſt adoleſcentiam in honeſtiſſimis diſciplinis exactam, dum militarem fortitudinẽ in Reipub. exer-

citu comparat, immaturo obitu extinctus est. Matthias Lesniowski Vitricus, tanquam alter Parens, & Marina de Laſczow, Mater filio desideratissimo mœstissima posuerunt, vixit annis 19. decessit anno 1610. vltima Nouemb.

Pater DOMINICVS COMVALIS Italus Neapolitanus, Ordin: Min. S. Francisci, S. Th. Magister, & Publicus in Academia Zamoscensi ex authoritate Sedis Apostolicæ Professor, cùm in eo munere per biennium magna cum laude esset hic versatus, & præclara pietatis, eruditionis, cæterarumque virtutum exempla dedisset, ætatis suæ immaturæ Annum XXXX. agens, febri extinctus obijt, & in hac æde sacra, ab Illustrissimo Domino Ioanne Zamoyski, Regni Pol: Cancellario, & Duce Exercituum Maximo, Patrono suo, conditus est, die 13. Maij, 1605.

D. O. M.

Nobili MARTINO IESIOTROWSKI, Stemmatis Stumberg, qui dum vixit annis V. mortuus est Anno Christi, 1626. die 4. April. hoc Epitaphium mœsti Parentes filio suo posuerunt.

Generosus PAVLVS PACZYNSKI, S. R. M. Secretarius, Inclytæ Domus Zamoscianæ alumnus, vir pietate religiosus, conscientia securus, mente benignus, affectu iustus, animo fortis, moribus integer, corpore castus, manu in pauperes liberalis, nulli molestus, omnibus charus, summa est, virtutum omnium Cultor Magnus. Obijt Zamoscij, Anno Christi, 1626. die 23. Iulij, ætatis plusquam Quinquagesimo, sepultus in monumento Academiæ.

TARNOVIENSIA.

Conditur hoc tumulo

Illustrissimus & Excellentissimus Princeps, Dñus D. IANVSSIVS, Dux in Ostrog, Comes in Tarnow, Castellanus Cracouien. Vlodimirien. Pereslauien. Bialocerkieu. Circassien. Caniouien. Bohuslauien. Capitan. Princeps toto vitæ suæ tempore præstantissimus, æternaque memoria colendus. Ostrogiæ Ducum primus Catholicus, eiusdemque Religionis propagator studiosissimus, acerrimusque defensor. Senator prudentissimus, inte-

mus, integerrimusque, Bellator fortissimus ac felicissimus, fluctuanti sæpius Reipub. anchora, in aduersis præsidium, in periculis portus, præcipuumque à Tartarico furore Regni munimen: hoc sæpius domesticis agitata dissidijs Respub. loquitur: hoc toties numerosi exercitus Tartarorum ad Retkam pagum, Sobum amnem, Ostrogiam Ciuitatem fusi vel profligati testantur. Hoc Cosacorum infestus XIV. Millium exercitus, ad Piatkum deletus prædicat, editis à se plurimis erga Rempub. amoris, erga Seremissimos Reges fidei, erga Religionem pietatis, erga Religiosos munificentiæ, erga pauperes liberalitatis argumentis, desiderabilis omnibus, hanc ærumnosam lachrymarum vallem sedibus beatis commutauit, monumento hoc, mortalitatis memor, dum in viuis esset, sibi extructo.

Anno Domini, M. DC. XII. die xij. Septemb. Anno Domini, M. DC. XX.

Condita marmoreo tumulo requiescit in isto
Quæ Seredum fuerat, gloria magna Domus.
Inplantata Deo, & saluantis munere verbi
Corde viuens Christo, planta fouente fui.
Nunc demum in morem palmæ florebo superbæ,
Pressa nece in vitam, quando superstes eo.
Hoc decus est fidei, quantæ mens Christe fatetur,
Sic mihi mors lucrum est, tu mihi Christe salus.
Sæua licet rapiant Parcarum tempora multos,
Mors tamen insonti nulla nocere potest.
Ossa tenet tumulus, mundo volat ardua virtus,
Spiritus in Christo lucida regna tenet.

Illustrissimæ Dominæ, D. SVSANNÆ SEREDI, Illustrissimi ac Magnifici Domini, D. Georgij Seredi filiæ, ac Gaspari Seredi, Regni Hungariæ Generalis Capitanei, Palatinatus Transyluaniæ Gubernatoris, hæredis in Makouica, Regac, Bystryca, de Brecim, Keweſt, Santhow, Tala, Sandziorod, Bezetic, Rudimir, Nepotis: Coniugis autem Illustrissimi & Excellentissimi Principis, Domini D. Ianussij. Ducis in Ostrog, Comitis in Tarnow, Castellani Cracouien. fœminæ, non solùm Nobilitate generis, sed etiam specimine virtutum suarum excellentissimæ, quæ relictis ex matrimonio duabus filiabus, Leonora & Euphrosina, morte immatura sublata est, Anno Domini, M. D. XCVI. Cùm vixisset annos XXX. mœstissimus Sponsus Coniugi, optimæ de se meritæ, lachrymis conspersum monumentum posuit.

D. O. M.

THEOPHILA de Sczekarzowice, Ducissa Ostrogiæ, Comitissa in

Tarnow, Caſtell: Cracouien. Fundatrix Collegij Sacerdotum Pſalteriſtarum in hac Eccleſia, obijt Anno Domini, M. DC. XXXV. die xxviij. Nouemb. Viduitatis ſuæ anno XV. ætatis XL. & hic Illuſtriſsimo Coniugi ſuo Ianuſsio,& filiolo Ioanni Wladimiro appoſita,in Domino requieſcit.

Illuſtri ac Magnifico Domino, D. IOANNI, Comiti in Tarnow, Caſtellano Cracouien. Exercituum Regni Poloniæ Supremo Duci, ac Sandomirien. Strien. Lubaſouienſiq́ue Capitaneo,viro in conſulendo prudentiſsimo, & bellando fortiſsimo.Qui cùm regiones longinquas peragrando, Sepulchrum Domini adijſſet, & Regis Luſitaniæ copias contra Mauros cum maxima laude duxiſſet,domiq́ue & in pace prudentia, grauitate, doctrina, integritate, iuriſperitia, iuſtitia, liberalitate, vrbanitate, facundia, & ſumma in omnes humanitate: & in bello præſertim Moſchico & Valachico mira felicitate, fortitudine, ſcientia rei militaris, vigilantia, experientiaq́ue & duro labore, alijſq́ue ampliſsimis virtutibus & rebus geſtis cumulatiſsimus claruiſſet. Vitam hanc fragilem exactis 73. vitæ ſuæ annis, in ſancta Catholicaq́ue fide, in Curia ſua Wiewiorecen. Anno Natiuitatis Chriſti, M. D. LXI. die xvj. Maij, non ſine lachrymis multorum morte compleuit. Conſtantinus Dux Oſtrogiæ, Palatinus Kiouien. Socero ſuo obſeruantiæ ſuæ multis nominibus meritæ ſignum, monumentum hoc, in quo ſitus eſt, erigi curauit.

Perill: olim D. Ioann: Grifor, Caſtell: Woynicen.
Patri ſuo præparatum.

Illuſtri ac Magnifico Domino, D. IOANNI CHRISTOPHORO, Comiti in Tarnow, Caſtellano Woynicen. Sendomirien. Strienſiq; Capitaneo. Qui cùm ſplendorem & gloriam Domus Paternæ pluſquam trecentis annis,negotia Reipub.Senatoria dignitate grauiter ſuſtinentis multis virtutibus tutatus eſſet, ac pietate Catholica, elegantia vitæ, probitate, modeſtia, comitate, patientiaq́ue inſigni præditus, cùm apud ſuos, tum apud exteros non minimum inter eos verſatus, ſummum ſibi conciliaſſet amorem, & nominis auxiſſet exiſtimationem, domeſticoſq́ue induſtria ac facultate gubernandi ſuperaturus videretur. Sororis ſuæ germanæ Sophiæ, Illuſtris Conſtantini Ducis Oſtrogiæ,&c. Coniugi hæreditaria ſucceſsione, ſine liberis decedens relicta. Annos natus triginta, & tres Menſes, phtiſi conſumptus in Curia ſua Gorlicinen. die 1. April. Anno à Nato Chriſto, M. D. LXVII. ſummo multorum mœrore vita functus eſt.

Idem Conſtan: Dux Oſtrogiæ, ſepulchrum hoc Parentum,quod ipſe dum viueret inchoauerat, coniunctum pietatis ergò conſtruere iuſsit.

Illuſtriſsimæ & Spectatiſsimæ Fœminæ,DD. ZOPHIÆ,Duci in Oſtrog, quæ

quæ ex Familia Comitum Tarnouien. pacis belliq́ue artibus clariſsimorum, poſtremò primogenita, morumq́ue & formæ elegantia, inprimis verò magnitudine animi, prudentia, comitate, liberalitate, pietate erga Deum & homines inſigni, cæteriſq́ue clariſsimis ac verè heroicis virtutibus florentiſsima, poſtquã ætatis ſuæ annos tringinta ſex in fide Catholica compleuiſſet, Ioanne, Conſtantino, Eliſabetha, Catharina, chariſsimis Marito pignoribus relictis, in partu tertij filij Alexandri, quartæ Hebdomadæ Anno Chriſti Nati, M. D. LXXI. die 1. Iulij, morte immatura abſumpta eſt, Annorum & Menſium trium ſpatio fratris conſecuta mortem. Conſtantinus Dux in Oſtrog, Palatinus Kiouien. Marſchalcus Wolynien. Wlodimirienq́. &c. Capitaneus, Coniugi ſuæ deſideratiſsimæ, monumentum hoc moriens poſuit.

Reuerendo Dño MARTINO ŁYCKO de Ryglice, Eccleſiæ Tarnouienſis Præpoſito, Nobilitate generis, eruditione ac prudentia in rebus gerendis, clariſſimo, Eccleſiæ defenſori, Scholarum Patrono, temperantiaq́ue ſingulari prædito. Petrus Łycko, & Nepotes mœſti poſuerunt. Obijt anno Dñi, M. D. LXXIII. ætatis ſuæ LXX. deceſſit 8. Maij.

D. O. M.

Admodum Reuerendus D. GASPARVS de Ruſcza, Familiæ Griphonum, BRANICKI, Præpoſitus & Officialis Tarnouien. Canonicus Cracouien. hic ſepultus iacet: ô Hoſpes, pius hic & ſyncerus fuit, & ſi vita maturuiſſet, bonum vtilemq́ue Eccleſiæ Prælatum & Reſpub. Ciuem habuiſſet, cuius ne ſaltem nomen morte auferatur. Illuſtres, Ioannes Caſtel: Biecen: Niepolomicen: Kreczouienq́. Capit. Staniſlaus Regni Gladifer, Capitaneus Chęcinen. Fratres mœſti, hoc monumentum extruxere. Vixit Annos XXVII. obijt Anno M.DC.II. die 30. Martij.

Reuerendo Dño IACOBO DVNIN SZPOT, de Wola Szpotowa, Eccleſiæ Collegiatæ Tarnouieñ. Præpoſito, cùm generis antiquitate, tum eruditione & morum grauitate, Paſtorali inſuper vigilantia, viroq́ue inſigni, Anno Domini, M.D.LXXXIV. Menſ. 15. Martij, die 10. defuncto. Ioannes frater germanus, Andreas & Adam Nepotes ex fratre, hoc monumentum mœſti poſuerunt.

D. O. M.

Com-

Commissa mea pauesco, & ante te erubesco,
Dum veneris iudicare, noli me condemnare.

ANDREAS TARŁO de Sczekarzowice, Præpositus ac Officialis perpetuus Tarnouień. Decanus Opatouień. Canonicus Cracouień. viuens sibi poni curauit, Anno Domini, 1630.
Obijt Anno Domini, 1642. die 17. Octob.

D. O. M.

Reuerendus D. IOANNES MĘZYK Tarnouius, huius Ecclesiæ Prælatus, nomine reque Custos, singulari cura in promouendo cultu Diuino, & administrando munere surrogatorio conspicuus. Quinquaginta duobus Sacerdotij sui annis, hic laudabiliter exactis plenus dierum, plenus meritis, & pietatis exemplis, obijt & abijt, die 10. Maij, Anno Christi, 1627. & hic in Domino requiescit.

D. O. M.

Reuerendus D. MATTHIAS KVSOVIVS Tarnouień. Tituli S Barbaræ, in Ecclesia Tarnouień. Canonicus, hoc monumentum in hac Ecclesia, de qua est meritus, suæ memor mortalitatis, superstes adhuc fieri voluit Ætatis suæ 59. obijt Anno Domini, 1621.

Reuerendus D. SAMVEL SOSTOWSKI de Trebnic, Mansionarista Ecclesiæ Coll: Tarnouien. ex colluuie hæreticorum Silesiæ, velut rosa è spinis, singulari Dei prouidentia mirabiliter ereptus, in vinea Domini dignus operarius, exemplo, pietate, morum grauitate alijs prælucens effectus. Ex hac vita fragili ad Dominum migrauit, grossum diurnum recepturus, Anno Domini, 1627.

Reuerendus ALEXANDER WILERSZA, Canonicus Tarnouiensis, Officialis Pilznensis, ætatis suæ 30. Anno Domini, 1598.

Illustris

Illustris virgo MAGDALENA Sigismundi de Sczekarzowice Tarlo, Castell: Sandecen. & Barbaræ de Sulniow Sobkowna, filia pientissimæ illius Fœminæ Magdalenæ de Zakliczyn Sobkowa, Castellanæ Sandomirien. Neptis, virtutumque imitatrix, quæ omni pietate insignis, clarissima, & nemini vnquam molesta, dum Ordinem Virginum Discalceatarum ingredi parat, Illustrissimæ Theophilæ, Ducissæ in Ostrog, germanæ suæ interim cohabitans, caducam hanc vitam in immortalem commutauit, Anno Domini, 1621. die 21. Feb. Exemplar erga Deum pietatis, Parentes obedientiæ, Proximos charitatis, Spirituales ac Religiosos cultus, Amicos sinceritatis, peregrinos hospitalitatis, pauperes liberalitatis, infirmos curæ, ac sedulitatis Familiam Materni affectus; virginitatis, humilitatis, patientiæ, sanctimoniæ, ac omnium virtutum hic habes depositum. Viator, lauda, ora, imitare. Andreas Tarlo, Præpositus Tarnouien. Canonicus Cracouien. germanæ suæ optimè meritæ poni curauit.

IOANNES AMOR,
In Tarnow Comes,
Cracouiensis Castellanus,
Obijt Anno 1500.
Requiescit hic in Christo.

IOANNES ALEXANDER DE TARNOW,
Filius Illustriss. olim Ioannis in Tarnow Comitis,
Castellani Cracouień.
Obijt Anno D. 1515.

IOANNES DE TARNOW COMES,
Palatinus Sendomirienſis,
Obijt Anno Domini, 1515.
Requiescit hic in Christo.

BARBARÆ DE TENCZYN,
Nicolai Russiæ Palatini filiæ,
Fœminæ moribus pudicitiaque insigni.
Ioannes Comes in Tarnow, Castellanus Cracouien.
Coniugi suauissimæ mœstus posuit.
Vixit Annis XXXI. Obijt Anno Domini, 1527.

BARBA-

BARBARA DE ROZNOW,
Neptis ex filio Zauiſſij Nigri,
Militis in Orbe Chriſtiano nominatiſſimi.
Coniugi verò Ioannis à Tarnow, Caſtell: Crac.
Ioannes Comes à Tarnow, & ipſe Caſtell: Cracouien.
Matri indulgentiſsimæ, & optimæ, mœſtiſsimus poſuit.
Obijt Anno 1517. Vixit Annos LXX.

Nobilis D. ANNA, Soror olim D. Ioannis Radlinski germana,
Ex Clariſſima Grifforum Familia orta,
Mater Domini Franciſci Molenda, huius Eccleſiæ Canonici,
In hoc ſepulta eſt Sacello.
Obijt 1. Nouemb. Anno Domini, 1525.
Spectabilis quoque D. MATTHIAS, Conſul Tarnouien. Maritus eius,
ſeptuageſimum agens Annum, requieſcit.
Obdormiuit 9. Nouembris, Anno Domini, 1524.
Dominus IOANNES filius eorum ſecundo genitus, hic humatus
2. Maij, Anno Domini, 1537.

D. O. M.

Sub hoc Confixionis Saluatoris noſtri ſigno, corpus ALBERTI
STACHVROWIC, Ciuis & Conſulis Tarnouien. terræ
mandatum eſt, extremum diem clauſit. Anno
Domini, 1626. 17 Octob. ætatis 48.
Tu Viator mortalitatis ſuæ memor, abi, & pro mortuo ora.
Mœſtiſsima Coniunx Anna Stachurowicowa P.

OMnibus decretum eſt mori,
Mors nulli parcit honori.
Dat æquam cunctis legem,
Rapit cum paupere Regem.
Omnes ſic tranſibunt,
Ibimus, ibitis, ibunt.
Ego cras, tu poſt cras,
Nec nos iuuabit Hipocras.

Generoſo ac Excellenti viro, CLAVDIO VALERIO SABAVDO,
Illuſtris ac Magnifici olim DD. Ioannis Chriſtophori, Comitis in Tarnow,
Caſtel-

Castellani Woynicen. Doctori Physico, pietate insigni, eruditione ac prudentia solerti prædito. D. Simon Bialaskowic, Illustriss: D. Constantini, Ducis Ostrogiæ Pharmacopola, Cliens Patrono, filius Parenti exoptato, gratitudinis, & amoris perpetui, ergò posuit. Exegit Annos LI. die 9. April. Lublini febre acri correptus, obdormiuit in Domino, Anno Domini, 1576.

D. O. M.

Nobilis Dominus MELCHIOR CZWIKLINSKI, Reipublicæ Tarnouien. Consul vigilantissimus, maximus fidei Catholicæ cultor, quidquid terreni habuit, sub hoc marmore reliquit. Ioannes Czwiklinski, Artium & Philosophiæ Baccalaureus, eiusdem Scholæ Rector, filius mœstissimus, Parenti desideratissimo, hoc monumentum erigi curauit. Annum agens 43, obdormiuit in Christo, IV. Calend: Nouemb. Anno Domini, 1605.

D. O. M.

Spectabilis STANISLAVS ZIEMBA, Ciuis Tarnouień. ac auctoritate Apostolica Notarius Publicus obseruań. & omni virtutum genere clarus, adhuc superstes, vnà cum Catharina Passerowna, Coniuge sua legitima, hoc monumentum sibi erigi curauit. Anno Domini, 1622. die 8. Martij.

VIATOR,

Mortalitatis domicilium aspice, heu miserum mortuum, morituros considera; heu orbatum mortis spolium expende, heu abiectum.

Sic in mundo disces,

Cuncta fuisse, & esse mortalia.

MATTHIAS ZIOBROWIC hic iaceo, non laudis sed precum tuarum appetens, nec enim alto Consulari gradu, nec Sella Iudiciali in vita susceptis felicitatem meam metior. Virtutes, si quæ fuêre, preco laudis meæ sunto, quas à te Deus acceptas tibi consecro. Vobis Amicis, si noti estis, testatum amorem confirmo; si ignoti, quem viuus non potui, mortuus offero, postera sæcula, charam Coniugem, Reginam Smokowicowam, pignoraque ex ea suscepta noscant, beneuolè foueant, mihi æternùm Christo viuere sat est. Vale, dies quo fatis concessi, Mense Octob. Anno Domini, 1600.

Ad Lectorem.

CVm parat aduentum Gallus prædicere Solis
Alis se primum, concutit ipse suis.
Ac demum resonam die fundit in aëra vocem,
Vtque homines vigilent, admonet ipse vigil.
Sic MARCINOVIVS Diuini sator ERASMVS,
Dogmatis æternam dum canit ore diem;
Tarnouiosque docet stygias vitare tenebras,
Alis concussus concidit ipse suis.
Hæcq; suos tumulo cineres deuouit, vbi illi
Æternam Lector, quæso, precare diem.

Obijt Anno Domini, 1591. die 16. Augusti.

VISNICENSIA.

In Porta Templi PP. Carmelitarum Discalceatorum.

STANISLAVS
Comes in Wisnicz
LVBOMIRSKI,
Terrarum Russiæ Palatinus.
Sendomirien: Scepusien: Zatorien. Bialocerk: Gry-
bowien: Dobczycen.
CAPITANEVS.
Templum IESV Christo Saluatori,
Patriæ amore,
Contra Osmanum Turcarum Imperatorem,
Ac Dziambet Gereum Chanum Tartarorum
Regni exercitus ad Chocimum Dux.
Publica re feliciter confecta,

COENO-

CŒNOBIVM
Ordini Carmelitarum Diſcalceatorum
Erexit, ornauit, dotauit, & addixit.

In Porta munitionis Monaſterij.

Vt ſacris ædibus atque Cœnobio, à ſe conditis,
inſtructis, dotatis.
Palatinus & Generalis Capitaneus Cracouień.
Honoribus mutatis, pietate immutabilis, ſecuritatem præſtaret,
Muro hoc cinxit, Anno Incarnati Chriſti, M. DC. XL.

D. O. M.

Qui cœlo inſcriptus eſt, terris nomen non debet.
Qui tamen nominis ſui gloriam terris ante reliquit, cœlo æquauit.
Hic STANISLAVS LVBOMIRSKI, Palatinus Cracouien.
Nac anguſta Vrna tegitur, niſi ipſe auguſtam feciſſet.
Cuius ſemper toga tegi, protegi ſago, Patria aſſueuerat,
Pro qua in bellis perpetuo miles aut ductor
Proprijs impendijs ſtipendia omnia fecit,
Niſi quod nunc omnia ſuperauit.
Cùm ad Chocimum Duce veterano extincto,
Vnicus exercitui regendo, Patriæ tuendæ.
Principe ipſo & Regis filio cedente, ſucceſſor electus,
Ottomanicæ potentiæ vires, ſtupente Orbe vniuerſo,
Suſtinuit, domuit, repulit, aut ad pacis leges compulit,
Mox Ruſsiæ, dein Palatinus Cracouien.
Semper honoribus maior, virtute & æſtimatione fuit.
Dignus, cui Caſtellanatus Cracouień. faſtigium
Et Supremi in Regno Præfecturæ exercituum faſces
Se inclinarent, ipſo immoto,
Nec mirum, cùm & Principis titulum dignitatemque
A duobus Ferdinandis, Auguſtis, vltrò oblatam miſſamque
Non oſtentatione, non ambitione indueret,
Sed veluti pignus Imperatorij de ſe iudicij
In poſterorum admiratione aut modeſtiæ ſcrinio depoſuit,
Scilicet iam tunc æternitati intentus momentanea ſeponens.
Cœlo ſe, religione, pietate, & munificentia erga diuinum
cultum præparabat.

Quem vicenis ædibus sacris passim extructis, adornatis, dotatis.
Postquam feliciter propagauit,
Non tam mortem obijt, quàm ad immortalitatem migrauit,
Die xvij. Mensis Iunij, Anno Christi, M. DC. XLIX.
Ætatis LXVI.

Jn Monte Caluariæ.

D. O. M.
Viator quid prospicis?
Quem hæc designat Imago, scire vis?
Hic ille est, quem loca hæc sancta, à te visitata, Fundatorem suum agnoscunt.
Vir magnus origine, magnus iudicio, atque prudentia,
Magnus gestis suis,
NICOLAVS ZEBRZYDOVIVS,
Vir hic in promouendo Dei cultu,
Propagando bono Patriæ,
Pares paucos, primum neminem se habuit.
Viri huius pietatem testãtur tot sacræ, ac illæ splendidæ ædes, structuræq;, & in pauperes copiosæ largitiones. Hæreticorum ac illorum impiæ Confœderationis acerrimus hic fuit oppugnator & vindex, veritatis verò strenuus propugnator, nullis minis, nullisque vitæ periculis, à dicenda hac perterritus; virtutum ac laudum suarum etiam inimicos præcones habuit: de amore eius in Patriam, pro qua neque corpori, nec sanguini parcebat, nedum vili sumptui, posteritas non conticescet. Nullos ambijt honores, sed vltrò illum prosequebantur.
Generalis primùm Capitaneus Cracouien.
Breui Palatinus Lublinen.
Tum Dux militiæ S. R. Maiestatis,
Breui Supremus Marschalcus,
Adextremum Palatinus Cracouiensis.
(Nil minùs quàm id cogitans, nedum affectans) pronunciatur.
Obijt Anno Domini, 1620. vixit annos 67. atque in Metropoli Poloniæ nempe Crac. (in qua per 40. & amplius annos, tam Sancto illius loci singulari Patrono, Stanislao, obsequia ac singularem deuotionem, quàm etiam S. R. M. Stephano piæ memoriæ primùm, demum Sigismundo III. Dei Gratia Regi Poloniæ, huc vsque feliciter nobis regnanti fidem, dexteritatem,

tatem, ac operam ſuam maximè in oppugnata vrbe Crac. à competitoribus S. R. M. Maximiliano nimirum Auſtriæ Archiduce, teſtificatus eſt) quod mortale habuit, corpus ſcilicet, deponi iuſsit. Hoc in loco vero animum ſuum, & opera hæc, quæ illum comitabuntur, reliquit. Tu pie Viator, qui affectu duceris, in loca hæc ſancta, à Deo in cultum ſuum, ac in memoriam ſempiternam viarum, recuperatæ ſalutis, electa, authorem illarum ſanctis ſuſpirijs, ac pijs precibus, ad Deum in vnitate Trinum, & eius Matrem Virginem glorioſam adiuua.

Mutuabis, non donabis.

D. O. M.

Generoſus SEVERINVS PASCHOWSKI de Brzezie, & antiqua Proſapia Lanckoronſciorum, vir pietate in Deum, humilitate, modeſtia in omnes, animo & virtute præſtans, vno elapſoanno, poſt ſuſceptam ſibi in matrimonium Generoſi Nicolai de Brzezie Ruſocki filiam, in ipſo ætatis flore eadem Coniuge, cum Parentibus ſuis, mœſtiſsimo orbitatis luctu repleta, extremum vitæ diem confecit, ætatis verò ſuæ XXXII. Cuius mortalitatis exuuias, Magnificus D. Nicolaus Ruſocki, hic reponi voluit, die 28. Martij.

D. O. M.

Mirare & obſtupeſce

Homo mortis pabulum,

Vt moriatur viuit, vt viuat moritur.

IACOBVS NICOLAVS de Leſczyn BYLINA,

Petri Hieroſolymorum Equitis Aurati Filius.

Non ſolùm in bellicis rebus ſtrenuus & fortis fuit, verùm etiam in pauperes liberalis, & in Religioſos maximè munificentiſsimus extitit.

Cui

Tu Beneuole Lector, apprecare felicitatem æternam, inquiens: *Requiem æternam dona ei Domine, & lux perpetua luceat ei.*

Obijt Anno Domini, 1625. ætatis ſuæ 36.

Cum ſummo mœrore omnium.

D. O. M.

Viator ſiſte gradum.

Illuſtris

Illustris ac Generosus Dominus
NICOLAVS à Brzoza BRZESKI,
Ex auita Iastrzebciorum Familia oriundus,
Hic humatus quiescit.
Quem
Generis Nobilitas, Natalium splendor, Fidei Catholicæ firma & non interrupta professio, abundè exornauerunt.
Fuit Vir
Erga Consanguineos, Amicos, vicinos, multum officiosus, in pauperes satis liberalis, Patriæ ac Reipub. in multis ac diuersis negotijs, cum alijs Conciuibus, & contribulibus suis seruiuit, modo vita functus, nihil solùm post mortem retinet, nisi hoc, quod sibi propria virtute parauit. Vixit annos 30. mortuus 22. Iunij, Anno à Christo, 1647.
Cui mœstissima Coniunx Izabella Ligęzina, de Armis Pulkozic, hoc monumentum cum lachrymis posuit.
Viator, mortuo perpetuam apprecare vitam,
Dicens:
Pie IESV Domine, dona ei requiem sempiternam.

D O. M.

Generosæ Dominæ ZOPHIÆ de Trzebnica RACIBOROWSKA, Matronæ rari exempli, quam ad opem, pietatem, modestiam, aliasque virtutes adeò formauit natura, perfecit verò educatio, vt viuentem suspicerent, mortuam deplorarent vniuersi, maximè tamen Gnosus D. Martinus Raciborowski, Tribunus Oswiecimensis, vnà cum dilectissima prole, dolet ac luget. Huic lugubrem Sarcophagum, ritu maritalis obseruantiæ, posuit cum magno mœrore, Anno Domini, 1649. Die 22. Martij.

HIC
MORTVVS
Æui mortales exuuias
Deposuit
HEROS,
In Sago & Toga
Virtute, Senio, Sanguine, Gloria, magnus,

Et ipso

Et ipso animo maior,
IOANNES à ZEBRZYDOWICE
ZEBRZYDOWSKI,
Ensifer Regni.
Qui
Pro Religione, pro Republica insuperabilis.
Vixit Annos LX.
In cœlum triumphaturus migrauit.
Anno Domini, M. DC XL. Octauo Idus Septemb.

VIATOR,
Cœli cum Terra
Licitationem vide
Magnos Magni FRANCISCI à ZEBRZYDOVICE,
Castell: Lublinen. Neocorcineń. Szeresouień. Capitanei,
Cineres hic habes, ibi animam.
Nec inuideas
Nouum Stallum antiquioris pertæso Senatori placuit, ibi certa æternitas, hic displicuit vacua & fluxa mortalitas; Vladislao IV. in Senatum accitus, Ioanne Casimiro Regibus eidem renunciauit, egit fortiter & gloriosè bellum Turcicum cum Abasi Bassa ad Camenecum, stipatus proprijs ijsque lectissimis Centurijs vindicauit ferro, igneque ad Zborouiam Zaporouiensem Græcam fidem tandem fudit, fugauitq; accitam in caput Patriæ Barbariem, Dux in illam suæ partis Regni.
Vis vltra?
Reges, Senatus, Principes, Iudicia, atque Ecclesiæ, Cœnobia, Hospitalia, Amici loquentur, probabunt, plorabunt, commendabunt. Tu fac vltimum, si cupis idem in vltimis, & disce causam mortis eius, & rationem Patriæ, vitam & gloriam,
Vale.
Vixit pro hac, & cum hac annos 35.
Obijt die 2. Septembris Anno Domini, 1650.

TINECIÆ.

TEM-

TEMPLVM HOC REGII COENOBII.

D. O. M.

Sanctissimæ Virgini Matri,

Et Principibus Apostolorum

Sacrum.

Dirutis vetustate corrupti ædificij parietibus,
Noua forma, nouo tholo, noua porticu, nouisque turribus,
Et Sacellis ad latera adiectis,
Ac erecto frontispicio,
STANISLAVS ŁVBINSKI,
ABBAS TINECENSIS,
Struxit, ornauit, longèque augustius reddidit.
Anno Domini, 1622.
Sigismundo III. Poloniæ & Sueciæ Regi
Vita & Imperium,
Regiæque eius soboli felicitas.
Patriæ charissima pax, tranquillitas, & concordia.

NIEPOLOMICIIS.

Generosus Dominus MARTINVS CZVRYŁO de Wygnanowice, Venator Terræ Cracouiensis, & Capitaneus Niepołomicensis, filio suo primogenito Ioanni, poni curauit, qui natus, obijt 26. Ianuarij, Anno Domini, 1560.
Vixit horis tribus.

Deus meus & omnia.

Dilexi Domine decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ.

Magnifico Domino GREGORIO à Ruscza BRANICKI, olim Venatori & Burgrabio Cracouiensi, Capitaneo Niepolomicensi, viro integerrimo, de Regibus suis, & Repub. benè merito, Religionis Catholicæ amantis-

amantiſsimo. Amicis fideliſsimo, omnibus affabili & benigno. Ioannes à Ruſcza Branicki, Venator Cracouien. Capitaneo Niepolomicenſi, mœſtus filius, Parenti chariſsimo poſuit. Obijt 9. Maij, Anno Domini, 1595. Ætatis ſuæ 61.

Magnificæ Dominæ CATHARINÆ, Magnifici olim Domini Auguſtini Kotficz, D. Sigiſmundi I. Poloniæ Regis Stabuli Præfecti, Vexilliferiſque Curiæ, & Burgrabij Cracouien. filiæ, Matronæ lectiſsimæ, quæ cum pudore, & morum mira elegantia, Mariti ſummum amorem, virtute & modeſtia omnium beneuolentiam meruiſſet, acerbiſsima morte ab oculis erepta eſt. Idem filius Matri amantiſsimæ, cum lachrymis poſuit. Obijt die 8. Octob. Anno Domini, 1588. ætatis 38.

ÆTERNITATI, Et Illuſtri Memoriæ.

IOANNES BRANICKI à Ruſcza, Caſtellanus Biecenſis, Niepolomicen. Krzeczouien. que Capitaneus, &c. Deo, Regi, & Patriæ deuotiſſimus fuit, & qui vel Senatoris Ciuiſq; optimi, vel viri boni virtutes in illo ſi ſpectes, habuit maximas, Eheu mors acerba, quæ tantum columen cito ſternis, præclarumque decus inuides Reipub. crudeliter eripis Conſorti ſolatium, filijs lumen, Amicis delicias, Religioſis doctiſque Mecænatem: ô certè longiore dignum æuo, ſed nihil proficis atrox Parca, viuit enim ille ac æternum viuet, cui Deus ipſe, ac virtus maxima, vitam in illo verè æternæ immortalitatis ſæculo pepererunt. Obijt Anno Domini, M. DC. XII. Maij xiij. ætatis XLIV.

Supra Portam Capellæ S. Caroli.

STANISLAVS Comes in Wiſnicz LVBOMIRSKI, Palatinus & Generalis Cracouien. Scepuſien. Białocerkieu. Zatorien. Niepołomicen, &c. Capitaneus, Capellam hanc, S. Carolo Borthomæo, ſuo Tutelari Patrono, poſt recepta Sancti huius meritis tot beneficia, dicatam ex fundamentis erexit, dotauit, exornauit. Anno Domini, 1640.

STANIONTECENSIA.

Anno Reparatæ Salutis, M. CC.

CLEMENS de Klimuntow, Comes de Ruscza, Gente & Armis Griffonum, Castellanus Cracouien. & Reclawa Coniuges, Templum hoc Deo dicatarum, sub instituto S. Benedicti, Virginum, à fundamentis erectum, patrimonij sui latifundijs dotarunt, & in locum filioli (cui pro omine fuit nomen *Doiutrek*) filiam Vissoneam, primam huius loci Abbatissam, vnà cum omnibus eiusdem Ordinis Virginibus, nunquam intermoritura serie succedentibus hæredem reliquerunt, mortalibus exuuijs insuper hic quoque depositis.

Generosis ac Nobilibus, ZOPHIÆ KRETOWSKA, Coniugi Generosi & Nobilis Stanislai Borownicki de Faliboze, & Zophiæ Kochcicka de Kochcice, ex Silesia præclarissima Prosapia genitæ, Generosi & Nobilis Georgij Kochcicki, Liberi Baronis filiæ, qui Serenissimæ Domui Austriacæ, & pacis, & belli tempore fidelissimus fuit, ab eademq; Serenissima, Domo Austriaca, prout Maiores ipsius, ita & ille honoribus magnis exornatus est. Coniugi verò Generosi Zbignei Bobrownicki, Serenissimi, Potentissimi, & Inuictissimi Sigismundi III. Regis Poloniæ & Sueciæ Secretarij, qui vno eodemque monumento, amantissimæ Matri pietatem, charissimæque Coniugi amorem perpetuum contestando, mœstissimus posuit, Die xx. Septemb. Anno Domini, M. DC. XXV.

D. O. M.

Generosæ Dominæ ANNÆ DOMANIOWSKA, Generosus Dñus Ioannes Powesski, Capitaneus Staniątecensis, Coniugi suæ charissimæ, posuit hoc monumentum. Obijt Anno Domini, M. DC. XXVIII. die xx. Ianuarij, ætatis XXXV.

BIECENSIA.

D. O. M.

Magnifico Domino,

D. NICOLAO LIGĘZA de BOBREK,

Castellano Vislicien. Biecensi Capitaneo, viro Gentis Kozlorogorum, fama, diuitijs, Nobilitate longè primo, per nomen & clientelas claro, quinque Diuis Poloniæ Regibus, ob fidem & industriam vehementer dilecto, difficillimis Reipub. temporibus, & plurimis Interregnis, singulari magnitudine animi, & constantia cognito, consilijs prouido, in Iudicijs vero, ob

ro, ob easque animi dotes, in supremum Regni consilium euecto, manu strenuo, & impigro, pace & bello conspicuo, alieni non appetenti, sui etsi minimè profuso, opportunè tamen liberalis: auitæ virtutis, vini quidem tota vita abstemio, & non nisi viro moderato, sed in hospites & Amicos hospitalitate affluenti, & ob hospitalitatem omnibus charo, robusto, præterea & viuaci: & qui vltra vulgus morientium vitam ad 70. reduxisset, obitâ etiam morte, istud æui felix triste, quamuis desiderium filio mæstissimo, & in se pientissimo, Castellano Cechouiensi, virtutum suarum reliquisset, in quem affectus filialis, hoc memoriæ sempiternæ monumentum affigi curauit. Anno D. 1603. die 2. Maij.

D. O. M.

Ac Piis Manibus,
Generosi Domini,
D. IOANNIS à Wielopole WIELOPOLSKI.
CVIVS
Nescia in angusto latere virtus,
Gentilitio Stemmati innixa.
Ad instar cuiusdam equi, cancellis priuatorum negotiorum perfractis, ampliùs & ampliùs pro Fide & Patria, in latissimum
quam poterat sese erexerat campum.
Eumque
Propriæ salutis prodigum
Fecerat.
Grandem hunc Aquila Polona & ampliùs
Vidisset pullum.
Quippe hoc de illo
Stemmatis sui insigne ornamentum,
In puero adhuc non puerilis morum grauitas,
In corpore robustiore iudicij maturitas,
In ætate virili pro Patria viriliter gesta
Loquebantur.
Sed heu inuisam mortem!
Quæ
Mœstis filiabus acerbam erepti solatij reliquit memoriam.

Inuidebat Amicis, imò Sarmatiæ, illum tanti viri ſplendorem, eumque magno ſuis Amicis boniſque omnibus quos amabat & fouebat, relicto deſiderio
Ad meliorem ſuſtulit vitam, Anno Domini, 1640.

D. O. M.

Nobili ANDREÆ IEMIELNICKI de Iemielnik, viro generis ſplendore inſigni, pietatis & Religionis Chriſtianæ cultori & defenſori, in egentes benefico, concordiæ ſtudioſo, in omnes benè merito, qui poſt conſumptos iuueniles in domo Mineruæ annos, debitumque amantiſsimæ Patriæ ſub Chocim, ac in Pruſsia, & partibus Moſchouiticis, cum Sereniſsimis Sigiſmundo III. Vladiſlao IV. Regibus Poloniæ, ſeruitium expeditum, atque Magnorum in Repub. Virorum famulitio benè functus, pacis negotia ſequutus, in Libuſa die 23. Martij, Anno Dñi, 1638. naturæ debitum exſoluit. Dolentes Amici, hoc pietatis & amicitiæ erexerunt monumentũ.
Qui legis, dic: Requieſcat in pace.

IESV DEO SACRVM,
Et virtuti ac memoriæ.

Generoſus PETRVS CIEKLINSKI de Cieklin, Pocillator Terræ Cracouienſis, Secretarius Regius, vir integritatis, conſtantiæ, iudicij rariſsimi, in Repub. verſatiſsimus, cuius negotijs, tam bello quàm pace, ſumma cum dexteritate totam vitam impendit; Legationibus, Romana, Suetica, Turcica, perfunctus, ſummis viris acceptiſsimus, in amicitijs perſeuerantiſsimus, omnibus chariſsimus, Muſis addictiſsimus, quas Polonicis verſibus illuſtrauit. Deceſsit Anno Domini, 1604. Maij die 14.
Ætatis ſuæ 46.

D. O. M.

Generoſus ANDREAS MORAWIEC de Myſlow, ex præclara & Illuſtri Familia Ogonczykorum natus, ſingulari ſanctitate, ac pietate Catholicæ religionis in Deum Opt: Max. perſpecto, amore in Patriam recto ſtudio, in Amicos obſeruandi officio, in familiares benè affectus, virtutum ornamentis, modeſtia, temperantia, conſtantia, candore & fortitudine, animi non minus quàm robore corporis præditus, miles egregius, vir in otio & expeditionibus publicis de Repub. ſtrenuè meritus, & inter viros fortes numeratus, ætatis ſuæ 40. die 14. Iunij, Anno Chriſti, 1616. vnà cum Generoſa Regina de Koritno, Coniuge ſua, magno mœrore ſuorum, vitam cum morte commutauit. Cui frater mœſtiſsimus, Generoſus Martinus Morawiec, Capit: & Iudex Caſtren: Leop. in eum amorem fraternalem, conteſtatus monumentum hoc, FF.

Vt haſtam

Vt haſtam, quam eminus aſpicis, NICODIMO de Bobrowniki, Staniſlai M. D. Lithuaniæ, Strabuli Præfecti filio, Victorinus frater, & inuictus Sarmaticus Mars, bina pignora dedere, heu vtrumque datorem Mars in haſta aſtum ſcilicet per amorem tulit, inuidiam Lubomirſcijs & Chodkieuicijs in arenis, hoc ipſo milite, maior inuidia, in præmium acutam, ſacrilegis Beſkiedum manibus impreſsit mortem, frater lapidem, tu ſi bonus, pium imprime Vale.

Rñdus D ERASMVS WOLSKI, Artium & Medicinæ Doctor, Præpoſitus ac Officialis Biecen. Sacelli huius Benefactor ſingularis, hic extremum Iudicij diem expectat. Ab Anno Partus Virginei, 1553.

Optimæ ſpei, ac eximiæ indolis iuuenis,
IACOBI PINDEROWIC,
Scholæ Biecenſis Studioſus.

COncipe nunc lachrymas triſtes Muſæa iuuentus,
Et planctus mœſtos nunc reſonare iuuat.
En Pinderowic ſenos vix contigit annos,
Excipit horrendæ ſpicula dira necis.
Qui fuerat veſtri ſociuſque comeſque laboris,
Vnica ſpes Patriæ, Caſtalidumque decus.
Cui virtus animi, pietas, facundia, mores,
Mira fuit comitas, ingeniumq; ſagax.
Qui dedit occulti miranda potentia fati,
Ante annos animum dexteritate canum
Nondum prima genas ſparſit lanugo, ſed altum
Pectore ſub tenero condidit ingenium.
Ante aras myſtæ cœleſtia dona ferenti
Reddidit obſequium, vota, preceſque Deo.
Heroum quiſquis ſucceſſit mœnibus Hoſpes,
Huic tener eloquio dulce ferebat Aue.
Ceu Roſa virtutum pulchros ſpirabat odores.
Excellens cunctis floſculus ille tener.
At modo quam pallet gelidis heu elatus auſtris,
Proſtratuſque iacet, falce reſectus humi.
Atropos inſultas, ergo hunc perijſſe putabis,
Falleris hic hortis, nam ſatus æthereis.
Aſtricolumq; choros inter diffundit odores,
Et fuit orbigenis gratus, & aſtrigenis.
Sors ea lata minus luctu te ſolue iuuentus,
Non cadit vt pereat flos hic, at vt vigeat.

Specta-

Spectabilis IOANNES IANVSCHOWIC Opatouius, Artium & Philosophiæ Baccalaureus, Ciuis, Notarius ac Consul Biecensis, memor mortalitatis suæ, agens annum ætatis suæ 37. hoc monumentum posuit.

Epitaphium egregij ac pij Iuuenis STANISLAI a Stęzyca M. D. Spitconis Iordan, Cracouiensis Succamerarij.

Hic situs est Staniſlaus, raptus ſub flore iuuentæ,
Stenzica Patrio natus in vrbe ſolo.
Qui virtute grauis, vita præcelluit omni,
Atque fuit veræ Religionis amans.
Cùm morituras erat, Chriſtum lachrymante rogabat,
Voce ſibi miſero mitis vt eſſe velit.
Ac poſt hæc fluidæ triſtiſſima tempora vitæ,
Lucis inextinctæ gaudia vera daret.

Nobili ac integerrimo viro, D. PAVLO SLIWOWSKI, Ciui ac Consuli Biecen. & Feliciæ Coniugi suæ fidissimæ, Parentibus desideratissimis, religione in Deum, fide ac pietate in Patriam, sinceritate in omnes domi foriſque clarus, (quorum alter Anno Domini, 1563 altera 1562. in Domino obdormiuit.) Matthæus & Paulus filij, & officij, & pietatis non immemores, PP.

EPITAPHIVM

Venerabilis Domini ALEXII GLAMBOVII, Altariſtæ & Vicarij Biecen. quem Deus ex hac misera vita euocauit, die 21. Maij nocte insequenti, Anno D. 1560.

Hic iacet in parua Glambouius Alexius vrna,
Expectans ſummi regna beata DEI.
Cùm veniet Chriſtus, reprobumq; iudicet Orbem,
Vt ſua mortales præmia digna ferant.
Ac rogat, & viuens ſtudio vigilante rogabat,
Eſſet vt ætherei pars quotacunque chori.
Huic optes igitur fauſtiſſima quæque Viator,
Illius vt tandem molliter oſſa cubent.
Et quia conſumunt exanguia corpora vermes,
Vt petat Aſtriferi ſpiritus aſtra Poli.

Siue viuimus, siue morimur, Domini sumus. *Rom: XIV.*

IN TEM-

IN TEMPLO RYGLICENSI.

D. O. M.

Generoso Domino STANISLAO ŁYCZKO de Ryglice, qui exteris regionibus lustratis, domum reuersus, erga Rempub. dignitate sua benè meritus semper extitit, Viro integerrimo, pietate in Deum, amore in Patriam, beneuolentia in Amicos, atque liberalitate conspicuo, omnibus charo, nemini molesto: in ipso vitæ & gloriæ cursu immatura morte extincto, Amici mœstissimi, cum lachrymis & dolore posuerunt. Obijt Anno Dñi, 1610. die 20. Ianua. ætatis suæ 43.

VNI TRINOQVE DEO.

Viator,

Si Amicus es, defle: si Hospes, perlege.

Generosus Dominus STANISLAVS PAWŁOWSKI de Sobowice, Notarius Castrensis Biecen. qui maiorem gloriam, singulari in Deum religione, in Patriam pietate, vitæ & morum integritate

Illustrauit.

Strenuus miles in armis, prudens in pace consiliarius fuit.

Omnibus charus, nemini vnquam molestus.

Vixit

Diuturnæ Posteritati.

Constantis amicitiæ perpetuæ, cum vicinis concordiæ, admirandæ in omnes beneuolentiæ imitandum exemplar reliquit.

Heu tantum lumen præmatura mors

Extinxit.

Defle extinctum Viator, & piæ vmbræ æternam lucem apprecare.

Migrauit Anno à Partu Virginis, 1640. Mens: Decemb. 29. ætatis 45. positus 7. Feb. Anno sequenti, mœstissima Coniunx, hoc amoris & memoriæ monumentum erexit.

D. O. M.

Generosus SAMVEL KIELANOWSKI, de Burzyn & Kielanowice, vltimus Familiæ suæ hæres, comes omnium virtutum,

tum, & Religionis Catholicæ, qui annos 65. sine cuiusuis molestia, & iniuria, cum summa laude, famaque intacta, vitam duxit. In ijsdemque eandem, die 9. Feb. Anno Domini, 1639. finiuit. Sub his insignibus, per mœstam filiam, Consortem Generosi Stanislai Pawłowski, Notarij Castrensis Biecen. affixis requiescit.

Cuius animæ Deus sit propitius.

SENDOMIRIENSIA.

IN ECCLESIA S. PETRI.

D. O. M.

Virum grauem, candoris Sacerdotalis amantissimum, verbo, actuque NICOLAVM, continet hoc Cenotaphium.

Illum, inquam, NICOLAVM OBŁAMKOWICZ Pinczouiensem,

QVI

Vbi per annos triginta & septem, peruigilis in hac Ecclesia absoluisset Vicarij munus, & pro Sacrificijs fundationem instituisset, ac ad maiorem Numinis Diuini propagandum cultum, & iuuentutis Polonæ profectum, vnà cum fratre, Canonico & Officiali Kielcensi, Cracouiæ Cursum erexisset Theologicum, animamque bonis operibus fœcundam Deo reddidisset, hic expectans spem resurrectionis, & aduentum Magni Dei, propè Septuagenarius, Anno Domini, 1652. die 15. Feb. mortales deposuit exuuias.

Viator Christiane,
Tam pio, tam liberali, tam vigilanti, tam prudenti,
Dic æternam salutem Viro.

STANISLAO KONFIDROWIC,
Consuli Sendomiriensi,
Ciui meritissimo.

Cui, peregrinationem Romanam iam finienti, mors Cracouiæ occurrit, ibidemque heu vltra suam voluntatem, ad ædem S. Bernardi sepeliri fecit. Amici grati in se eius obseruantiæ, suæ voluntatis ignari, cùm corpori non possent, animæ consuluêre de bonis eius, in hoc Templo ad altare S. Michaëlis, à se quondam reseruato, vbi etiam humari voluit, sedinfelix,

lix, optatum ſuum non meruit, Miſſam ſingulis Hebdomadis fundari in perpetuum curauit, breuiſque ipſi ſubſecuturi, hocce pietatis poſuit. Anno Chriſti, 1623.

MORTALES

Memores veſtræ ſortis, peregrinantem in ignotam regionem, ſaltem aliquo iuuate ſuſpirio. Qua menſura enim menſi fueritis, eadem remetietur vobis.

Scio quòd Redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terra reſurgam, & in carne mea videbo Deum Saluatorem meum, & de factis meis reddam rationem.

Illuſtriſſimo Domino, D. HIERONYMO à Lezenice GOSTOMSKI, Palatino Poſnanienſi, Capitaneo Sandomirienſi, Senatori grauiſſimo, militi fortiſſimo: in egenos Benefactori munificentiſſimo, Collegium Sandomirienſe Societatis Ieſu, hoc pietatis ſuæ in Parentem, gratitudinis in Fundatorem, æternum poſuit monumentum. Anno Reſtitutæ Salutis, 1636.

D. O. M.

Hoſpes aſta, & cum meis miſce tuas lachrymas.

ALEXIVS DALKOWIC, Conſul Sandomirienſis, infelix Pater, tot acerba meorum funera vidi. Primùm Heduigem optimè moratam, & amantiſsimam Coniugem, 6. Aprilis, Anno præſenti, acerbo fato domo abſens amiſi, nec oculos præſsi, nec ſupremum vale dixi, cum qua 18. annos, Menſes 4. ſine iurgio & querela vixi. Deinde ex liberis nouem, quos ex ea ſuſceperam, quinque fato abſumpti, breuem lætitiam æterno luctu, & ſqualore compenſant. Superſtes erat Matri filia Catharina virgo, ob pudicitiam, pietatem, mores optimos, æquè omnibus cara, ſed citò ſpem Patris & ſolatia rapuit fatum, florentiſsima ætate. Annos nata 16. Obijt 16. Iulij, Anno Domini, 1618. & hæc moribunda lachrymas Patris non vidit, ita continuis funeribus, infelix Parens, abiectus in ſqualore iaceo.

O Mors, quàm te nulla capit miſeratio noſtri!

Monumentum hoc Doloris & Amoris, mœſtiſsimus Coniunx, optimè merenti Vxori, & Pater cariſsimis Liberis, profuſiſsimis cum lachrymis poſuit, Anno Domini, 1618.

D. O. M.

Admodum Rũdus Dominus NICOLAVS LEOPOLDOWICZ, Doctor ante Medicus, posthac Canonicus, Officialis, & Parochus Sandomirienſis, ob eximias animi dotes, iucundam morum comitatem, vitam per omnes partes ſumma ſanctitate actam, ob Collegium Clericorum, in Eccleſiæ vtilitatem, ſub cura Patrum Societatis IESV, proprio ære conditum ac dotatum. Ob Sacellum Deiparæ, aliorumque Diuorum Tutelarium, in quo Miſſæ à duobus alternatim Sacerdotibus, Horariæ item preces, in Honorem B. M. Virginis abſque labe conceptæ, à Clericis diebus præfixis abſoluentur, inſtauratum, immortalitatem in terris habiturus niſi mors exuere mortalitatem potuiſſet, hic oſſa & cineres depoſuit. Obijt Anno Chriſti, 1639. 13. Septemb. ætatis ſuæ 65. Virgo Felicitas ſoror ſuperſtes, fratri ſuo deſideratiſsimo, ſub eodem ſaxo quietura, cum lachrymis poſuit, Anno D. M DC. XLIII. Maij xv.

D. O. M.
Piiſque Manibus.

Nobilis ac Generoſus olim D. ANDREAS ZBOR, Terræ Siradienſis Zborowski Ioannis filij, olim Iacobi Bonorum Patriciorum, Anno 1579. Reſignatoris Nepotis Hunc auita Maiorum ſtirps, ex Illuſtri Genere, ſplendoris virtus Comes, qua parem Generi pietate, in Deum Religionis, in Patriam meritorum, in Amicos obſeruantiæ, amore omnium & fauore cumulatum fecit præmijs. Adoleſcentiam literis, iuuentutem legibus exercuit, & virilem arte Marteque valens, conſilijs, impenſis, de omnibus emeritus, Centuriarum, Patriæ obſequijs, Imperio, Regibuſque Chriſtianis, Ferdinando II. Vladiſlao IV. Ioanni Caſimiro, Ducibuſque belli exhibuit, & habuit Bellatorem, ſed inuidia maleuolorum lauros inuidit, Anno Domini, 1650. die Menſis 4. Feb. Anno ætatis ipſius 57. Pro honore Domus, veritate ac iuſtitia certantem ex inſidijs, modo plus quàm hoſtili proſtratum, his gloriæ Trophæis digniſsimum, exuuias cœleſtibus importans depoſuit. Mœſtiſsima Coniunx, Generoſa Vrſula de Piaski, ſuo, & minorennum nomine fieri curauit.

IN ECCLESIA B. MARIÆ VIRGINIS.

Generoſo NICOLAO ORLOWSKI, viro militari, ſtrenuo, de Repubq̃. benè merito, Ioannes Comes in Tarnow, Caſtell: Crac. ex pietate poſuit, Anno Domini, 1549.

Reuerendus D. MATTHIAS BECH, Præpoſitus Sandomirienſis,

rienſis, Caſimirienſiſque, Venerabili Domino Gregorio à Koſcielec Præbendæ Turbia, Eccleſiæ Collegiatæ Sandomirien. Vicario, viro bono & pio, Artiumque honeſtarum ſtudioſorum fautori, atque promotori benigno, ac de alijs multis benè merito, tum & in curandis morbis infirmorum, felici expertoque Patrono, ac Benefactori ſuo, iuxta hanc Columnam condito, monumentum hoc poſuit, qui M. D. LXXI. Salutis noſtræ anno, vitam cum morte commutauit in Domino.

Oretur pro illo.

D. O. M.

Spectator lege,

Et funeri cumulato illachryma.

IOANNIS KRAYKOWSKI, Canonici Płocenſis, Præpoſiti Viſlicenſis, vtriuſque Philoſophiæ præclarè docti, elegantia Romani eloquij, vel Tullij æmulatoris, multorum victoris, Epiſcopi Cracouienſis, Secretarij & Familiaris, corpore tympanidis proſtrato tubere, hoc conditorio Religio, ſcientia, eruditio ſepulta iacent, Anno Salutis, CIↃIↃC. XXV. ætatis XLIII. IV. Nonas Februarij. Teſtamenti Curatores PP.

D. O. M.

SEBASTIANVS KOKWINSKI, I:V. D. Canonicus & Officialis Sandomirienſis, Protonotarius Apoſtolicus, Parochus Oſiecenſis, qui cùm bonis literis & pietate, pectus ſuum domi imbuiſſet, ac prudentiam diu peregrinando quæſiuiſſet, luſtratis nationibus, ad luſtrandam ſuam mortalitatem conuerſus, Deum & Matrem eius Sanctiſsimam religioſius colere inſtituit. Erga quam hoc humillimi ſui cultus (fundationem duorum Concionatorum Canonicorum perpetuam, cum conſenſu Venerabilis Capituli,& Illuſtriſsimi Loci Ordinarij confirmatione) tenuiſsimum pignus, in hac Eccleſia extare voluit, nunc autem Fatum ſuum expectans, hoc monumentum mortalitatis ſuæ, quaſi ſpeculum, viuens ipſe ſibi poſuit, die 20. Auguſti, Anno Domini, M. DC. XLII.

Inſigni probitate, ac raræ virtutis viro, Domino STANISLAO CHROBERSKI, Regni Poloniæ Supremo Pincernæ, Tribuno Cracouienſi, ac Curiæ Regni Pol. Signifero. Sigiſmundus Tarlo

de Szczekarzowice, D. Sigismundi Poloniæ Regis, ac Regni Poloniæ Secretarius, ob perennem amorem, & pietatem, Amico ac Gentili charissimo, hac vrna concluso, posuit. Anno Domini, M. D. XX.

Venerabilis IOANNES CHECZYNSKI, Canonicus Sandomirien-sis, vir pius & modestus, Iurisque non ignarus. Qui Testudinem muratam Capeliæ istius construxit, & in eadem, super Maius Altare, imaginem nouam sumptuosè & decenter erexit, ac picturis muros exornauit, vineam denique suis impensis emptam, DD. Mansionariitis Sandomirien. certa conditione donauit, Anno Domini, M. DC. XIII. die verò xxiij. Decemb. diem suum obijt. Oretur pro illo.

Ex Ecclesia Ordinis Prædicatorum, dicata S. Mariæ Magdalenæ.

Mors Christi Resurrectio nostra.

SERVATIVS NIEBELECZKI, Ciuis & Consul Sandomirien-sis, filio suo charissimo, Martino Niebeleczki, hoc opus (vti Parens charus) construxit, ad perpetuam memoriam, qui obijt in Ciuitate Prussiæ, dicta *Swiecie*, die 5. Mensis Iunij. Anno Domini, 1604.

Epitaphium Honesti Adolescentis PAVLI FRANCKOWICII, qui Anno Domini, 1615. die verò 18. Iunij, obdormiuit in Domino.

QVem prodit viuo facies depicta colore,
Paulus Teutonico sanguine cretus erat.
Hic Frankouicium celsis genus intulit astris,
Terrea dum Patri busta reliquit humo.
Esse suis charum verax testatur imago,
Viuere nobiscum qua ratione potest.
Viuat.

D. O. M.
Et Immortali Nomini.

Generosi

Generosi ac Nobilis
STANISLAI de Kurozwęki PODLESKI.
Quem
NATVRA
Auitæ Poraiorum Stirpis, Nobilissimæ Nobilitatis, antiquissimæ gloriæ incomparabilis, ingenuum ac generosum Ciuem edidit.
DEXTERITAS
In profligandis phalangibus fœdifragis, Liuonicis, Moschouiticis, sub auspicijs Serenissimi ac Potentissimi Sigismundi III. Regis Polonorum ac Suecorum, non infeliciter illustrauit.
Cuius
Viator cineri futuram immortalitatem apprecare,
Abi, memor nouissimorum.
Vixit Annos 80.
Obijt Anno Reparatæ Salutis, 1647. Mense Septemb. die 20.
Mœstissima Coniunx Helizabeth de Tursko Podleska,
Cum Liberis orbatis,
Fieri ad æuiternam memoriam fecit.

D. O. M.
GENER: D. STEPHANVS ALBERTVS
Stankiewiciorum, Clarissima ortus propagine.
Religione, Pietate, Virtute clarior,
Quis & qualis esset,
Probauit Aula omnibus amabilem, Magnatibus gratum, honoribus auctum experta.
Maiora dum sperat, immatura sublatus, non tamen præuentus morte.
Mundo viuere, æternitati victurus desijt.
Mortalitatis puluere, defuncti nomen obrutum ne remaneret,
Virtus, Pietasque Christiana,
Æternum nunquam perituræ famæ, vel sepulto Trophæum erexit.
Qui dum viueret,
Meruit, vt mortuo quisquis Orthodoxus es,
Æternam Requiem preceris.
Vixit annos 37.
Obijt 1648. Mense Februario, die 28.
Oretur pro eo. D.O.M.

D. O. M.

Honor & Gloria.

Generoſo SAMVELI BOGORIÆ de Skotniki, ad perpetuam memoriam, per Generoſam Heduigem de Bobiatim, hoc vltimum Coniugalis amoris præſtitum ſignum, viro ex vetuſtiſsima & clariſsima Bogoriorum Familia oriundo, infelici quidem fato ſurrepto, at bona & Chriſtiana morte præuento, Anno ætatis ſuæ 46. Reparatæ Salutis, 1644. Maij 10. Hac ſancta in æde, ille, quem Oſmani impetus, & Pruthenica bella, meliori ſeruarunt fortunæ; vir Patriæ amans, Amicis charus, inimicis formidabilis, vti Chriſtianum verum decuit, Sacroſanctis Sacramentis munitus, conditur, donec veniet iterum, qui eum in lucem reponat.

Venerabilis PETRVS STAROSTKOWIC Sandomir.
Eccleſiæ Coll: Opatovienſis Vice Cuſtos.
Et in eadem Eccleſia benè meritus, hic requieſcit.
Ætatis annorum circiter 35. obijt 6. Auguſti, Anno D. 1620.
Oretur pro eo.

D. O. M.

IACOBI de Piaſki BOBOLA, Pocillatoris Terræ Sandomirien. ſtirpe, ſanguine Nobiliſſimi, pari fide, pietate paucis; Sacello ex quo in æternitatem proceſſurus eſt, extructo pro Nobili Iuuentute, Conuictu fundato in Collegio Sandomirienſi, inter manus & preces Religioſas mortis, cuius vnius in morbo tarditatem, quæſtus eſt, ſpolium facti, hæc immortalis gloriæ vmbra comes. Anno Partæ Salutis, 1636. ætatis 63. obijt 8. Septemb.

D. O. M.

EVA de Popowo BOBOLINA, Pocillatoris Sandomirien. Coniunx, mortalitatis ſuæ exuuias, in æternitatem reſumendas, hic poſuit, quæ genere, ſtirpe Nobilis, virtutibus nobilior, otij hoſtis, laboris patientiſſima, prole ſterilis, benefactis fœcundiſſima, poſt 30. Coniugij annum, mortis violentia, Domina ſubditos, Coniunx Maritum in mœrorem traxit, Anno Partæ Salutis, 1636.
Ætatis 50, obijt 20. Aprilis.

D. O. M.

D. O. M.

HOSPES,

Tumulus quem conſpicis,

IACOBVM de Piaſki BOBOLA,

Pocillatorem Terræ Sandomirien.

Magni Andreæ Bobola, olim Succamerarij Regni, ex Fratre Nepotem contegit.

Qui

Magnus Stirpe, Genere, Nobilitate, Fortuna,

Sed maior fide, religione, meritis, liberalitate.

Extructis non vulgari ſumptu, Templo & Sacello, fundato pro Nobili Iuuentute Conuictu, præeunte ſibi ad mortem Coniuge chariſsima, obijt vir dolorum in Collegio Sandomirienſi, quod vnicè diligebat, & ad quod æger deferri voluit, inter manus & preces religioſas prientiſsimè, Anno poſt vitam hominibus, natam, M.DC. XXXV. Ætat: 63.

Ipſo die Natali Auguſtiſſimæ Cœlorum Reginæ.

Iam, Pijs Manibus benè precatus,

Et te moriturum cogita, qui te noſti eſſe mortalem.

VÆ nimium vobis, miſero qui viuitis orbe,
Tempora vos multo plena dolore manent.
Quantumcunque bona vobis fortuna miniſtret,
Pallida mors veniens, omnibus hoſpes erit.
Poſt miſerum funus, puluis & vmbra ſumus,
Sit tibi terra leuis Coniunx chariſſima, quando
Commendant nomen, vita moreſq; tuum.

Famato Domino Ioanni Pieprzyk, Conſuli Sandomirienſi, mœſtus filius poſuit, 31. Decemb. Anno D. M. D. LXXVI.

IN ECCLESIA S. SPIRITVS.

Beatis Manibus

Nobiliſsimi Generoſi D. ANDREÆ NABOROWSKI de Naborowko, ex Ducatu Maſouiæ, & Tractu Zakrocimenſi, qui à teneris in literis inſtitutus, ætatis florem militiæ conſecrauit, Coſacorum Zaporouienſium annos aliquot, vt & in expeditione Morauica contra Turcas, commilito Illuſtrium

lustrium ac Magnificorum DD. Potociorum, in Valachiam & Moldauiam Comes, denique sub auspicijs diuersorum maximè sub Illustrissimi ac Generosi Magnifici Domini Stanislai Koniecpolski, Castellani exnunc Cracouiensis, Supremi Ducis Exercitus Regni Poloniæ, per quinquennium miles. Bis à Turcis captus, Constantinopoliq́ue recuperatus, explosor bombardarum insignis, incomparabiliſq́ue siluarum Sendomiriensium Reuisor, sub Capitaneatu Illustrissimi ac Magnifici, Generosissimi DD. Stanislai Lubomirski, Comitis in Wisnicz, Palatini Russiæ, &c. è viuis excesit Sendomiriæ, XXIV. Iulij, Anno Domini, M. DC. XXXV. ætatis LIII. hocq́ue in loco sepultus, extremum Iudicij diem expectat.

Samuel ab Otfinów Otfinowski, S. R. M. Secretarius, & linguarum Orientalium Publicus Interpres, fidus inter alios, Testamenti demortui Executor, monimentum hoc posuit.

D. O. M.

Mortali æuo victurum monumentum aspice Viator, Generosum Dominũ LVCAM SZAMOSZOWSKI, Magni Ducatus Lith. Equitem, Hæredem in Gorziczany, hic sepultum demirare, virum armis & pace conspicuum. Quem Generis splendor in Domo Vezorum Nobilem, pietas in Deum, Matremq́ue eius Sanctissimam, nobiliorem, virtus, probitas, candor, humanitas, clementia, effecit nobilissimum. Hic prima pueritiæ suæ rudimenta, in acie Palladis, virilem ætatem sub Stephano Rege Castris Gradiui, vitæ reliquum, in gremio posuit Cereris. Vixit annis 88. Mortuus 12. Octob. Anno 1633.

Disce Lector, quòd longa vita tunc est bona,
cùm est virtutibus plena.

En iacet MARTINVS, Matthiæ Montani filius,
Tractus ad æthera, in ætate tenera.
Penultima Augusti, Anno IESV Christi,
M. D. LXXV.

D. O. M.

Generosus Dominus IACOBVS SKOTNICKI, vir antiquæ Bogoriorum Familiæ splendore clarissimus, veræ Catholicæq́ue fidei cultor zelosissimus, pietate in Deum, amore in Patriam, liberalitate in egenos, humanitate in omnes, nulli secundus, de Repub. optimè meritus, nemini molestus, virtutibus & annis plenus,

nus,quidquid mortalitatis habuit,hoc in loco depoſuit,& ad meliorem vitam annos æternos victurus tranſijt. Anno Domini, M. DC. XXVII. die 6. Martij, ætatis ſuæ 63. Quiſquis aſpicis,precare animæ.

Huic ſine nocte diem, vitam, ſine morte quietam
Cum cœli Ciuibus, det ſine fine Deus.

D. O. M.
Et Immortalitati.

Generoſus Dominus S. BARTOLANVS hic conditus eſt, vir animi magnitudine, temperantia, fide,conſtantia inſignis. Qui à Muſis ad Martem vbi ſe contulit, omnia virtute meruit, ac Zamoſcio Duce, Peditum cohortes bello Valachico, Moldauico,Liuonico, ductauit, tormentis etiam bellicis præfuit, atque idem Legationes in Hiſpaniam, Angliam, Belgium ſuſcepit, non minus domi ſapiens, quàm belli ſtrenuus. Obijt Anno Domini, 1618. ætatis ſuæ 45. Menſe Martio, die 10. cùm vixiſſet, Terram leuem corpori, quietem animæ precatur, quæ monumentum poſuit, mœſtiſsima Coniunx.

Gñoſi D. ALEXANDRI KOMORNICKI de Komorniki
Hic Oſſa cubant.

Hic magnam in iuuentute propagandi nominis per eximias virtutes expectationem fecerat, ſed inuida mors florem hunc maturè creſcentem non ſiuit, & Patriæ militem ſtrenuum, Familiæ ſplendorem,Propinquis decus iucundum, mœſtæ miſeræque Parenti ſolatium eripuit, non tamen amiſſum Viator exiſtima, præmiſſum certò ſequemur, quando? incertum. Vixit annis 37. die 24. Menſe Feb. Anno D. 1616.

D. O. M.
Piis Æterniſque Manibus.
Generoſi Domini
IOANNIS IANISZEWSKI,

Auita ſtirpis Nobilitate clari,

Cuius Pueritiam

Aula Illuſtriſsimi Domini Sigiſmundi Kazanowski, Archi-Camerarij Regni, excoluit.

Adoleſcentiam

Aula Illuſtriſsimi Adami Kazanowski, Curiæ Regni Marſchalci, vſus ad virilem perfecit ætatem.

Ad immortalitatis festinans metam, mortales corporis exuuias, & spem amplioris fortunæ, hic deposuit.
Anno Domini, M. DC. XLVI. 30. April.
Ætatis suæ 30. Anno.
Quisquis es, qui viuo feram cruento vulnere optasti mortem,
Nunc mortuo æternam apprecare vitam.

RADOMIENSIA.

Generosus GEORGIVS KVCZKOWSKI de Wola Woszczynska, Hæres in Kucki & Chronowek, Prouisor Stabuli S. R. M & Generosa Anna de Siczyna Kochanowska, mœstissimi Parentes, Ioanni infanti, charissimo vnico filio suo, posuerunt.
Vixit annos 2. Menses 4. obijt die 1. Septemb.
Anno Domini, 1602.

In hac humanæ vitæ parenthesi, quiescit Generosa ANNA de Kamparow SZOMOWSKA, Generosi Alexandri Szomowski Consors charissima, olim Generosi Stanislai Kampanowski, ex Generosa Zophia de Trzciana, procreata filia, quæ post quartam à primo partu diem, medio tempore noctis, à 20. ad 21. diem Martij, Anni Domini, 1618. inclinantis diuinis Sacramentis Pœnitentiæ, Eucharistiæ & Vnctionis extremæ ritè munita deuotè Catholicèque piam animam præeuntem filiolum suum Stanislaum insequens æterno Præpotenti Numini reddidit, Patronis addictissimis, Beatissima Virgine Matre, Sancta Anna, Sanctoque Francisco, proculdubio adiuuantibus, hic supremum iudicij diem præstolatur.

D. O. M.
Superæ & inferæ Posteritati.
Quæ nouerit, quod vixerit
Generosus D. WSEBORIVS TYMINSKI de Iasieniec;
Antiquissimi Sanguinis Nałęciorum,
Hæres, Nepos, Abnepos, Pronepoſque.
Qui vixit

Notus

Notus Orbi, & ſibi,
Charus Deo, Regibus, Patriæ, ſuis.
Altior omni inuidia, & honore, felix vnico partu.
Quem
Helizabetha de Hlewiſka, vetuſtiſſima Odrowązorum
Gente, Genero maritandum reliquit.
Generoſo Andreæ Korycinſki de Korytno,
Qui mœſtus Parenti optimæ poſuit.
Mortuus Anno poſt Renatum Orbem, M. DC. XVIII.

Ætate ſenili vixerunt,
Requieſcant in pace.
Generoſis ac Nobilibus, MICHAELI de Szomowo, Diſtrictus Lomzenſis, ac Helizabethæ de Luge, Diſtrictus Lucouienſis, Coniugibus, de Armis Lubicz, mœſti filij, pietatis ergò poſuerunt, Anno Domini, 1615.

D. O. M.
Piis Manibus
Magnifici Domini
VALENTINI de Chomentowo CHOMENTOWSKI,
Natalibus, factis, Coniugio, Prole, clari.
Qui foris, ſub Regibus Sigiſmundo Auguſto, in omnibus ferè expeditionibus miles, Stephano Bathoreo ſub Gedano, Wielkoluki, Polocko, nominatiſsimi illius Equitum Tribuni Pękoſlawski, Capit. Sendomirien. Vicarius Sigiſmundo III. bellorum cum Maximiliano Auſtriaco, Valacho, alijſque ſui temporis Patriæ hoſtibus particeps. Domi, omnibus virtutibus nobilem facientibus ornatus, ex antiquiſsima cum Illuſtriſsimis Familijs iuncta Strzeſzkouiorum Familia, accepta Conſorte, tulit copioſam ſobolem & Generoſam. Cuius quot filij, tot ferè Turcicis, Moſchouiticis, Sueticis, Valachicis trophæis, inſignes vſque modo quamuis Coniugijs, & prole Patriæ exhibitis, adhuc ſub armis conſeneſcunt, nam medius dedicata ſtrenuè operibus Martis tota iuuentute, & pariter virilis ætatis, ſe in Chriſti perpetuam militiam, ſub vexillum Seraphici Franciſci, in phalangem Minorum Obſeruantium, vulgò Bernardinorum, tranſtulit. Filiæ autem præcipuis ſui Diſtrictus Familijs elocatæ. Tandem Deo, ſuis omnibusque charus, Eccleſiaſticis Sacramentis præmunitus. Obijt Sexagenarius, circa Annum

ca Annum Domini, 1603. Huic amantiſsima, & mœſtiſsima Coniunx, Magnifica Domina Zophia de Strzeſzkowice Chomentowska, 45. poſt deceſſum piè defuncti anno, cineribus ipſius iam planè conſumptis, in ſignum amoris Coniugalis, nunquam conſumendi paruulos Pronepotes gremio baiulans, & ô dolendam mortalium conditionem, non videns præſenio titulum hunc poſuit, & aram, ipſa iam ferè centeſimum annum agens; ad quam qui acceſſeris, memor rerum humanarum, clementi Deo, animam demortui commenda. Et ſi ſapis, tuam cura.

Poſita ſunt, Anno Domini, 1647.

Nomina hæc Sanctiſsima, iubilum in corde excitantia ſtemmata cœleſtium, Fr. SIMON à Piaſeczno Oppido ad Varſzauam, Zacriſta loci huius Radomien. ceu inſigne ſtemma ſibi adſciuerat, qui regulari obſeruantia clarus, plaga ignis Diuini deceſsit, Anno Domini, 1622. die 12. Nouemb. hora 5. qua primum Sacrum obſeruabat, cui fundamentum Matri huius locum præbuit, vbi feliciter requieſcit. Fr. Staniſlaus à Tarnow, Guardianus primus loci erigi fecit.

Hoſpes adſta, & perlege.

HOc mihi moritura ſepulto Coniunx poſuit ſignum,
Quod tibi repoſita, vbi cubant oſſa, indigitat.
Genus at meum quod ſit auita hæc inſignia docent,
Plura ſi noſſe voles, oculum humi figes.
Iſthic ſubterraneum carcere inhabito, & te
Atque fatalem Angeli tubam expecto.
Vſque dum cœli canat claſſicum, ad quod
Lætus, vt reuiuiſcam, tu ſero precare.

Anno à Pariente Virgine, M. DC. XXXII.

JN KONSKIE.

KONIECZKI buſto iacet hic HIERONYMVS in iſto,
Poſt miſeram vitam gaudia ſumma tenens.
Moribus vt claris nituit hic, ingenioque,
Conſilioque graui, & religione fuit.
Pauperibus ſemper fuerat benignus, faciliſque,
His etenim multam ſæpè ferebat opem.

Illius

Illius in terris igitur ſtet fama perennis,
Æthereis viuat mens ſociata choris.

Obijt Anno Domini, M D. LXIV. die xxviij. April.
Sepultus 15. Maij, ætatis ſuæ Anno LVII.
Ioannes filius, Aulicus Regius, Genitori ſuo dulciſsimo, mœſtiſsimus P.

Generoſus D. HIERONYMVS PRÆCLAI KONIECKI, in Końſkie hæres, pietate, moribus, conſilioque grauis, die xxviij. April. Anno D. M. D. LXIV. è vita ceſſit.

Epitaphium Generoſi Domini
ANDREÆ MODLISZOWSKI
De Kraiow, & ſuæ Clariſſimæ Coniugis Viſulæ,
de Ruſkowice.

CONditur hoc tumulo præſtans cum Coniuge Sponſus,
In celebri ſemper natus vterque Domo.
Ipſe vir oblatos ſibi deſpiciebat honores;
Solius flagrans totus honore Dei.
Chara etiam talem Coniunx imitata Maritum,
Æterni coluit iuſſa verenda Patris.
Quid morer ambo ſuis, & auitis laudibus ambo
Fulſerunt, pura mente, colendo Deum.
Hinc Nemus Ælyſium, fortunatoſq; receſſus,
Et ſuperas habitat Soſpes vterque domos.

Generoſus Dominus Hieronymus Modliſzowski, Succamerarius Terræ Plocenſis, Capitaneus Łomżenſis, Colnen. Parentibus ſuis dulciſs. erexit.

RACOVIENSIA.

Supra Portam Templi.

DEI VNIVS & TRINI
GLORIÆ,
Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli,
Maioris & Minoris Iacobi,
HONORI.

Sacram

Sacram hanc Ædem
Æternum
Proscripta hinc Arriana impietate,
Restitutoque Catholici Romani ritus cultu,
Illustriss: ac Rñdiss. IACOBVS ZADZIK,
Episcopus Cracouien. Dux Seueriæ,
Studio ac opera posthuma Executorum Amicorum,
Erexit.
Anno Salutis, M. DC. XLV.
Precare bene Præsuli tuo, tibique gaude Rakouia,
Quod vbi Filium, & Spiritum S. Patre minorem impiè credebas,
Ibi iam æqualitatem Trinitatis adores.

Supra Portam Cæmiterij.

EFfigiem Christi, cùm transis, semper honora,
Non tamen effigiem, sed quod designat, adora:
Hoc faciens alijs Sanctis, non scrupulum habeto,
Non vetat ille suis, vt honos tribuatur amicis.
Dicens:
Qui vos spernit, me spernit. *Luc: 10.*
Videte ne contemnatis vnum ex minimis meis. *Matth:* 18.
Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum Pater meus. *Ionn:* 12.

D. O. M.
Immortalis Memoriæ Manibus.
IACOBI PROMNICKI,
S. Regiæ M. Secretarij.
Qui
Bono Amicorum Natus,
Augendo illi vel tuendo,
Cùm ætatis partem vnam donasset,
Alteram exagerando cultui Diuino,
Consecrauit.

Quippè

Quippe
Inter cætera pietatis monumenta,
Istud Rakouiense Sacrarium,
Iam SS. Triados Præbendarijs duobus,
Iam SS. Rosarij Archi-Confraternitate vna,
& summa abundare fecit.
Vt
Hic tandem superabundaret gratia,
Vbi quondam Arrianorum abundauerat blasphemia.
Viator
Æternam mortuo apprecare vitam.
QVI
Viuis pro multorum fortunis & vita
Desudauit.
Vixit Annis, Mortuus Anno Mense

In Oppido Iedlinensi.

In Vexillo appenso.

D. O. M.
Perillustri ac Magnifico Domino,
STANISLAO WITOWSKI,
Bochnensi, & Krzeczeuiensi Capitaneo,
Castellano Brzezinensi.
Qui
Agendo non feriando, virtutem perfici ratus,
Iudicio consilioque præstans,
Magnanimus in aggrediendis,
Felix in superandis periculis.
In Moschouia (post biennalem carcerem) Suyscium captiuum duxit.
In Valachia, post mortem Ieremiæ, motus pernicioſos composuit.
In Suecia,

In Vnga-

In Vngaria,
In Turcia, priuatam Legationem; ſimileſque crebro ad Imperatorem Chriſtianum feliciſsimè abſoluit.
Obidque
Sigiſmundo III. valde quàm charus,
Magni Procuratoris Crac. munere diu laudabiliter functus,
Per magna virtuti ſuæ debita præmia retulit.
Vir moribus antiquis,
In rem quiduis, nihil vnquam in ſpeciem faciens,
Fidei datæ, promiſſorumque, ſupra quam dici poteſt tenax,
Beneficentia in ſuos, & alienos planè incomparabilis,
Semper agendo, nunquam quieſcendo, infatigabilis.
Sed mox
Fatalem diem præſentiens, omnes à ſe curas alias vltrò excluſit, ſolique Deo vacans, Sacramentis mira deuotione ſuſceptis, ad immortalitatem tranſijt, die 12. Decemb. Anno Domini, 1637.
Filius mœrens Patri deſideratiſs. P.C.
Moriture ora pro mortuo.

In Lapide Sepulchrali.

Stemma Deus, virtuſq; dedit, mors marmore cingit,
Quod ſit amans fidei, prædicet Eccleſia.
Staniſlaus à Popow Witowski, Caſtellanus Brzezinenſis, Krzeczouien. Bochnen. Capit.

In Porta Eccleſiæ.

D. T. O. M.
Beatæ Virgini MARIÆ,
D. STANISLAO.
Inuictiſsimorum Regum auſpicijs, ac beneficijs Sigiſmundi III. & Vladiſlai IV. Illuſtriſsimorum Regni Primatum, Ioannis Wężyk, ab Hæreſi vindicatione; Ioannis Lipski, primi lapidis poſitione; Matthiæ Łubinski, felici conſecratione; Parentis vltima voluntate, Filij adimpletione, Staniſlai à Popow Witowski, Caſtell: Send. Kruſ: Knyſinen: Goniondzen: Zwolenſis Capitanei, ſtetit.

VISLI-

VISLICIENSIA.

Supra Portam Templi.

Anno Domini, 1350.

Princeps Excellentissimus CASIMIRVS II. cognomento *Magnus*, Dei Gratia Rex Poloniæ, Filius Vladislai Lokietek, Ecclesiam hanc à fundamentis erexit, ac ædificauit. Cuius Anniuersarium Dedicationis celebratur Dominica post Festum S. Francisci proxima.

Ad Occidentem.

Ecclesia Visliciensis, Tituli SS. Trinitatis, à prima sui Fundatione fabricata erat quadro lapide, angustè tamen & obscurè, cum cripta subterranea, in priscorum præsertim Græcorum morem. Casimirus tandem Secundus Poloniæ Rex, angustijs illius abolitis, nouam Ecclesiam in loco priori, etiam ex lapide quadro, iustioris tamen quantitatis, in Honorem Glorioſæ Virginis MARIÆ fabricauit.

In quodam Sepulchro.

HOmo, dum es in corpore fortis,
Esto memor mortis:
Nam stat ante fores,
Dico tibi, corrige mores.
Mihi hodie, tibi cras,
Non sanabit te Hyppocras:
Et sic omnia transibunt,
Omnes ibitis, ibunt.

D. O. M.

Olim Generosæ ANNÆ STAWISKA de Stawiszyce,
Hæreticorum ortæ Natalitijs.

Quæ ætatis suæ annis septem supra 20. expletis, ex his decem Matrimonio piè collatis, infesto partu, M. DC. XXXI. extincta, multorum, ac imprimis mœsti Mariti funesta lachrimis, hoc lapide suos clausit puluere s,
cuius vmbram dum aspicis, æternam precare salutem

Viator.

R. D. PETRO WALIGORSKI,
Præposito Vislicien si,
Thesauri Regni Custodi,
Plebano in Strozyska,
Sereniſſimi Sigismundi III. Regis Poloniæ
Sacellano charo.

De Ecclesia Vislicien. Fundatione Fraternitatis Rosarij, & Altaristæ, tum sumptu pro ædificijs Templi, & pro Concionatoris ac Vicariorum emolumentis perpetuo, ac toto templi in Strozyska ornatu liberaliter, benè merito. Executores Testamenti posuerunt. Mortuus Anno 1620. die 27. Decemb. ætatis 55.

Admodum Reuerendo Domino, IACOBO VEGRINIO Zarcensi, Scholastico & Officiali Vislicien si, Viro Diuini cultus & Religionis Catholicæ, cùm in alijs permultis, tum in hac Max: Vislic. XL. & eo ampliùs annis propagan. studiosiss. pijssimo, virtutum omnium ac morum integritate ornatissimo, ipsa die Conceptionis B. Mariæ Virginis, Anni M. DC. XI. hac ex vita placidissimè extincto, Patrono & Mecænati suo optimè merito, Executores monumentum hoc amoris, & memoriæ causa, mœstissimi posuerunt. Vixit Annis LXXXI. in Sacerdotio L. transactis.

Reuerendo Domino ALBERTO CHOTELSKI, Canonico Vislicien si, Plebano Dobrouodensi digniſsimo.
Viro in Deum & Ecclesiam Dobrouoden. pietate feruenti,
Prudentia, facundia, & Verbi Dei prædicatione
Claro.

Ætate sexagenario, Mensis Augusti, die 9. sublato, Anno Domini, M. DC. XVI. amoris & memoriæ
Executores P.

IN

Jn Monasterio Claræ Tumbæ.

IOANNES MVSCATA,
Ego fui Gente Silesius,
Philosophiæ Doctor,
Et Præsul Cracouiensis.

Mihi Tineczen. Abbas Biecz Oppidum & Castrum amisit, damnumque resarciens, Ecclesiæ meæ Cracouien. Przesliczam Villam dedit iure compulsus, ter denis iugeribus emptis. Suburbium Cracouien. *Biskupie* fundaui, Villasque propè Wieliczkam, Darszyce & Trapki, Ecclesiæ Cracou. emi. Me Nobiles de Domo Topory, in Villa Cunensi, comprehensum captiuum detinuerunt, euadensque captiuitatem, exilij passus sum angustias, subordinante mihi hoc malum Rege Poloniæ Vladislao Łokietek, plus enim Venceslao Regi Bohemiæ Regnum Poloniæ fauisse creditus sum quàm Łokietkoni; Venceslao autem Rege Bohemiæ in Olomoncz occiso, Vladislaus me sibi omnibus modis reconciliare studuit, Priuilegia noua Ecclesiæ Cracouien: mei gratia concessit, antiqua confirmauit; Peleiszka cum Villis restituit, pro damnis CCC. marcas argenti mihi dedit, captiuatores meos per me excommunicatos, à gratia, Curia, & Regno suo remouit, donec satisfactione mihi data, per me sunt absoluti. Viuens elegi mihi hic sepulturam, Cracouiæque moriens, viij. Feb. hoc sub lapide sum sepultus, Anno Domini, 1306.
Præsui Ecclesiæ Cracouien. Annis XXVI. In ordine Episcoporum XXIII.

Anno Christi, M. DC. LV.

INNOCENTII X. Papæ primò, ætatis meæ LXVI. ego PAVLVS PIASECKI, Episcopus Premislien. Abbas Mogilæ, post duros labo res, à prima ætate in literis inter angustias, in Aula Sigismundi III. Regis Pol. cuius arcana & eius Filiorum Ioannis Alberti Varmien. Caroli Ferdinandi Vratislauien. Episcopalia feliciter curaui, inter æmulationes acerbas, in Episcopatib⁹ Camenecen. Chelmen. Premislien. inter lucubrationes curasque anxias exantlatos, hic locum quietis mihi paraui.

H E M

Præcessit huc, qui longè subsequi debuisset
N E P O S,

Reuerendus Iacobus, Remigiani Piasecki, Abbas Mogilæ designatus, Præpositus Chelmen. Regis Vladislai IV. Secret. Lublini, dum in Tribunali Regni Iudicis Deputati munus agit, extinctus febri xj. Maij. Huiusce Anni ætatis XXX.
Magna spe frustratus, suos maiori mœrore repleuit.

D. O. M.
Et Perenni Memoriæ.
Generosi Domini
STEPHANI SKARBEK ZOŁTOWSKI,
Qui ætatis florem ne marcesceret,
In Mineruæ hortulis proprio sudore
In Bellonæ campis hostili cruore
Rigauit.
Reliquum ætatis curis & armis fessæ,
Vita tranquillior excepit,
Si tamen tranquilla dicenda est,
Quæ illum heroicis virtutibus cœlis vim inferre docuit.
Ipsum denique Deum,
Ne quid inuictum relinqueret,
Gratitudinis armis aggressus est.
Dum eius Crucifixi quam vides Imagini,
Cuius in plurimis periculis expertus fuerat opem,
Pro eius & ex eius donis ac datis
Hanc aram extrui, ornari, dotariqúe curauit.
Viator dum hæc legis,
Mortem meditari disce.
Eius exemplo
Qui dum viueret, hanc sibi mortali mortis domum
Extruxit.
Disce omnia, præter virtutem pertransire.

IESV CHRISTO REDEMPTORI
S.

STEPHANVS ZOŁTOWSKI,
Nobili Domo. in Satrapia Dobrinensi natus,
In Aulis Dynastarum educatus,
Solerti Oeconomiæ tota vita addictus.
In pauperes, egenos, Religiosos, & Clerum,

Natura

Natura pronus & liberalis,
Atque omnibus etiam Ordinibus,
Ob ſuaues mores peræquè charus.
Communis ſortis,
Et humanæ inconſtantiæ memor,
In Cœnobio Ciſtercien. Claræ Tumbæ
Viuens ſibi tumbam & tumulum parauit.
Et in animæ ſuæ iuuamen,
Munifica pietate
Impendit, quicquid fuit.
Expendit, quicquid habuit.
Reliquit, quicquid potuit.
Et in humanis deſijt eſſe,
Anno Reparatæ Salutis, 1653. Martij.
Hæc non mœrens, ſed lætus
Ad poſteros tranſmittebat.
S. S.
Amicus ex Aſſe.

LOVICIENSIA.

D. O. M.

D. IOANNI PRZEREMBSKI, ingenio, eruditione, grauitate, integritate vitæ, & pietate præſtanti viro. Qui cùm iuuenis Procancellarius Regni Rempub. nauiter ac dextrè geſsiſſet, Chelmen. Epiſcopus, & mox Archiepiſcopus Gneſnen. Primas Regni, & Legatus Sedis Apoſtolicæ factus, ſplendidam apud Imperatorem Romanum Ferdinandum II. Legationem Sigiſmundi Auguſti Regis nomine obiuit, nec multò poſt immatura morte interceptus eſt, Anno Domini, M.D.LXII. ætatis ſuæ XLIII.

D. O. M.

DEſine mirari Parij molimina ſaxi,
Vult Deus extremum nos meminiſſe diem:
Vchanius pietatis amans, Patriæq; columna,
Hac quoque ſtructura ſtrauit in Aſtra viam.
Anno Domini, 1580.

D. O. M.

D. O. M.

TArnouidum antiquæ ſtirpis generoſa Propago,
Præſul IOANNES Gneſna beata tua.
Hoc extruxit opus, multis dotauit, & auxit
Muneribus ſacris, auxit & Officium
Diuinum, myſtas aliquot ſuperaddidit illi,
Qui pſallant Chriſto, nocte dieq; ſuo.
Plura paratus erat præſtare, aſt mors inimica
Inuidit, factum Chriſte repende bonum.
Anno Domini, 1611.

D. O. M.
Diuino cultui propagando,
Honori Virginis Matris proferendo,
Collegiatæ huius adornandæ
Corpori humando.
Memoriæ ad poſteritatem tranſmittendæ.
Hoc Sacellum
IOANNES WĘZYK,
Archiepiſcopus Gneſnenſis, Primas, & Princeps Regni.
Executoribus Teſtamenti extruere, & dotare mandauit.
Peractum Anno Domini, M. DC. XL.

D. O. M.

Memoriæ Excellentiſs & Reuerendiſs. Principis, IOANNIS à Lipie, Dei Gratia Archiepiſcopi Gneſnenſis, Capellam hanc in honorem SS. Sacramenti, ab Illuſtriſs: & Rñdiſs. Philippo à Lipie, Abbate Wąchocenſi, Scholaſtico Gneſnenſi, à fundamentis erectam, Samuel à Lipie, Capitaneus Staniſlawouien. vtriuſque Germanus, perfecit & ornauit, Anno Domini, M. DC. XLVII.

D. O. M.
Illuſtri & Admodum Reuerendo Dño
PETRO MAŁOKLĘCKI,

Qui

Qui
Cum duobus Illustrissimis DD. Archiep. Gnesneń.
Henrico Firley, & Ioanne Wężyk,
Fidem & industriam Oeconomia probasset.
à Primo
Præmiorum spem,
à Secundo
Præmia virtutis tulit,
Gnesnensi, Louicienſique Canonicatu
Auctus.
Executores posuerunt, die 10 Mensis Iunij, Anno D. 1645.
Vixit annis 53. Mortuus 29. Iunij.
Anno Domini, 1644.

D. O. M.

Et Memoriæ
Admodum Reuerendi Domini
ALBERTI SWIECICKI,
Sacræ Theologiæ, & Iuris V. Doctoris,
Cantoris Volborienſis,
Louicień. Vielunen. Canonici.
Qui
Romæ ad S. Apollinarem, in Pontificio Alumnatu, septennio exacto, Illustrissimorum & Reuerendissimorum DD. primùm Pauli Wolucki, Episcopi Vladislauien. deinde Ioannis Wężyk, Archiepiscopi Gnesnen.
Familiaris.
Concionatoris & Officialis in Ecclesia Collegiata Łouicien.
munere functus, par vtrique, repentino cordis dolore
Correptus,
Diem vltimum obijt.
v. Calend: Decemb. Anno Domini, M. DC. XLIV.
Cui Executores Testamenti, hoc perenne amoris
monumentum, F. B. M. PP.

D. O. M.

D. O. M.

Piisque Manibus,

Admodum Reuerendi D. IOANNIS LVGOWSKI, I. V. Doctoris, Archidiaconi Louicien. Lancicien. Vielunen. Canonici. Qui ob singularem Iuris peritiam, Gnesnen. Archiepisc. Laurentij Gembicki, primùm Actuarius, deinde Ioannis Wężyk, Generalis Causarum Auditor ad extrema vtriusque tempora fuit religiosus, æqui iustique tenacissimus: liberalitate in pauperes, officio in Amicos, & hospitalitate clarus, obijt Anno Domini, M. DC. XLI. ætatis suæ LX. Venceslaus Kunicki, Albertus Swięcicki Canon. Martinus Boguslawski, Rorantista Louicien. Testamenti Executores, corpore hic ad pedes Domini sui depositi, altari in vim benef. Ecclesiæ erecto, & alijs liberalitate æuiternè constitutis Posuerunt.

D. O. M.

Epitaphium IOANNIS MICHALOVICII Vrzendouien. Ciuis Cracouien.

DEO Patri Ter Maximo,
Beatorumque Cœtui:
Ioannis ad busta sacram
Aram locarunt posteri,
Vt sempiterna Phidiæ
Extaret artis gloria.
Quà promptus antecelluit
Praxiteles Polonicus,
Vrendoui educatus est
Huius Sacelli conditor,
Quid indiget præconio,
Opus laudat artificem.

D. O. M.

Pietati & Memoriæ

S.

PETRO TARNOWSKI, Equiti Polono, Palatinatus Lencicien. Vexillifero, & generis antiqua Nobilitate, & omnium insignium virtutum concursu, religione, probitate, integritate, & liberalis vitæ splendore incomparabili. Qui cùm Patriæ, Principibus,

pibus, & Amicis ſtrenuam nauaſſet operam, humanum nihil metuens nec optans, cœlo libero animum liberum dimiſit. Ioannes Tarnowski, Regni Poloniæ Vice-Cancellarius, Patri optimo, hunc titulum & tumulum mœrens merenti donauit, dicauit.

D. O. M.

Generoſus Dominus IOANNES KROSNOWSKI de Zaluski, Venator Sochacouien. Generoſi Domini Matthiæ, Tribuni Rauenſis, inter xij. filios medius, florente ætate ſua per annos xv. apud D. Sigiſmundum Auguſtum Regem in Aula verſatus, demum in Matrimonio cum Sophia Skoſzeuia per annos XXVI. viuens annis LV. peractis, omnibus Sacramentis præmunitus. Pridie Non: Octob. piè moritur Louicij, Anno Domini, M. DC. II. Rñdus Dominus Florianus Kroſnowski, Cantor Gneſnen. Canonicus Plocen. S. R. M. Secretarius, mœrens Fratri merentiſsimo FF. Oretur pro vtroque.

D. O. M.

Generoſa BARBARA de Sarnow, Palatinatus Siradien. Generoſi Staniſlai Karbniczki, Iudicis Terreſtris Siradienſis, Burgrabij Cracouienſis, vxor fidiſsima, ex Generoſo olim Andrea Sarnowski, & Anna Przerębska progenita, hic ſepulta ad tumulum Auunculi ſui, Rñdiſs. in Chriſto Patris, olim Ioannis Przerębski, Archiepiſcopi Gneſnen. Legati Nati. & Regni Pol: Primatis, morte immatura, agens 27. annum, rarum pudicitiæ exemplar omnibus, Marito deſiderium ſui, & filiolum vnicum relinquens, in Domino obdormiuit 3. Menſis Auguſti, Anno Domini, 1583.

Maritus Coniugi chariſsimæ.

Barbara Sarnouiæ proles chariſſima Gentis,
Quæ pura coluit religione Deum.
Karſnicijque fuit quondam fidiſſima Coniunx,
Iudicis ad Chriſti procubat ecce pedes.
Vt quemdum vixit coluit, ſic morte peremptæ,
Læta colat nam ipſi vita beata mori eſt.

D. O. M.

BARBARA DVNINOWNA,
Gregorij de Skrzynno Dunin,
Caſtellani Zarnouień.
Sophiæ de Nowe Miaſto filia,

Nicolai Laiſzczewſki, Caſtellani Sochacouień. Coniunx,
Hic tumulatur.
Quæ in Deum cultu, in Amicos beneuolentia, in Maritum obſeruantia, matronali prudentia, morum comitate
Inſignis.
Poſt viginti quatuor annos Coniugij.
Immatura morte,
Mater liberos
Louicij die 29. Ianuarij, ætatis XLV.
Anno Salutis, M. DC. XLV.
In mœrorem traxit.
Nicolaus Laiſzczewſki, Caſtellanus Sochac.
Deſideratiſſimæ Coniugi,
Mœſtiſſimus poſuit.

D. O. M.
Sororibus germanis, ANNÆ & DOROTHEÆ, filiabus Hanus Aurifabri, Ciuis & Conſulis Louicień. Staniſlaus frater maior natu, ad ſepulchrum illarum non ſine lachrymis poſuit.
Anno Domini, 1583. die 30. Martij.

D. O. M.
Generoſa ANNA de Pawlowo DZIERGOWSKA, Generoſi olim Pauli Kiernoski, Caſtellani Goſtinen primarum nuptiarum Conſors, nunc verò Generoſi Martini Sleſzynski, Tribuni Terræ Goſtinen. ſecundarum nuptiarum relicta, rerum gerendarum ſumma prudentia ac prouidentia, pietate prædita, hoc monumentum, Generoſo Martino Sleſzynski, Tribuno Goſtinenſi, Marito chariſsimo, mœrens poſuit, qui obijt Louicij, Anno Domini, 1578. die 27. April. ætatis 53.

D. O. M.
VIATOR
Siſte paululum, vmbra te vocat,
Sub hac quieſco mole
THOMAS Patria DROBNINVS.

Ingenuis

Ingenuis quæsita gloria mihi est, sed artibus longè celebrior, rudemque moribus literulis imbui, vt dicta factis iungat adolescentia. Ad altra præco monstraui populo viam, abij, vt secretiora discam oracula.

Hac curres, si placet, cineri nec inuide,
Etenim virtutibus via nulla est in via.

D. O. M.

Generoso Domino, D. IACOBO KLENIEWSKI de Maiori Klenie, ex antiqua & prænobili Klenieuiorum Prosapia oriundo. Cuius florens ætas, in Gymnasijs publicis, proiectior in Aulis Principum, maturior in obsequijs Reipub. consumpta. Hic ob singularem prudentiam, & fidelitatem, à Sereniſsimo Sigismundo III. Poloniæ & Sueciæ Rege, crebro Quæstor, & ad Comitiola in Palatinatu Rauensi Legatus erat. Vir æqui prudens ac probus, pietate in Deum, meritis in Patriam illustris, in fide Catholica constans, æui maturus, piè ex hac vita decesit, die 9. Ianuarij, 1633. ætatis suæ Anno LXX. Generosus D. Ioannes Kleniewski, amoris & pietatis ergò Fratri suo germano appendit.

D. O. M.
Generosus Dominus
IOANNES à Lipe LIPSKI,
Maior Polonus, de Stemmate Grabie.
Magnifici ac Generosi Domini, D. Petri à Lipe Lipski,
Dapiferi Palatinatus Caliſlienſis
Filius.
Dum digna indole Orbi illuxisset,
Iter tendens per Lithuaniam versus Vilnam,
Cum Aula Vladislai IV. Sereniſſimi Regis Poloniæ
Grodnæ febri maligna
Extinctus.
Hic
Mortalitatis suæ exuuias deposuit,
Ætatis suæ 23.
Anno Domini, 1643. Die 27. Septembris.
Vexillum hoc mœstus Parens carisſimo filio
appendi curauit.

D. O. M.

ET

B. V. M.

Ac felici Memoriæ

Generosi Domini IOANNIS à Walewicze WALEWSKI, ex antiqua & Illustri Palatinorum, & Ducum Russiæ, Prosapia, Generosi Hieronymi Walewski, Venatoris Terræ Lancicien. prudentissimi, & Generosæ Agnetis Węzykowna de Widawa, filij.

Vir hic non solùm Nobilitate

Clarus,

Verùm omni genere virtutum, liberalitate in pauperes, morum suauitate, in bellis cum Moschis, Liuonijs, & hostibus Patriæ felix victor, & inuictus semper rediens miles,

Clarior.

In Deum pietate, amore in Patriam, nam pro fide Catholica, & libertate publica vindicanda, paratus erat semper vitam exponere, victor

Clarissimus.

Pietatis Christianæ singulare exemplar, pio labore consumptus, præmium laborum recepturus, migrauit ex hac vita, iussu Rectoris Supremi.

Huic

Generosa Catharina à Wilkanow Wilkanowska, mœstissima & pijssima Coniunx, amoris & pietatis hoc testimonium reliquit.

Vixit annis XLVII. Obijt Calend: Octob. M. DC. XL.

D. O. M.

Generosi Domini,

D. FLORIANI STEPKOWSKI,

Venatoris Terræ Gostineń.

Lugubre Mnemosynon.

In quo

Flagrantiss: plurimarumque virtutum altrix

Religio.

Nobilissima Maiorum Stępouianæ Gentis

Propago.

Dignissima

Digniſſima integritate morum probata Regni
Conuerſatio.
Arctiſſimus propagandæ Patriæ fatali arctatus Vrna.
Amor.
Mœſtæ poſteritati imitandus, funeſto penicillo adumbratus.
Anno Reparatæ Salutis, 1640. 20. Maij, ætatis 50.

D. O. M.
Pietati & Memoriæ.
Heus Viator, noſti cuius hæc eſt picta imago?
Adſta, & perlege, paucis te tenebo.
Fuit
Magnificus ac Generoſus Dominus,
D. ALBERTVS de Stępowo STEPOWSKI,
Pocillator Terræ Goſtineń.
Generis antiqua Proſapia præclarus, pietate in Deum, ac innata ſibi erga Chriſti pauperes liberalitate conſpicuus, dexteritate in rebus agendis ſpectabilis, amore Patriæ ſingularis, & Marte felix.
Qui
Flore iuuentutis ſuæ, liberalibus diſciplinis condecorato, latebras ac domeſticos parietes dedignatus, in caſtra ac Martis exercitium erumpens, forti pectore, & inuicto animo, cum Turcis, Tartaris, alijſque fidei & Patriæ hoſtibus, varijs in expeditionibus ita dimicabat, vt meritò & in omnium eſſet amore, & in hanc omnes pertraxiſſet admirationem.
Tandem Anno D. 1641. ætatis ſuæ 63. fatis proſtratus.
Eheu hic
Inuictus Marte, victus lethargo, paruo hoc comprehenſus tumulo iacet. Filijs dolor, Amicis mœror, fortunæ ludibrium, ſenibus ſuſpirium, iuuenibus exemplum.
Cui
Mœſti filij, amoris ſui in dulciſsimum Parentem ergò fatale hoc poſuêre monumentum.
Vale Lector,
Et quiſquis es vigila dum vigilas,
Et rem tuam maturè perage.

D. O. M.

D. O. M.
HOSPES,
Leuem humanæ ſortis ludum ſpemque fallacem cognoſce.
Generoſus Dominus
IOANNES BYKOWSKI
Hic quieſcit.
Quem
Quicunque legis, luge homo mortalem, Patria Ciuem, Reſpublica Nobilem.
Cuius
Amor in Deum, pietas in Patriam, induſtria & dexteritas in rebus agendis: fides & affabilitas in Amicos, verecundia & modeſtia in moribus, conſtantia in omnibus.
Dum
Magna Patriæ, & Parentibus, maiora Familiæ, & Amicis, Maxima Deo, & Reipublicæ pollicetur.
Heu precox Fatum, omnibus omnia cito inuidit!
O duram ſortem!
Familiæ decus vix oritur.
Moritur
Anno Salutis.
Fratres Fratri deſideratiſsimo, quantùm amantes, tantùm mœrentes
Poluêre.

D. O. M.
Et Piis Manibus
Magnifici nec non Generoſi Domini,
D. ANDREÆ ORZECHOWSKI,
De Orzechowce,
Sacrum.
QVEM
Salute, quam ipſe Patriæ non raro peperit, mors iniqua momento ſpoliauit, amiſit vitam, inuita Patria: Illa enim Ciuem optimum, militem fortiſsimum diu ſibi incolumem voluit, nec tamen, proh dolor, atroci letho eripere potuit.

QVI

QVI

Illustrem Familiæ Nobilissimæ Orzechouiorum propaginem, virtute, fortuna, factis, illustrauit.

HVNC

Tristis Patria in Arena Bellonæ tàm Rokossanorum tempestatis turbini inuolutum, quàm & cum Moschis, cæterisque suis hostibus acriter dimicantem, sæpius vincentem vidit, cui (heu) præcox fatum strenuum victorem cito inuidit.

In Aula Serenissimi Sigismundi III. Regis Polo: non postremum Aulæ decus, tandem Administratorem Cellarij vbi fide æque ac eximia generositate conspicuus, ô quam & amplius mereri de Rep: potuisset, ni filum vitæ Parca prærupisset.

SED

Corpus anima solutum huc tetendit, hic exilij locum occupauit, sola nunc superstes fama, quæ virum laude dignissimum vetat mori, exuuijs Mortalitatis depositis, Animam quam cœlo hausit restituit, dum vixisset Annis L.

CVI

Extremum hoc pietatis officium, Coniunx doloris plena posuit æternitatique consecrauit. Anno

---

D. O. M. S.

Hospes posteaquam tumulo calidas superfuderis lacrymas disce & admirare humanarum vicissitudinem rerum. Andreas à Drohoiow Drohoiowski Subiudex Terræ Premyslien: Gñosi Georgij Drohoiowski Filius hic quiescit, vetustissima gente Korczakorum oriundus, clarus & magnus negotijs, consilijs, Toga, Sago, Domi, foris. Testantur eius Legationes & reliqua publici muneris quæ exacte obijt & laudabiliter, tum in Liuoniam, Valachiam, Moldauiam, & alibi fortiter susceptæ expeditiones & in Patriam merita. Sed hunc talem & non mori dignum, non Genus, non facundia, non pietas, non tot heroica facta, fatali periodo mortis ereptum seruant.

Itaque sub hoc gelido marmore

Illibatæ flos pietatis, altioris templum sapientiæ, ipsa iustitiæ orbita, dulce deliciarum corculum, excelsioris arx domusque naturæ.

O Hospes, si cupis plura, hic iacent plura, sola superstes fama.

D. O. M.

PAulus Iaxcuius, *clara de stirpe Dynastes, Bykowski à Byki, moribus atque fide.*

Princi-

Principibus gratus, magnus virtutibus amplis,
Pro Patria optauit ſæpius ille mori.
Huic Regum aſpectus propior ſanctusq; Senatus,
Sæpe aditus fuerat liber apertus ouans.
Chriſticolam regnorum hunc Princeps Auſtria vidit,
Mirata illuſtrem Sarmatia Curialem.
Culmina virtutum meritis dum ſcandere tentat,
Mors iuuenem præceps inuida ſurripuit.
Maturus claris virtutibus, alter vt Hector
Migrauit mundo, regna beata potens.
Ætatis ſuæ XXV. Cal: Octob. 1640.

D. O. M.

Generoſus IOANNES CONSTANTINVS, Generoſi Domini Staniſlai de Romiſzeuice Stokowski, Subdapifer Lencicien. & Generoſæ olim Eliſabethæ de Karſnice Coniugum, magnæ expectationis Filius, hic ſitus eſt.

Qui

Vera Martis Gentiſque Polonæ ſoboles, in campo natus, in campo itidem contra rebelles Coſacos, ac Tartaros in Ruſsia ad Bereſteczko fortiter dimicans, telis barbarorum obrutus, in ipſo ætatis flore, pro Deo & Patria,

Occubuit.

Eheu diram ſortem? vix in Comitiolis facundus Orator, in Generali Expeditione Diſtrictus Premiſſien. Notarius & Iudex æquiſsimus oritur, iniquo fato, Anno ætatis 25. die 30. Iulij,

Occiditur.

O mors amara? dum Martis rapis amorem,
Patriæ propinas mœrorem.

Cui

Deſideratiſsimo Filio Parens, quantum amans, tantum mœrens, hoc pietatis teſtimonium poſteritati conſecrauit.
Anno Domini, 1651. die 23. Octob.

In Sacello Vchanſciano.

DEſine mirari Parij molimina ſaxi,
Vult Deus extremum nos meminiſſe diem:
Vchanius pietatis amans, Patriæq; Columna,
Hac quoque ſtructura ſtrauit in Aſtra viam.
Anno Domini, 1580.

In Arce

In Arce Louicienſi.

Sedente IACOBO VCHANSKI, Archiepiſc: Gneſnen. Legato Nato, & Regni Polon: Primate, Primoque Principe, & Interregni tempore præſidente, iacta ſunt fundamenta huius ædificij, ab angulo muri Orientalis exterioris, ad parietem vſque interioris Arcis Louicienſis, Anno D. 1573. & tandem electo, per eundemque pronunciato Rege, Illuſtriſsimo & Auguſtiſsimo Principe Andiuum, Borbonorum, & Aluernorum Duce, eidemque delato Regno, & impoſito Diademate, erecta atque abſoluta, Anno Chriſti Nato, 1574.

Supra Portam Arcis.

Reſtaurationem Arcis huius à IOANNE WĘZYK, Archiepiſcopo Gneſnenſi cæptam, ſed poſt reſtaurationem, Meridionalem partem morte intermiſſam, ſecundus ab eo ſucceſſor, Matthias Łubienski, Archiepiſcopus Gneſnenſis, reſumpſit, & Occidentali Aquilonarique parte refecta, & turri educta, ſuæ ſucceſſorumque commoditati continuauit, Anno Domini, 1645.

In Arce inferiori.

Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus, D. STANISLAVS KARNKOWSKI, Dei & Apoſtolicæ Sedis Gratia, Archiepiſcopus Gneſnenſis, Legatus Natus, Regni Poloniæ Primas & Princeps, hoc inchoatum opus perfecit, adornauit, & conſummauit, Anno Domini, 1585. Archiepiſcopatus verò ſui Anno Secundo.

Ibidem.

Me quondam VCHANSKI extruxit,
Porticibus Karnkowſki adornauit,
Aut omnia conſumens vetuſtas,
Aut artificis imperfecta manus
Vtrumque ruere fecit.
Laurentius Gembicki, Anno à Partu Virginis, M. DC. XX.
Pene lapſam fulſit.

Et vt arsisse templum prope ipsum non pœnituit,
Nec me Louicij corruisse pœnitet,
Illud exustum lamina texit,
Me labentem restaurauit.
Faxint Superi,
Vt longum me inhabitet,
At quia vita breuis,
Sculptam marmor munificentiam posteritati testabitur.

In Palatio Squiernieuicien si.

D. O. M.
Suo, Posterorumque Archiepiscoporum Gnesnensium
Vsui,
LAVRENTIVS GEMBICKI,
Dei Gratia Archiepiscopus
Eiusdem Almæ Metropol: Ecclesiæ,
Domum hanc ab Antecessore suo laudatissimæ memoriæ
Alberto Baranowski inchoatam, fausto omine
Perfecit,
Anno Domini, M. DC. XIX.
Vtimini feliciter, Et Dei Ecclesiam fideliter
Curate.

In Palatio Liskouicien si.

IOANNES de Lipie, Archiep: Gnesneń. hanc ædem suæ, suorumque successorum commoditati, & salubriori tranquilliorique post publicos ac vrbanos strepitus secessui extruxit, atque his iconibus Archiepiscoporum Gnesnensium, ex authenticis antiquitatum monimentis fideliter & accuratè collectis exornauit. Anno Domini, 1640. Moderante Ecclesiam Romanam Vrbano VIII. Imperium Ferdinando III. Orbem Sarmaticum Vladislao IV.

PLO-

PLOCENSIA.

D. O. M.

Illustris & Magnificus Dominus ANDREAS SIERPSKI à Gulczewo, Palatinus Rauensis, & huius Arcis Præfectus, vir pius, Catholicus, humanus, ab omniq́ue fastu alienus, dignissimus, vt post fata etiam memoria hominum viueret sempiterna, sub hoc sepulchro à se erecto, cum Coniuge sua fœmina lectissima quiescit. Obijt Anno Domini, M. D. L XXII. xv. April. Vixit autem annos LXXVIII. Mens: IV.

Magnifica CATHARINA à Trzciana, Magnifici Prandotæ, Palatini Raueń. filia, & Magnifici Andreæ Sierpski de Gulczewo, Palatini Raueń. Capitanei Płoceń. Coniunx, insigni pietate fœmina, Matronarumq́ue decus Obijt Anno Domini, M. D. LXVI. die xxxj. Martij. Eiusdem sepulchri honore cum Marito ornata.

Reuerendo Domino PAVLO GLOGOWSKI, Decano Płoceń. viro pietate, & sapientia summa, sacratum literarum & Iurisprudentiæ cognitione præstanti, vitæ innocentia, morumq́; castitate, hospitalitate, modestia singulari, cineri eius domicilium hoc ante præparatum & dotatum, Amici posuerunt. Obijt die x. Februarij, Anno Domini, M. D. L XX. ætatis suæ LXXVIII.

Optimi animi & naturæ dotibus Vir ornatissimus, D. SEBASTIANVS KROCZEWSKI, Płoceń. & Varsauień. Canonicus, erga omnes humanissimus, in egenos pius, & beneficus, Diuini cultus amator, Sacellum hoc annuo censu dotauit, in quo sepultus est, dignus perpetua hominum memoria, quam Amici, & Testamenti sui Executores, posteritati eius commendatam habere volentes, hoc ei monumentum posuerunt. Obijt Anno Domini, M.D. LXXII. die xxix. Maij. Vixit annos LIII. Mensem I. dies viij. Orate pro eo.

CONditur hoc triſti Doctor Laurentius antro,
Quem Wſerecz genuit, Płocia culta fouit.
Ingenio exiguus, nec claris ortus Atauis,
At meruit virtus præſide fulta Deo.
Vt ſua ſit requies, cunctorum hic meta laborum,
Colere cum magnis ſocia voce Deum.

Ruri artibus, Plociæ Iure imbutus, Romæ Laurea & Protonotarij Acolytique titulo ornatus, ex Canonia Pultouien. primus poſt vnitam Præbendam ad Confeſſarij munus hic vocatus quieſcit. Obijt Anno Domini, M. DC. XIV. die v. Menſis Maij, ætatis LXXVI.

IOANNES GORSKI.
Archidiaconus Eccleſiæ Cathedralis,
Canonicus Collegiatæ Pultouień.
Vicarius in Spiritualibus, Officialiſque Generalis Płoceń.

Ioanni Gorski, clara Bogoriæ Familia orto, bonarum Artium Iuriumque cognitione ſpectato, Regi Sigiſmundo Auguſto à Secretis, & exinde Proceribus Regni, familiari dilecto, deinde Coniugij fructibus fœcundo, ac morte Conſortis requiem exercitæ laboribus vitæ conſequuto, à ſuo tandem Antiſtite ad Archidiaconatum Plocen. Deo fauente electo, ſubindeque Canonia Pultouien. cumulato, Officiali & Vicario in Spiritualibus Generali, dulcia immaculati thori pignora, Patri deſideratiſsimo, die xxv. Iunij, Anno Domini, M. DC. X. defuncto, mœſti poſuerunt. Vixit annos LX.

Admodum Reuerendo PAVLO BIEDKOWSKI, Archidiacono Cathedralis, Collegiatæ, S. Michaëlis, S. Catharinæ, Eccleſiarum Præpoſito, Vicario in Spiritualibus, & Officiali Generali Plocenſi, boni publici & Eccleſiæ Promotori, æquitatis ac iuſtitiæ Fautori, Capituli ac Confratrum ſingulari Cultori, erga pauperes liberali, erga ſuos & externos munifico, monumentum hoc amoris, & gratitudinis perpetuæ,
Executores P.
Obijt die xix. Nouemb, Anno Salutis, 1632. ætatis 63.

Hic iacet Venerabilis NICOLAVS GORSKI, Canonicus Płocenſis, expectans reſurrectionem mortuorum, obijt die xvj. Iunij, Anno Domini, 1513.

Admodum Reuerendus D. ANDREAS VBYSZ de Mogielnica, Armorum

morum Cholewa, Posnanien. Plocen. Pultouien. Canonicus, Vir timens Deum, de Ecclesia hac benè meritus, candidus, sincerus, pro iustitia zelans, & æquitate depugnans, virtuti semper fauens, monstris vitiorum perpetuum bellum indicens, tandem sera post fata decessit, & exuuias mortalitatis suæ hic deposuit. Obijt die 18. April. Anno Salutis, 1638. ætatis suæ 63.

Oretur pro eo.

Reuerendus D. PETRVS GOYSKI, Canonicus Ploceń. in Strumiec & Goysk Parochus, vir ob dexteritatem ingenij clarus, & apud Principes, Spirituales, ac alios homines gratus acceptusque, hoc loco requiescit, mortuus post longam ægritudinem, die 9. Ianuarij, Anno Domini, 1599.

Vixit annos 57.

Viuite mortales, cœlestia quærite cuncti,
In cineres etenim gloria vestra redit.

Admodum Rñdus D. MATTHIAS MDZEWSKI, Canonicus Ploceń. & Chełmeń. Virgente nobilissima, pietate Christiana, dexteritate animi, placabilitate in subditos laudabilis, sub hac mole molem Olympi expectat, qui cùm sat maturum attigisset æuum, Anno ætatis 55. Salutis verò Reparatæ, 1619. Mensis Iunij, die 20. obijt in Domino. Qui sibi præsidium spesque salutis erat.

IACOBO ZAPOLSKI de ZAPOLICE,
Decano Premislien si,
Gnesnensi, Plocensi, Canonico.

Viro animi candore, vitæ puritate, pietate in Deum, in Amicos fide, in egentes liberalitate, æquitate in omnes spectabili. Qui postea, quam Matthiæ Pstrokonski Cuiauien. suoque Consanguineo, ac demum Martino Szyszkowski Plocen. Episcopis, fidelem operam, quâ diu familiariter sunt vsi, cumulatè probassent; tandem sacro huius Basilicæ Collegio adscriptus, boni Capitularis incrementa priuatis rationibus, & viuus, & moriens, æquè prætulit, dignus grata posteritatis memoria, dignus exemplo. Obijt Anno Salutis, M.DC.XIV.

D. O. M.

HIE.

HIERONYMVS CIELECKI,
Peruetuſta Zarembarum Gente ortus.

Vir prudens & eruditus, virtutibus præſtans, meritis in Rempub. inſignis, ex Secretario Regiæ Maieſtatis Referendarius Regni, ac Sereniſsimæ Conſtantiæ Reginæ Cancellarius, inſtituendæque Regiæ prolis Præfectus, demùm Epiſcopatu Plocen. inſignitus Sponſæ ſuæ vtilis, & vigilans Præſul, Regiæ Domui apprimè charus, Clero, Ciuibuſque Patriæ acceptus, poſt inſertam cœlo animam, corporis ſui exuuias hic depoſuit, ætatis anno 63. Salutis humanæ, 1622. Cui hoc amoris monumentum, gratus Nepos, Sigiſmundus Cielecki, Præpoſitus Poſnanienſis, Gneſnen. Plocenſis Canonicus, poſuit.

D. O. M.

ILLRIS STANISLAVS KRASINSKI
De Kraſne,
Palatinus Płocenſis,
Capitaneus Błoneń.

Vetuſta Slepowroniorum Gente, excelſo ingenio, & doctrina excellenti, moribus antiquis, iuuenta bonis artibus, & videndis exterorum regionibus exculta, boni in Repub. Ciuis, equeſtris Ordinis munijs laudabiliter functus, prudentis Conſiliarij in ordinem Senatorum florente ætate adſcitus, optimi incorruptique Iudicis Supremo Regni Tribun: ſæpius præſidens, laudem meruit, Sacratiſsimis Poloniæ Principibus, Stephano I. & Sigiſmundo III. cariſsimus, Reipub. & Patriæ amantiſs. Conciuibus ſuis gratiſs. omnibuſque acceptiſs. Cui chariſsima Coniunx, Anna de Mnichow, hoc monumentum mœſta collocauit. Obijt diem vltimum, Anno Domini, M. DC. XVII. ætatis ſuæ LIX. die 1. Feb.

Ad Honorem DEI Opt: Max. ac Deiparæ Virginis, Officij Rorate in hoc Sacello pſallentium, Fundatori Staniſlao Dunin Wolſki, Decano Płocenſi, Puſtouienſique, qui cùm noſſe cæpiſſet, deſijt viuere, Anno Domini, M. DC. II. ætatis ſuæ XLII. Hieronymus Wolſki, Tribun: Płocen. Fratri deſideratiſs: pietatis ergò.

PETRO DVNIN WOLSKI,
Epiſcopo Płocenſi.

Viro morum ſuauitate, prudentia, vitæ integritate inſigni, ampliſsimis Legatio-

Legationibus apud Regem Catholicum, & Sedem Apostolicam, ac Magistratum Cancellarij Regni, optimè functo, ob idque Sigismundo Augusto, Henrico, & Stephano, à quo ad Pontific: dignitatem euectus est, Regibus Poloniæ, charissimo, Patruo benè merenti, mœrens Hieronymus Wolski, Tribunus Plocen. ex Testamento Stanislai Fratris sui, Decani Plocen. & Pultouien. hoc monumentum posuit. Vixit Annos LX. Obijt M.DC. die xx. Augusti.

Hic iacet STANISLAVS ŁVBINSKI, peccator indignus, Episcopus Plocensis, oretur pro eo. Mortuus die xvj. April. Anno Domini, M. DC. XL.

D. O. M.

Memoriæque Stanislai Łubinski,
Episcopi Plocensis.

Cuius virtuti doctrinæque datum, vt postquam florentem ætatem non ociosam in Aula Sigismundi III. egisset, virilem senilemque honoratam duceret, Officijs Magistratibus Episcopali dignitate, quam ex regente Regiæ Cancellariæ, & Abbatiæ Tinecen. Administratore primùm in Ecclesia Luccoriensi, Regni simul Procancellarius, deinde in Plocen. gesit, nomenque Diui Stanislai Tutelaris fortitus, zelum, pietatem, religionem expresit, vtrobique Pastor vigilans, Religionis Catholicæ, & immunitatum Ecclesiæ acerrimus propugnator, pauperum & oppressorum asylum, grauis, prudens consilio, & eloquio promptus, veritatis & Patriæ amantissimus, augendique cultus Diuini studiosus. Hæc structa Templa, fundatum hic Psalteristarum Collegium, cætera dotata alibi, librique editi testantur, vt extarent lapidi incisa. Frater natu maior Matthias, Archiepiscopus Gnesnen. fecit, atque Sarcophagum monumento, quod in aduerso pariete Testamento ordinatum cernis, libens mœrensque addidit. Obijt Anno Episcopatus XIII. Ætatis suæ LXVII. Salutis, M. DC. XL. xvj. Aprilis.

D. O. M.

Reuerendus Dominus IOANNES SKALSKI, Canonicus Plocen. Præpositus Blonscen. dum Ecclesiæ, Ecclesiasticis, Amicis, naturæ, pauperum & subditorum huius Ecclesiæ Patronus, sobrius, continens Sacro Missæ Sacrificio, etiam itinerans non intermisso vixisset, mortales hic exuuias deponens, viuit sine morte vitam: pientissimo Patruo, Nepos ex Fratre, Vincentius Skalski, posuit. Vixit Annis 88. Mortuus 1632. die xviij. Decemb.

Reue-

Reuerendo Patri IACOBO BVCZACKI, Dei Gratia Epiſcopo Płoceń. vltimo hæredi Nobiliſſimæ & vetuſtiſſimæ illius Familiæ, in terris Podoliæ & Ruſſiæ, poſitum. Mortuus Anno Domini, 1541. die Veneris, 6. Decemb.

Rñdiſs. in Chriſto Patri & Domino, olim IACOBO BVCZACKI, Dei Gratia Epiſcopo Płoceń. Ioannes Oſtrowicki, Archidiaconus Dobrinen. in Eccleſia Præp. & Hieronymus Kraiowſki, Præpoſitus Puſtouień. Benefactori ſuo poſuerunt. Anno Domini, M. D. XL. IX. die Maij.

PVLTOVIÆ.

Reuerendus D. MATTHIAS KALECKI, Cantor Płoceń. Præp. Puſtouień. Canonicus Vilneń. Parochus Makouień. Secretarius Regius. Vir ſingulari eruditione, humanitate, munificentia in ſuos, & egenos. Vixit annis 87. Obijt penultima Decemb. Anno Domini, 1576.

D. O. M.

TVlbicius iacet hic, poſt triſtia fata ſepultus,
Vt virtutis amans, ſic pietate grauis.
Contentus tumulo hoc, nunc eſt & imagine picta,
Cui fortuna olim, cui decor omnis erat.
Ergo age quiſquis ades, ſi te mortalia tangunt,
Dic, viuat placidis ſedibus ille DEI.

Sepulchrum Reuerendi Domini NICOLAI SŁAWOGORSKI, Cancellarij, Vicarij in Spiritualibus, Officialiſque Generalis Płocen. Mundo valedico, Infernum deteſtor, dum ad cœleſtem Patriam tendo.

PAVLVS KALECKI à Mąkolin, Iurium Doctor, Abbas, Canoni-

Canonicus, Vicarius, & Officialis Płocen. Plebanus Lentouien. virtute genereq; Nobilis, hoc ſaxum, ſibi viuens, fieri fecit. Anno Domini, M. D. LXV. Nobile Stemma noſtrum Kotficz, anxiaque vita vale. Vixit LXX. Mortuus Anno Domini, 1573. die 13. Martij.

D. O. M.

Reuerendo IOANNI GLINSKI, Cancellario Poſnanienſi, Canonico Plocenſi, S. R. M. Secretario, antiqua Nobilitate inſigni, viro prudentiſsimo, candido, & eloquentia affabilique modeſtia prædito, Paulus Helkowski, Canonicus & Officialis Plocen. Executor Teſtamenti, mœſtus poſuit. Vixit Annis XLVI. obijt Anno Domini, M. DC. X. die xxvj. Menſis Septemb.

Tranſiens Viator oret pro eo.

D. O. M.

HIERONYMVS KRAIEWSKI,

Ex vetuſta Familia Cygnorum.

Præpoſitus Pułtouienſis.

Vir cum generis Nobilitate clarus, tum morum probitate & ingenio omnibus gratus.

Obijt Anno Domini, 1583.

D. O. M.

Dic Viator, dic ſpectator: Deus propitius eſto MATTHIÆ ZOŁTOWSKI, Sacræ Theologiæ Doctori, & in hac Eccleſia eiuſdem Profeſſori, Canonico, & Altaris Sanctiſsimæ Trinitatis, ad quod decumbit, & Capellæ S. Spiritus Prouiſori, ſub hoc ſaxo in puluere iacenti, quod mortalitatis ſuæ memor viuus fieri curauit, Anno Domini, M. DC. V. ætatis ſuæ LXV. Obijt Anno Domini, 1614. Menſis Decemb. die xiij. Vixit Annis LXXIII. Hebdomadis XIII.

D. O. M.

Rñdo BARTHOLOMÆO NISCZYCKI, Cancellario Plocen. Canonico Gneſnen. antiqua Nobilitate generis, candore, & probitate morum præſtantia, Albertus Sobiewski à Starozrzeby, Crac. Dobrinen. Archidiac. Secret. integer Amicus, poſuit. Anno 1560. Obijt Anno M. D. LVII. die xviij. Aug. hora x. vixit Annis LIII. dies xv. horas x.

D. O. M.

Reuerendus ANDREAS KOSINSKI, antiquiſſima, & priſcis adhuc Quiritibus honorata Cornicullariorum Gente Nobili, Canonicus, Vicarius in Spiritualibus, & Officialis Generalis Płocen. in Columnis hoc ſibi Monumentum poſuit, Anno Domini, 1611. Obijt die IX. Aprilis.

IOANNES WYRZYKOWSKI, Sacræ Theologiæ Doctor, Canonicus Płocenſis, Anno Domini, M. D. LVII. 1. die Maij.

WSCHEBORIVS PRZEDPELSKI, Canonicus Płocen. & Parochus in Brok, Rñdiſs. D. Eraſmi bonæ memoriæ, Epiſcopi Płocen. in Romana Curia defuncti, in Arce Puſtouien. quondam Scriba, hic ſepultus quieſcit. Obijt 1540. 11. Menſis Octob. ætatis ſuæ LX.

Jnueni portum ſpes & fortuna valete,
Nil mihi vobiſcum, ludite nunc alios.

Venerabilis D. ADAMVS KAWKA, Vicarius, & Vice-Cuſtos huius Eccleſiæ, mortuus Anno D. 1608. 25. Septemb.

Orate pro eo.

D. O. M.

Domino IACOBO de Biſkupice, præſtanti Philoſopho, Aſtrologo, & Medico, Cracouien. & Płocen: Canonico, & Archidiacono Louicien. apud Reges & Primores, propter Medicinam, & ſolertiam, & ſedulitatem gratiſſimo, in egenos & ſtudioſos benefico, Curatores Teſtamenti poſuerunt. Obijt diſſenteria, Annos natus LI. Anno D. M. D. LIII.

D. O. M.

Reuerendus D. STANISLAVS GRABOWSKI, eiuſque nominis eiuſdem Patruus, Canonicus Eccleſiæ Cathedralis Płocenſis, hoc tumulo quieſcunt, Anno Domini, 1602.

Sanguine

SAnguine iunctus, vterque cubant ſub marmore duro,
Queis & idem nomen, laus, honor, atque decus.
Vtrius & tumulus putredine membra debiſcit,
Quos arctus viuos fœdere iunxit amor.
Quiſquis ades, ſupplex promens de pectore voces,
Aſtripotens animis dic miſerere DEVS.

LOMZÆ.

Spectabilis ac Magnificus Dominus HIERONYMVS MODLISZEWSKI à Kraiow, Caſtellanus Małogoſtenſis, Lomzenſis Colenſiſque Capitaneus, vita functus, 1567.

D. O. M.

Memoriam ſui Reuerendus Pater D. BARTHOLOMÆVS BRVMIERSKI, Artium & Iuris Vtriuſque Doctor, Archidiaconus Plocen. & Sedę Epiſcopali, per obitum olim Rñdiſs. Patris, D. Ioannis Bielinski, eiuſdē Eccl: Plocen. Epiſcopi vacante, Adminiſtrator, poſteris ſuis, & ipſis morituris cupiens relinquere hanc imaginem cum ſaxo, & corpus ſuum tegente, viuus adhuc exiſtens, ad laudem & gloriam nominis ſui, ſignum ipſius miſericordiæ comparauit, & hoc loco conſtituit. Anno Domini, 1550. xxviij Ianuarij.

D. O. M.

Illuſtris ac Magnificus STANISLAVS de Kraſne KRASINSKI, Vexillifer primùm Plocen. tum Caſtellanus Ciechanouien. Sierpcen. Podlachien. Plocen. demum eiuſdem Palatinatus Palatinus, ac Capit: Blonen. quieſcit. Vir generoſi animi, vita pia, ac pacatis moribus, eloquentia & doctrina excellenti, & qui auream mediocritatem ſummum bonum eſſe iudicabat. Ad eius memoriam Magnificus Ludouicus de Kraſne Kraſinski, Capitaneus Generalis Plocen. Parenti ſuo chariſsimo, mœrens poſuit, Anno Domini, M. DC. XVIII. die 1. Aprilis.

LENDENSIA.

Magnificus GABRIEL ZŁOTKOWSKI de Zlotkowy, Caſtellanus Krzyuinenſis, vir ſingularis præſtantiæ, ac magnæ animoſitatis, de Repub. benè meritus, hic iacet, in hoc tumulo tectus, vnà cum chariſsima Coniuge ſua Dorothea Korczbokowna, cum qua duos filios, duaſque filias genuit, hoſque adultos, & in ſacris Matrimonijs locatos ambo viderunt, habentes annos ætatis ſuæ 74. obijt Anno 1574. requieſcit in Domino. Et in pignus ſui erga chariſsimos Parentes, filius Staniſlaus Zlotkowski, Caſtellanus Biechouienſis, hoc monumentum non ſine lachrymis poſuit, Anno Domini, 1597.

D. O. M.

Piiſque Manibus,

Illuſtris ALEXANDRI LVCII de Louencito,
Viri pij, pariter & eruditi.

Qui

Cum complures annos magna cum modeſtia & dexteritatis laude,
In Aula Diui Sigiſmundi III. Poloniæ & Sueciæ Regis egiſſet,
Et Secretarij Regij munus præclarè geſſiſſet.

Ingraueſcente ætate,

Godziſzeuienſibus Monaſterij Landen. bonis bello Suetico peſſundatis,
Reſtaurandis, ſumma pietate animum adiecit.

Et vltra

Quatuor nummorum aureorum millibus erogatis,
Duplo meliorem eorundem conditionem effecit.

Ac ita

Bonorum operum ſementem, quam in beata æternitate meteret,

Sanctè ſeminauit.

Anno demum

A Partu Virginis, M.DC.XXXIX. in Domino placidè quieuit.

Ac Landæ mortalitatis eius exuuias

Generoſus Iacobus Louenius,
Eius ex Fratre Nepos, mœſtus collocauit.

Hoſpes

Optimè meritæ de hoc Cœnobio animæ
Immarceſcibilem comprecare coronam.

D. O. M.

D. O. M.

Et gratæ Memoriæ,

Deodicatæ Virginis BARBARÆ MAGDALENSKA, Sanctimonialis Olobocensis, Germanæ suæ charissimæ, quæ duo de quinquaginta in vita, in Sacro Ordine Cistercien: XXXIII. annis exactis, phtysi consumpta, ab hac transitoria vita ad æternam feliciter, Anno Dñi, M. DC. XXX. euolauit. Ioannes Magdalenski, Abbas Landen. natura & ordine coniunctiss. erga hanc, Sarcophagum fieri curauit.

D. O. M.

Reuerendo Domino IOANNI WYSSOCKI de Budziflaw, Sedis Apostolicæ Prothonotario, primò Polon: Abbati Landen. Cantori & Canonico Gnesnen: Cracouien: Plocen: Lancicien: Crusuicien. &c. Sigismundi Augusti, Potentissimi Polonorum Regis Secretario: Viro prudentia, eruditione, Principumque Christianorum Legationibus atque amicitia clariss. cui duabus in Italiam Legationibus ampliss. absolutis, altera ad Paulum IV. Pontificem Max. altera ad Neapol: Regem, post traditum Ecclesiasticæ sepulturæ corpus Sereniss imæ Bonæ Sfortiæ Reginæ Polonorum, ad Regem D. Sigismundum Augustum redeunti, nimia in Remp. Polonam solicitudine curisque confecto, febri quartana immaturo, summo omnium dolore interempto. Stanislaus Wyssocki de Budziflaw, Fratri charissimo, pietatis ergo PP. Vixit Annis 37. mortuus Landæ, 6. Calend: Februarij, 1560.

Requiescat in Christo.

Rñdus D. IACOBVS GOSKOWSKI, Diuina prouidentia Secundus Abbas Polon: Monasterij Lendensis, viuens hoc monumentum sibi posuit. Anno D. 1560. Mense Ianua.

Agmina sicut ouis fulgebam sæua luporum,
Quos amat, & semper futilis Aula fouet:
Mitia nunc placidam mihi fata dedere quietem,
Hic vbi compositum tondeo, pasco gregem.

Anno 1531. Sub hoc saxo requiescit Gñosus IACOBVS BATHORZYNSKI, Miles Sepulchri Christi, Tribunus Posnanien. Confrater Ordinis, qui relictis omnibus, in hoc mortuus est Cœnobio.

Orate pro eo.

Piis Manibus.

Rñdiſſimi Domini IOANNIS GRZYMVLTOWSKI, olim Abbatis Lendeń: meritiſs. quem Anno ætatis ſuæ XXXIV. immatura mors poſt annorum XII. in Sacro Ordine Ciſtercień. exantlatos labores, beatæ æternitati, Anno Dñi, M. DC. XXVIII. die 11. Feb. tranſmiſit, ſucceſſor deuotus Frater, Ioannes Magdalenſki, Abbas Lenden. hoc fraternæ pietatis fecit apponi monumentum.

Epitaphium

Domini IOANNIS, Epiſcopi Lincopenſis,

Eximij Præſulis.

Ex annis certus de morte, X. de triplatis ſimul octo connumeratis hic, celebriq́ue loco vitam finiuit in iſto, qui fuit Oſgotus, exul ſine labe remotus, Regis Viuani Guſtaui Lutheriani.

CLODAVIENSIA.

D. O. M.

Nec non Sacroſanctæ B. M. V.

Vir ſpectatæ probitatis, Chriſtianæ Religionis verus cultor, defenſorq́ue Oppidi huius fidelis, rerum experientia, morum integritate, conſilij grauitate præſtans, Famatus D. LVCAS KONARZEWSKI, Parentibus probis, Ioanne Konarzewski, & Agnete Zelaka, progenitus, ob inſignem Maiorum amorem, & ſui perpetuam poſteritatiſq́ue memoriam, dedit, dicauit. Anno Domini, 1624. die 20. Menſis Auguſti, ætatis ſuæ 56.

Pro quo oretur.

D. O. M.

Et piis Manibus,

Illuſtrium Maiorum ſuorum SIERAKOVIORVM, IOANNI Palatino Lancicienſi, Capitaneo Przedecenſi. Proauo ſuo die 6. Martij, 1589. ætatis 91.

STANI-

STANISLAO Castellano Lenden. Capitaneo Przedecen.
Auo die 20. Decemb. 1596. ætatis 62.
IANVSSIO Castellano Przedecen. die 9. Ianuarij, 1613. ætatis 30.
Et MARTINO Castellano Inoulodensi, Capitaneo Przedecensi,
die 2. Septemb. 1621. ætatis 63.
Patruis suis Senatoribus digniss. vita functis, & hic sepultis.
Nec non Magnifico LVCÆ à Boguslawice SIERAKOWSKI, Castellano Lendensi, Stanislai filio, Parenti suo desideratissimo, priscæ fidei & antiquæ virtutis viro, in Prussia & Liuonia Commissario, Regalium in Regno lustratori vigilantissimo, in Reipub. negotijs assiduo, pio, felici, sincero, die 14. Ianuarij, Anno 1628. ætatis suæ 54. terris erepto, & cœlo recepto, hic condito, mœstissima filia Regina, in Boguslaw Comitis Ioannis Simonis Szczawinski, Capitanei Lancicienſis Coniunx,
amoris ergo F. C.

LANCICIENSIA.

Reuerendus MARTINVS à Sieciechow, ex Districtu Sandomirien. STRICOVIVS, in præmiam ingenij ac virtutis suæ, Laurea Baccalaureatus in Alma Crac: Academia ornatus, ad instituendam indolem circa Ecclesiam Collegiatam Lancicien: vocatus, post annos aliquot Presbyter & Vice-Præpositus creatus, Pastorale onus in Ecclesijs, Lancicien: & Vidauien. præclarè gessit, mox laborum suorum merito exigente, Canonicatu Lancicien. insignitus, munus Officialatus sub Rñdissimis prudenter egit post annos 68. in pietate, & virtutum splendore consumptus, quod mortale habuit, hic reposuit, & ad illam, cui toto corde seruiuit, lætus die 10. Septembris, Anno
Domini, 1629. migrauit.

Reuerendus D. MARTINVS KOCZOROWSKI, de Gente Rogala, à pueritia optimis moribus imbutus, adolescens factus, pietatis exercen. ac studiorum causa Lechiam peragrauit, deinde in Cancellaria Serenissimi Regis Poloniæ & Sueciæ Sigismundi III. non otiosus aliquot annos laudabiliter exegit, multis postea Principibus, æterna memoria dignis, ob præstantes virtutes carus, præcipuè Reuerendissimis, Hieronymo Rozdrazewski, Episcopo Vladislauiensi, à quo Romanæ peregrinationis Comes adscitus; & Alberto Baranowski, Archiepiscopo Gnesnensi, à quo non solùm Presbyter Ordinatus, & Crucis anteferendæ in Aula sua munere ornatus, sed etiam Can: Lancicien. & Præpositus Chroslinen creatus, vir taciturnus, grauis, & comis, modestus, & pius, qui vita functus in Chroslin, ætatis suæ Anno 63. Christi verò
Incarnati, 1625. Maij 17.

Reueren.

Reuerendus Dominus IOANNES MACIAZEK, Medicinæ Doctor, Custos Vniciouiensis, Canonicus Lancicien. hic requiescit, mortuus die 5. Decemb. Anno 1629.

D. O. M.

Illustri Domino
NICOLAO SCZAWINSKI,
In Subsko Hæredi,
Castellano Brzezinensi, ac demùm Lancicienſi.

Cuius

Amorem in Patriam, Res in bello Moschouitico, sub Stephano Rege præclarè gestæ, & Commissiones peractæ.
Dexteritatem Legationis ad exteros Principes, discordiarum moderationes, pietatem in Deum,, Templum hoc cum Monasterio à fundamentis erectum, bonisque abundè locupletatum, testantur.
Anno 1620. die 8. Maij, vita functo Patruo suo, ex fratre Nepos,
Ioannes Simon Sczawinski, Capitaneus Lancicienſis,
fieri fecit.

D. O. T. M.

IACOBVS de Sczawin in Ozorkow,
Palatinus Brestenſis,
Lancicień. Blonen. Gambinen. Capitaneus.

Simone Castellano Inoulodauiensi, Capitaneo Gostinen. Patre, & Annæ de Vchanie, Arnolphi Vchanski, Palatini Plocensis, Capitanei Vissogroden. filia, matre editus. Pueritiam in exteris nationibus, Adolescentiam in Aula Annæ Iagelloniæ Reginæ, Iuuentutem in Valachicis & Moldauicis bellis, ætatem virilem in obeundis grauissimis Reipub. functionibus transmisit. Primùm Succamerariatu, mox Capitaneatu Lancicienſi auctus, vtrobique nomen & famam meruit, repressa domitaque grassantium licentia. Præfecturæ & Ciuitati pacem restituit, Arcem Lancicienſem proprijs impensis refecit, amplamque & eminentem reddidit. Capellam hanc suis, & posterorum cineribus destinatam, à fundamentis excitauit, & censu perpetuo dotauit. Difficili tempore Reipub. iteratis vicibus, Marschalci dignitatem in Comitijs Generalibus Regni dextrè & laudabiliter peregit. Ob ea & multiplicia in Rempub. in Toga & Sago merita grauissimo, Sigismundi III. Regis Poloniæ iudicio, primarij in Palatinatu Brestenſi Senatoris fasces & dignitates adeptus, integerrimus partes abundè adimpleuit. Ingruentibus verò retroactis annis, in Russiam

siam Tartaris splendidam Equitum turmam stipendijs proprijs, Præside Ioanne, Capitaneo Lancicienſi, primogenito ſuo, infeſtis ſignis obiecit. Idem Patriæ ſubſidium contra Guſtauum Adolphum Pruſsiæ oram annis proximis infeſtanti, geminatis vicibus tulit. Poſt arduo Tractatuum pacis negotio Commiſſarius delectus interfuit, eamque funeris functionem pro Regia & Reipub. dignitate præclarè obiuit. Plenus dierum & diuinæ benedictionis, gloriæ ac nominis ſatur, dum Nepotes ex filijs, & filiabus ſuis, primæ Coniugis Annæ à Karnkow ſuſceptis, ſenectæ ſuæ ſolatia videt, ex communi fati lege, inter amplectentium manus, magno Coniugis, Liberorum, totiuſque Familiæ mœrore eripitur in Sczawin, auita Maiorum ſuorum ſede, v. Febr. 1637. ætatis 60. Sophia à Warzywow, Illuſtris Domini Michaëlis Sokolowski, Caſtellani Goſtinen. Capitanei Breſten. & Rogoznen. filia, mœſtiſsima Coniunx, amoris ergò fieri curauit.

IOANNES SIMON SCZAWINSKI, Caſtellanus Breſtenſis.

Militia domique clarus, Magnæ Familiæ decora factis cumulauit: candidus apertuſque animus, vbi parere didiciſſet, conſulere Patriæ meruit. Senatoris officium extra impetum generis, generoſitate ſua vti ſe ſcire oſtẽdit, aſſuetus imperare ſibi cupiditatibus alienis obſequi neſciuit, ambitionem mediocritate eluſit, nuſquam memor eorum, quæ ſuiipſius faciũt obliuiſci. Ita maieſtatem temperauit, vt humaniſsimus optimuſque extiterit, vt ſincerè blandus omnibus amare nouit, non hamare: tam Regi Regnoque, quàm Religioni, & Deo proficuus.

Obijt Anno Domini.

Jn Drobnin.

ALBERTVS KRYSKI.

Sigiſmundi II. Regis Poloniæ Aulicus, Succamerarius Plocen. Dobrzyn. & Mlauen: Capitaneus, Patricius Polonus, iuuenis decorus, ac pulcher, generis Nobilitate, ac Maiorum ſuorum claritudine, & virtutibus ſuis illuſtris, Philoſophia, ac Iuris ſcientia, linguarumq; multarum peritia clarus, in Diſputationibus doctorum hominum acutus, & diſertus, natura & arte eloquens, pauperum & oppreſſorum adiutor, iuſtitiæ & publici boni amator, qui Legationibus ad Pium III. Papam, ad Cæſarem Romanorum, ad Hiſpaniæ Regem Philippum bis, ad Angliæ Regem, ad Margrabium Brandeburgen. ex diuinitate perfunctus cùm eſſet, ſe quoque ad Rempub. rectè adminiſtrandam pararet, ampliſsimoſque Magiſtratus ſibi promiſſos à Rege expectaret, maturo fato, cum ingenti hominum dolore, ex humanis ſublatus eſt, 24. Nouemb. Anno 1566. ætatis ſuæ 33.

Hic iacet Venerabilis MICHAEL PAPLOWSKI, Canonicus, Generalis Vice-Decanus, & Officialis Lancicien. Vir magnæ pietatis, & deuotionis, egenos & pauperes in domum suam recipiens, ipsosque cooperiens. Vixit annos 79. mortuus est Anno Domini, 1596. die 20. Maij.

Oretur pro eo.

Hoc exiguum opus, ad laudem & Honorem Dei Optimi positum est, à Famato D. ADAMO BĄKOWSKI, iuxta sepulchrum germani sui Rñdi D. Alberti Bąkowski, Canon: Lancicien. Viri moribus & consilio grauis, qui in fata concessit.

In Sieciechowice.

D. O. M.

Venerabilis ANDREAS KRZESZOVIVS, Ecclesiæ Sieciechou, Annos circiter XXX. Vicarius, quidquid peculij, tum labore proprio acquisiuerat, tum à Reuerendo Patruo suo Matthia, eiusdem Ecclesiæ Parocho, Testamento legatum acceperat, totum in erectionem Præbendæ, & alia charitatis officia proprijs manibus erogauit: hinc omnibus charus, nulli molestus, spiritum, quem à Deo acceperat, eundem illi lætus, quia pridem mori didicerat, minor Sexagenario, x. Martij, Anno Domini, M. DC. XLVIII. reddidit.

D. O. M.

GENEROSO MARCO MINOCKI

Hexastichon.

MAgnifica effigies Generosi facta Minocki,
Marci præsentat Lector amice tibi.
Magnus Vir, Christi cultor, virtute refertus,
Multa multorum norma modusq; fuit.
Exanimum hic corpus iacet, immortalis ad astra
Spiritus abscessit, præmia magna tulit.

Genero-

Generosa Zophia de Mąszyce, Consors secundi Matrimonij mœstissima, gratitudinis & amoris ergò, monumentum hoc poni curauit. Mortuus in Domino, Anno 1632. die 7. Martij, ætatis suæ Anno 68.

LVBLINENSIA.

Epitaphium
SEBASTIANI ACERNI,
Poëtæ Præstantissimi.

COrpore dum viuo, meditabor mente sepulchrum,
Corpore dum moriar, mente superstes ero.
Et licet extinguar, lumen mihi reddet IESVS,
Sic mihi mors lucrum, sic mihi vita mori est.

Cura Sebastiani Kaiek, Ciuis Lublinensis, Consanguinei defuncti P.

D. O. M.

Generosus IOANNES de Lędo LĘDZKI,
Nobilissima vtriusq; Parentis Prosapia ortus.
Magni olim Lucæ de Lędo Lęcki, nec non Polexina Kochanowska, olim Generosi Petri de Czarnolas Kochanowski, Tribuni Terræ Sandomirienſis, Sarmatici ortus Poëtæ Celeberrimi filia,
non degener filius.

Qui

Ingenio ad omnia summa natus, artium tam Togatarum, quàm militarium peritiâ non vulgari ornatus, summo pollens iudicio, auitos honores

Meruerat.

Quos & facilè adeptus fuisset, nisi virtus illius fortunæ esse supplex non erubuisset.

Cæterum

In omni vita id vnum egit, vt & Patriæ vtilitati nunquam deesset, & omnes homines, cuiuscunque status forent, humanitate ac beneuolentia deuinceret, qui serum ei reditum ad natale cœlum optarent; sed non est passa

Tantum Virum
Diu durare inter homines ineuitabilis Fatorum
Neceſſitas.
Cùm enim multorum annorum tempore, variorum morborum genere conflictatus eſſet, tandem die 6. Martij, Anno Domini, 1653. ætatis 53.
Mortalitatis exuuias depoſuit.
Quem
Non ſine obortis lachrymis, mœſtiſs. filius, in hoc depoſuit conditorio.
Vale Lector,
Et vt moriens, ſemper viuas.
Viue,
Vt ſemper moriaris.
Valete Amici.

D. O. M.
GENER: STANISLAVS à Ziolkow ZIOŁKOWSKI,
Eques Polonus,
Vir ſtrenuus,
Ciuis Patriæ optimus,
Fortiſſimus in bello miles annis pluſquam viginti.
Vbi
Præmium non accepit aliud niſi vulnera,
Æquo tamen animo,
Quia
Pro Patria cariſſima.
Eius fortitudinem Romanus Rozinius perſpexit.
Illuſtriſſimus Dux Michael à Wiſnowiec probauit.
Patria vidit, Tartarus ſenſit, quamque Turca ſemper exhorruerit,
Dixiſſet Iacobus Potocki. Et Balaban eius Rothmagiſtri.
Si hactenus ſuperuixiſſent.
Pacem deinde amplexus ita coluit,
Vt
Nemini moleſtus, omnibus carus eſſet.

Sola

Sola duntaxat mors eius, omnibus fuit acerba.
Diem suum obijt Anno Domini, 1644.
Ætatis verò suæ Anno 44.
Mœsta Coniunx, cum vnigenito filio suo, posuit.

Hic iacet
NICOLAVS ZORAWSKI,
E Nobili Familia Zorauiorum,
Districtus Sochaczouiensis
Oriundus.
Qui
A primo ætatis suæ flore,
In Academia Cracouiensi studijs vacans,
In Artibus Liberalibus & Philosophia
Prima laurea Anno 1581. decoratus,
Lublinum concessit.
Vbi publico Notariatus Officio
Per annos viginti & amplius functus.
Tanta integritate vitæ, & morum probitate extitit,
Vt ab omnibus nomen Aristidis mereretur.
Ac ipsi, & benè nasci, & benè viuere, & benè mori,
Anno 1624. die 18. Iulij, contingeret.
Lector qui transis,
Fœlicitatem æternam apprecare.

D. O. M.
VIATOR,
Via hæc, quam calcas, mortis est.
Hàc itur ad tumulum, qua incedis.
Subsiste
Monumentum hoc, quod te tuæ, & alienæ moneat mortalitatis,
Intuere hic
Perillustrem & Magnificum Dominum
MIECISLAVM MLECZKO,

Capita-

Capitaneum Mielnicenſem,
Sacræ Regiæ Maieſtatis Aulicum mors depoſuit.
Quàm magnum Virum, quàm parua concluſit vrna?
QVEM
Ab ipſa pueritia virtus in ſuis nutriuit vlnis.
Aula duorum Principum, Sigiſmundi III. & Vladiſlai IV. Pol: Regum,
propter raram amauit & detinuit indolem.
Contra Guſtauum
Mars in expeditione Pruſsica exercuit ſtrenuè deſudantem.
Ille hîc
O magnis ſemper inuidam ſucceſsibus humanarum rerum viciſsitudinem!
In medio vitæ, virtutis & honorum curſu concidit,
Sed non occidit.
Ferre caſum ſed non occaſum virtus poteſt.
Non eſt illi locus in loculo, nec manet inter Manes.
Auitæ Religionis zelus, quo ſemper caluit: in Patriam pietas, quam vitæ & bonorum impenſis ſæpè tutatus eſt; in Principes fidelitas, quam per annos triginta circiter in Aulis probauit. In Amicos candor, qui rarus Aularum hoſpes eſt; in ſubditos lenitas, in egenos munificentia, in omnes humanitas.
Hic illum immortalem faciunt, vbi ille exuit mortalitatem.
Abijt non obijt, Anno ætatis ſuæ 42.
A Partu Virginis, 1646. die 22. Iunij.
Apprecare Pijs Manibus æternitatem Lector,
Et tuos tibi computa annos, nam & tu ſequeris abeuntem.

D. O. M.
STANISLAVS à LENDO LĘDZKI,
A claritudine generis magni illuſtris,
Egit dum viueret illuſtrior, vt eſſet à virtute
Dignum altis natalibus pridem agnouit Patria.
Cui prope adoleſcenti, ſub Interregnum præſidium ſuæ ſalutis credidit.
Cùm Præfectum cohortis nuncupauit Prouincia Lublinen.
Matri cariſſimæ, Germanis amantiſſimis,
Supra ſui deſiderium, dolorem neque breuem, neque vnum reliquit, ereptus ante vitæ, quam de Patria, quantum voluit, mereri potuiſſet, hic non in alio ſuperſtes, quam in memoria carorum, dedit tamen quod viuens fecerat ſolatium, relictis Gentilitiæ virtutis laude & exemplo.

Ætatem

Ætatem Annorum XXXV. commutauit æternitate, à vita
celibe ad cœleſtem vocatus.
Sperare licet, cùm ſpei Chriſtianæ argumenta dederit,
Vita innoxia, mortem ſanctam.
Anno à Partu Virginis, M. DC. XLIII.

D. O. M.
Viuam Imaginem
SANCTISSIMÆ TRINITATIS,
Nobili & antiquâ Poloni generis ſtirpe efformatam,
Ternis
Intellectus, Voluntatis, Memoriæ,
Picturis.
Puer innocentiæ, Iuuenis verecundiæ, Vir animi magnitudine,
Grandæuus naturâ, conſilij, dexteritate.
Quid multis?
Summâ in Deum & Patriam pietate,
Reſignata in vtrumque voluntate,
Amicis & vicinis ſingulari in rebus arduis obſequio,
Virtutum ſcilicet coloribus
Decoratum.
Hic
Relicto mortalitatis ſuæ exuuio,
Æterno rerum omnium Pictori Chriſto IESV,
Sanguine illius pretioſo poliendum.
DEO VNI TRINO,
Matri Virgini MARIÆ,
Diuis Cœlitibus,
Dum frequens populus in Caſtro Lublinenſi, diem Dominicum
SS. TRINITATIS, ad ædes illi ſacras,
ſolenni ritu celebrat.
Dum vota Deo vouentur,
Æternùm vouit
Generoſus D. IACOBVS à Poniatow PONIATOWSKI,
Vice-Capitaneus Lublinenſis.
Anno Domini, 1639. die 19. Iunij, ætatis ſuæ 50.

Cui

Cui

Tanti Patris non degener filius, Generosus Ioannes Poniatowski,

Hac testudine

Moris & amoris reliquit ornamentum.

Testamentum

Tanti Patris virtutibus non degener filius, Generosus Ioannes Poniatowski, dedicauit.

D. O. M.

Illustris ac Magnificus Dominus,

D. IANVSSIVS TYSZKIEWICZ,

Palatinus Kiouiensis,

Zitomiriensis, &c. Capitaneus.

Arte, Marte, Prudentia, Pietate conspicuus.

Vir ab adolescentia bellicosissimus,

SENATOR

Erga Patriam meritissimus, pro Domus Dei decore,

Ac Sanctissimæ CRVCIS Honore,

Heros Munificentissimus.

Benefactor

Conuentus Lublineń. Ord: Prædic: amplissimus.

Anno Domini, 1644.

D. O. M.

Virtuti, Gloriæ, Æternitati,

Generosi & Magnifici Domini

LVCÆ de Lędo LĘDZKI.

Qui primæ ætatis decus,

Literarum cultura, exterarum Nationum moribus,

Illustrium Procerum consuetudine,

Regiæ Aulæ splendore illustratum, in spem Patriæ excitauit.

Sæculi virilis laudes,

Patriæ amore, Sacræ Regiæ Maiestatis obsequio, Amicorum ornamento, generis sui gloria illustrauit.

Maturioris æui gloriam

Constan-

Constantia in fide Romana retinenda, ac propaganda pietate in Superos, liberalitate in egenos, in Templa & Xenodoxia, Religiososque Ordines, munifica beneficentia, intra honorem despicientia ampliauit.

Exactorum denique annorum lucem

Ardore Diuini amoris mirifico, cœlestium desiderio incredibili, virtutum denique contentione Heroicarum eximia,

Anno Christi, 1629. ætatis 67. Feb. 2.

D E O,

Et Æternitati commendauit.

D. O. M.

Generosus Dominus,

D. HIERONYMVS de Obory OBORSKI,

Hæres in Debołow.

Vir

Non minus sui Illustris generis Nobilitate adornatus.

Quam virtutum aceruo cumulatissimus, in liberalitate & humanitate nemini secundus, in scientia ac experientia rei militaris peritissimus.

Qui totam pænè vitam suam

In expeditionibus bellicis, tum Liuonicis, tum Moschouiticis, (regnante tunc Serenissimo Sigismundo III. Iagellonide) non sine magna vsura famæ, & gloriæ sui nominis, ac totius suæ inclytæ Familiæ,

pro amore Patriæ transegit.

Modo iam ætatis suæ annum 53. dum finiret 4. Nouemb.

Examinatus fœliciter obdormiuit in Domino.

Cui proles mœstissima, amoris ergò, hæc inclyta insignia monumento perpetuo exposuère.

Anno Domini, 1634.

D. T. O. M.

Ac Piis Manibus,

Illustris olim ac Generosi Domini

IOANNIS de Sielnica SIELNICKI,

Consecratum esto.

Qui

Claris ortus Natalibus, Maiorum suorum gloriam non inglorius ipse

Auxit.

Et fide Orthodoxa, bello, pace, multarumque virtutum splendore
Luxit, dum vixit.
O mors inexorabilis frustra triumphas!
Quia
Raptum non rapuisti, de memori pectore, & ore, & amore
Familiæ.
Subditis, egenis, omnibus,
Quin etiam
Extinctus lucet, sublatus manet, humatus viuit,
Genere, Fama, Virtute.
Lector abi,
Mirare & imitare.
Vixit Annos 42. Anno Domini, 1631.

IOANNI KOCHANOWSKI,
Gnesnensi, Cracouiensi Canonico,
S. Regiæ M. Secretario.
Atque Eremiano Kochanowski Fratribus,
Quorum mentes ex hac mortalium statione in cœlestem Patriam
Vitam sine morte victuræ
Lublini excesserunt.
Exuuiæ autem hic depositæ, piorum depoſcunt suffragium.
Obierunt
Ille quidem Anno Domini, 1613. die 16. Iulij.
Hic autem Anno D. 1604. die 13. Octob.

D. O. M.
ALBERTVS OCZKO,
Alberto Oczko, Maiorum, & proprijs imaginibus, Sereniss. DD. Sigismundo Augusto, Stephano, ac Sigismundo III. Poloniæ Regum,
Archiatro ac Secretario.
Pio, Prudenti, Magnanimo, Æquabili, & Benefico.
Vincentius Oczko, Medicinæ Doctor, Canonicus Gnesnen: Louicien.
Patruo & Benefactori merentissimo, F. C.
Vixit Annis LXIII.

Fuit

Fuit Principibus Viris, ob multiplices virtutes, facundiam, in sermone linguarum peritiam, gratissimus & acceptissimus.

Colloquium Viatorum Cœli.

V. *Lumine transfixum mucronem lucro sagitta,*
Lector quid referunt hæc duo signa mihi.
L. *Prisca propago Theodorus Vstrzycki à te vocatus,*
Mortuus hocce sacro condidit ossa loco.
V. *Cynthia cur iaculo stellisué decora coruscat*
L. *Mores, ac vitam cum pietate notat.* (cernur,
V. *Forsan eget precibus?* L. *Sic.* V. *Voce Deum ambo pre-*
L. *Vtinam Christi pace fruatur.* V. *Amen.*

Anno Domini, 1609.

Generosus Nobilis STANISLAVS de Troianow TROIANOWSKI, Generosi Domini Martini Troianowski, Capitanei Stęzycensis filius, Aulicus S.R. Maiestatis. Vir de Republica benè meritus, qui cùm primam ætatem, in Aula & Castris, egregiè & laudabiliter insumpsisset, reliquum ætatis suæ in pace, bonisque operibus exegit, Capellam hanc S. Iosephi, suo sumptu erexit, dotauit, & ornauit.

Obiit

Anno Domini, 1615. die 1. Maij, ætatis suæ 60.

ADAMVS ZYDOWSKI,
Vita decedens, morti accedens,
Vnde rediuiuus surgeret.
Hoc viuus monumentum sibi fieri curauit,
Quo moneretur ipse, & omnes,
Quam totus homo nihil est.

Anno Domini, 1640.
Mense Augusto.

IDEM.

Vt moriens viueret, vixit vt moriturus,
Tandem meliorem victurus vitam demigrauit.
Anno Domini, 1653. die 24. Martij.

D. O. M.

Vir Clarissimus Dominus
STANISLAVS LIECHANSKI,
Consul Lublinensis,
Cœnobij huius FF. Carmelitarum Discalceatorum
Fundator munificentissimus,
Templi ac Hospitalis Lublinen. S. Spiritus Instaurator,
pauperumque tutor & Patronus.
Spiritum reddidit,
Anno Domini, M. DC. XX. Mense Iulio, die IX.
Ætatis suæ LXV.
Quod verò mortale habuit, firma ad immortalitatis gloriam
remeandi spe in hoc templo condi voluit.

D. O. M.

Hoc in monumento Honesta
DOROTHÆA CHOWISZOWSKA,
Vxor Spectati ac Famati D. Dauid Lauerman.
Consulis Lublinensis
Requiescit.
Obijt Anno Domini, 1631. 15. Aug.
Et in eodem tumulo, D. Ioannes Lauerman, eodem anno,
V. I. & Medicinæ Doctor, requiescit.
Obijt Anno Domini, 1648. die 30. Martij,
Ætatis suæ 36.

D. O. M.

Hoc tumulo PAVLVS KARSKI, Gnesneñ. Posnanienſis
Canonicus, cineres mortales depositi, quem cùm multæ virtutes,

quas

quas in vita possederat, commendarent; tum Sacerdotalis pietas cũ studio, de Eccl. bene Dei merendi, coniuncta apprimè exornauit, sed omnia humana sunt incerta. Accessit casus mortalis, qui ex Iudicijs Tribunalitijs, pro bono iustitiæ Lublini excubantem, ad iudicium æterni Iudicis traxit. Anno Domini, 1646. 4. Augusti, ætatis 66.

D. O. M.

PETRVS ego FIRLEY annis spectatus & æuo,
Extinctus senio, condor in hoc tumulo.
Tota Palatinum raptum me Russia luget
Mœsta, suum lachrymis prosequiturq́ suis.
Patria seu pacem tractat, seu Martia castra,
In me consilij summa caputq́ fuit.
Dissuasi vacuum causis & inutile bellum,
Vtile cùm sensi, primus in arma rui.
Experti mea tela Scythæ, Moschiq́ superbi,
Orsa vbi subiectos flumen inundat agros.
Pannonium ad Regem deicto nuncius hoste,
Captiuos duxi, Martia dona Duces.
Struxi Templa Deo, statuiq́ Altaria Diuis,
Plurima sic superum sedula cura fuit.
Adde duas Arces, quarum hæc ad fluminis Apri,
Altera d'Istulteas ardua surgit aquas.
De Dambrowica, quæ gestor nomen auitum,
Mascula progenies trina relicta mihi est.
Artibus instituì, quam belli & pacis amicæ,
Patria de vnius funere fœnus habet.

D. O. M.

Illustri & Magnifico Domino,
D. NICOLAO FIRLEY
De Dąbrouica,
Castellano Cracouiensi,
Supremo Exercituum Regni Capitaneo.
Petrus de Dąbrowica, mœstus filius, posuit.

MOle sub hac NICOLAVS ego FIRLEIVS iniquis
Ereptus Fatis iaceo: Casimirus in Aula

Regali

Regali iuuenem primis me eduxit ab annis,
Albertus mihi ferre dedit Mauortia signa.
Ad Bukouinum steterat cum triste Valacho,
Bellum inferre truci: Friderici ad Cæsaris Aulam.
Inde ego Legatus in magno de fœdere mittor,
Bisq; adeò Turcas de rebus Nuncius ijsdem.
Rege ab Alexandro visus, pacemq; reporto,
Dein me Lechiades Ductorem Sarmata vidit.
Rege Sigismundo, & medijs data iussa Polonus
Audijt in Castris, mox nostro Prussia ductu,
Et virtute viri, Regni pons facta Prussia ductu.
Quid memorem toties fusos Moschosq; Scythasq;.
Heu nisi quod Scythica fili Nicolae sagitta
Victus orbis, nostro dum munere fungeris audax.
Orasti Patrem, atque arcis primus arrha Sokale,
Nec Patris infælix moriemtis lumina claudis.
Præstitit hoc Petrus Frater, corpusq; sepulchro
Condidit, æthereas repetuit spiritus arces.

Epitaphium
NICOLAI FIRLEY
Socalien. pugna à Tartaris interempti, &c.
Per Andream Cricium, Episcopum
Premislienſem, &c.

SI quem pro Patria, pro Religione, Viator
Inq; armis pulchris Fata subire putas.
En tibi magnanimum iuuenem, sic fortiter actum,
Et dignum Hectorea conditione legi.

Clara Palatini Soboles Firlegia Proles,
Inclyta, & insignis digna propago Patris.
Communem in pugna cecidit tutando salutem,
Cum numero inuicti præualuêre Scythæ.
Funderuntq; suo multo cum sanguine robur,
Militiæ ac rarum nobilitate decus.
Fœlicem iuuenem cœlesti sede locatum,
Marte pio, & cuius fama perennis erit.

D. O. M.

Illustri

Illustri antiquo Columnarum Sanguine,
D. MARTINO de Obory LESNIOWSKI,
Cuius humanas spes inuida sed pia sanctaque mors succidit,
Anno Domini, M. DC. XXVIII. xj. Septemb.
Ætatis suæ 35.
Illustris Catharina de Barissow mœsta, hanc marmoream
amoris Coniugalis posuit memoriam.

Sanctæ & Indiuiduæ Trinitati,
D. O. M.
Si cupis cognoscere ô Hospes,
Quem Virum aut Heroa saxum hæc tegat,
Cuius virtuti signum hoc militet.
Quis gemitibus & suspirijs æternis ceu cupressis inuisis funus adornet.
Siste gradum,
ANDREAS de Drohoiow DROHOIOWSKI,
Ex antiqua & Nobilissima Korczakorum de Bozydar
Oriundus Familia.
Patre Christophoro Drohoiowski, Stanislai Castellani Premisl. filio.
Matre Catharina de Kurozwęki filia, Andreæ Castel: Vielun.
Gente Poray genitus.
Qui
Dum Maiorum suorum facta memoranda, insignia in Rempub. merita, sine exemplo in Amicos officia, æmulis virtutibus æquat, in ipso ætatis flore fatis excessit, ereptus solo locatus cœlo.
Quem
Puerum humaniora studia, Adolescentem variarum gentium solum & salum, Iuuenem bella Prussica, Turcica, Scythica,
Virum leges & mores patrij,
Vigilantem, Diligentem, Fortem, Prudentem,
Speculatorem, Cultorem, Militem, Ciuem,
Habuerunt, viderunt, experta sunt, senserunt.
H V I C.
Pro literis, quæ facta eius referent, sint cicatrices, pro mercede
fama & gloria perennis.
Vade Hospes,
Et quæ sit mortalium sors mortalis, & ipse cogita,
Elisabeth de Tulimi Hornostaiowna Drohoiowska, antiquæ
& Nobilissimæ Hornostaiorum Familiæ

Vltima

Vltima Sospes, mœstissima & optima
Coniunx,
Dilectissimo, Charissimo, Optimo
Marito,
Æternum infandi mœroris, testandi amoris, monumentum posuit.

D. O. M.
Et Memoriæ Sempiternæ,

ABRAHAMI de Zbaszyn ZBASKI, Stanislai de Zbaszyn, & Helenæ Constantiæ Przyiemiæ, filij primogeniti, generosæ indolis, magnæq; spei & expectationis Adolescentuli, qui postquam sub ipso insurgentis ætatis flore, Maiorum suorum, Natalium splendore illustrium, vestigijs gnauiter insistens, præclara, & citra ætatem matura ingenij ac virtutis, quâ omnium animos, in summum sui amorem & admirationem rapiebat, inprimis autem pietatis in Deum, modestiæ ac obseruantiæ Parentibus, Cognatis & Amicis debitæ, edidisset specimina, ex hac tristi miseriarum valle, ad amœna cœlestium gaudiorum palatia transmigrauit.

D. O. M.
Nobilis & antiquæ Prosapiæ Eques,
Magnificus Dominus
NICOLAVS à Mocary MOCARSKI,
Districtus Visneń veteris Clenodij Lada armatus,
S. Regiæ Maiestatis equestris exercitus
Præfectus.

Fide Romana benè eruditus, bis Moschorũ rebellem strenuus expugnauit.
Pro Ferdinando II. Imper: Rom. contra Gabrielem Transyluaniæ,
& Fridericum Rheni Palatinos, hostes acriter decertauit:
Ad Chocimum contra Osmanum in acie impauidus stetit.
In Prussia magnus terror, & ingens pauor
Gustaui Sudermanorum Principis
Fuit.
In finibus Patriæ vigilans acerrimus defensor.
ET
Cuius cùm laborem vbique Mars exercitus Respub. miratur industriam,
mors lentè aggreditur. A Cosacorum rebellium vesana turba ad
Villam Kumeyki lethaliter confossus.

D.O.M.

D. O. M.

M. M.

ET

Cineri forti,

Hic in cœlo virtute maturâ teſte poſitæ animæ,
Generoſi ac Nobilis Domini
HIERONYMI de Białobrzegi BIAŁOBRZESKI,
Tribuni Radomienſis.

Marti & virtuti natus, ſemper ijſdem vixit, pueritia eius ſpes erat & votum bonorum, Adoleſcentiam Mineruæ enutriendam libens dedit, ſciens Martem doctum meliorem. Mineruæ campo, palmari ſuperato paſſu.

Vir

Tranſijt in Martium, in quo vix apparuit, Triarius factus, vt vulneribus opponens corpus, illæſam ſeruaret Patriam, & fundens ſanguinem, poſteris ad gloriam ſua relinqueret veſtigia. Magni roboris magnos habet teſtes, Moſchouiam totam cum Vladiſlao IV. Polonorum Rege, toties Turcas & Tartaros cum præſidijs annuis Poloniæ, tantam virtutem Aula Sigiſmundi III. Marti rapuit, quam Ænea Athenienſium Leæna annulo ſigillari non indiguit, vt olim Hephæſtion Alexãdri, ſecuriorem ſe credens, ſi altius non aſcendiſſet, Aulam deſeruit plenus gloriâ, & meritis in Patriam, reliquum vitæ, non tam quieti dedit, quàm Amicorum, ſuorumque commodis, ac pietati, quibus, heu dolor! gratâ ſui in poſteritate relictâ memoriâ. 6. Ianuarij ianuas Æternitatis fælices ingreſſus inclamans omnes: *Cras tibi.*

D. O. M.

Illuſtris olim & Magnifici Domini,
ERASMI DOMASZOWSKI WIDLICA,
Præfecti Stabuli Regni, & Capitanei Lukouień.
Viri vetuſtate Familiæ, tam gloriæ quàm meritorum, in Reges & Rempublicam præſtantia conſpicui.

Qui ſub Diuis

Stephano, & Sigiſmundo III. Regibus, in Moſchouia ſtrenuè militauit, plurima ſpecimina fortitudinis, ac virtutis bellicæ edidit, auctuſque fortunis, beneficio ex iudicio Principis cohortes militares proprijs ſumptibus, in fines Regni contra Paganos, & in Pruſsiam contra Guſtauum, ſæpiùs duxit, ac alia, optimi Ciuis rectè Patriæ cupientis, munia cum laude ſua executus eſt.

Ob quas virtutes

Regibus charus, ab ijs minoribus terrarum officijs primùm exornatus fuit, poſtmodum Capitaneatus Lukouienſis, Vice-Præfectura, ac demùm Præfectura ipſa auctus, reliquum vitæ, in pietatis, & liberalitatis exercitijs exegit. Patres Bernardinos Łukouiæ fundauit, ac ita vixit, vt nec pietati, Regibus, Patriæ, & Amicis defuerit.

Tandem

Plenus annorum exactis 80 & ampliùs, obijt Anno D.

C V I

Generoſus Daniel Izycki, Secretarius Regius, quem vnicè adamauerat, ſuiq́ue ſanguinis, ac bonorum ſucceſſorem eſſe voluerat, cum Coniuge ſua Conſtantia Domaſzowska, perpetuum pietatis in Defunctum Parentem, monumentum poni curauerunt.

D. O. M.

ABRAHAMVS de Łachowce SIENIVTA,

Vir,

Qui ingenio ad omnia ſumma nato, Artium tam Togatarum, quàm militarium peritia non vulgari, iudicio planè admirabili, auitos honores memorat, quos & facilè adeptus fuiſſet, niſi virtus illius fortunæ ſupplex fieri erubuiſſet.

Cæterum

In omnî vita id vnum egit, vt & Patriæ vtilitati nunquam deeſſet, & omnes homines cuiuſcunque ordinis forent, humanitate ac beneficentia ita ſibi deuinciret, qui non ſerum ei reditum ad natale cœlum optarent.

Sed prôh dolor non paſſa eſt

Tantum Virum

Diu durare inter homines ineuitabilis fatorum

Neceſſitas.

Cùm enim propè per annum, cũ vario morborũ genere conflictatus eſſet, Tandem Catharro ſuffocatiuo Podolinciæ Oppido Scepuſiano,

Quo

Acidularum cauſa abierat, die 8. Menſis Octob. Anno Domini, 1632.

Extinctus.

In hoc

In hoc Conditorio

Vbi Coniugem ſuam hoc ipſo anno, non ſine lachrymis tumulauerat, mortalitatis ſuæ exuuias depoſuit, cùm vix XLV. annos viuendo, in terris exegiſſet.

Vale Lector,

Et vt moriens ſemper viuas, viue vt ſemper moriturus.

Valete Amici.

D. O. M.

Piis Manibus,

Magnifici ac Generoſi Domini

STANISLAI de Gorſkow GORSKOWSKI,

Qui momentum vitæ,

Quod omnibus natura conceſsit vitâ, moribus, virtute, extendens nobilem iuuentam Aulæ Stephani Bathorei, firmam ætatem militiæ, ſub eodē bellicoſiſsimo Rege, maturos demùm virtutibus ac grandæuos annos, amori Patriæ, Reipub. integritati, Ciuium ſaluti, obſequio honori, boni Nobilis officio, vbique functus impendit, virtutibus inſtruxit, morum integritate ornauit. In ſacra ac æterna omnibus incubuit, Religionis Orthodoxæ conſtantiſsimus quoad vixit cultor. Tandem mortis ineuitabili vrgente rotâ, ſeptuageſimum attingens annum, Sacramentis Chriſtiano more ritè munitus, 18. Ianuarij, Anno Domini, 1638. corpore ſolutus, mœſtum ſuperſtitem filium, lachrymoſam terris reliquit filiam.

Dignus,

Cui mœſtus ſuperſtes alius, hoc pignus amoris, æternitati erigeret monumentum.

DEO VNI TRINO,

Pijſque Manibus dicatum,

Qui tranſis ſiſte,

Et hic quieſcenti condole,

Quieſcit vt reſurgat.

Magnificus D. PETRVS ZORAWSKI de Zorawice,

Antiqua Proſapia progenitus,

Orthodoxæ fidei ab incunabilis deditus, vita & moribus Deo gra-

tus, omnibus affabilis, nemini moleſtus, Reipub. bonus Ciuis, quem Valachia ſub Rege Stephano Sago celebrem vidit, & admirata eſt, nunc tandem ætatis ſuæ 64. Martij vj. fæliciter occubuit.

Heu Viator,

Ingemiſce, mortis memor, mortui non immemor.
Cui mœſtiſsima Coniunx, hoc monumentum, in perpetuam æternitatem reliquit.
Vade iam, & memorare nouiſſima.

D. O. M.

ANDREAS SROGOCKI, generoſus ortu, erga Deũ & Catholicam Religionẽ pius, bonus, & emeritus, Reipub. Ciuis liberalitate inſignis, moribus ac prudentia grauis, omnibuſque plenus virtutibus, Anno Domini, 1613. die 25. Septemb. immaturus deceſſit, annum agens 55. cui hoc in loco quieſcenti, Generoſa Sophia Coniunx chariſſima, amoris ergo Coniugalis, ac in piam tanti viri recordationem hoc inſigne non ſine lachrymis fieri fecit.

D. O. M.

Sta, Vide, Lege.
Quiſquis aduena vel indigena,
Hic ſitus eſt
GENER: PETRVS BIEYKOWSKI,
Pincerna Korcinenſis.

Qui

Dum in vita quid profuit, Eccleſiæ, Patriæ, Amicis, honore in Deum, amore in Patriam, propenſione in Amicos, pietatis cultor: Ciuis optimus, Amicus integer, hoſpitibus largus hoſpes, egentiſque à natura datus Pater, aduerſa ſuperandi victor, virtutiſque magnus honor.

J S

Quinquagenario maior, Anno Chriſti, 1639. die 24. Iunij, fato peremptus ſuo, cùm mortalitatem cum immortalitate commutauit.
Tibique vti viuas, memor lethi intimauit.

Quem

Mœrens

Mœrens filius, Generoſus Abrahamus Bieykowski, optimum hoc monumentum honorauit Parenti.

Ergo

Fac viuas, & melior moriare, vt optimus Viator, & Vale.

D. O. M.

Piiſque Manibus,

Generoſi ac Nobilis Domini

IOANNIS PONIATOWSKI.

Qui

Auitæ Maiorum virtuti & gloriæ non degener Nepos, ſuam addidit exercitatam in Palladis caſtris indolem, ad Martem cùm tranſtuliſſet, heroicam portauit generoſitatem.

Teſtis Pruſſia,

Quam ille fortitudinis & fortunæ ſuæ theatrum habuit.

Dum

Sigiſmundum III. Poloniæ & Sueciæ Regem, vnà cum Patria ſecutus, gloriam aſſecutus eſt, Anno Domini, 1648. die 14. Iulij, ætatis ſuæ 63. mortalitati viuere deſijt.

Tu Hoſpes,

Æternam mortem, à peccatis quietem, tunc lege in alieno fato.

D. O. M.

Viator

Siſte gradum,

Lege, & benè precare

Ducibus ex Magnis primiſque olim Ruſſiæ.

Qui

Chriſtiana fide Ruſsiam illuſtrârunt, Ducibus Moſchouiæ titulum Coronamque reliquerunt.

Sereniſsimis Regibus Poloniæ, Sacramento Matrimonij copulati remanſerunt.

Paternam originem traho,

Natus

Natus

Ex STEPHANO Duce in Czetwiertin, Succamerario Braslauiensi, postero Polkone Wlodimiricij, & Anna Bokiowna, lucem aspexi solarem sub Heliæ Prophetæ patrocinio.

In Sago

Iuuentutem adultam virilis floridæ initium consumpsi, miles ab anno ætatis 18. Rothmagister per annos 17. Tribunus Copiarum demùm constitutus. Tartaros in Podolia, Suecos in Prussia, Cosacos rebelles Reipub. & Regi in confinibus Regni repressi.

Ad Togam

Dispositio non defuit, nam in Parlamento Regni sempiternis vicibus annorum sententiam dixi, in Comitijs Generalibus ter pro Patria & Republica definiui.

Obstitit plura mors,

In Castris pepercit, domi inuasit, ætatis anno 34. die 6. Nouemb. Anno D. 1640.

Sed viuo in cœlis,

Tu abi, & ora.

D. O. M.

Piisque Cineribus.

Nobilis & Generosi Domini

MARTINI de Lezenice LEZYNSKI,

Venatoris Terræ Lublinensis,

Viri & virtute, & Familia clari, & vbique probissimi.

Qui

Cùm non sat ætati, Coniugi, & Familiæ, at sat equidem virtuti, famæ, gloriæ, Nobilitati, in Toga & Sago, Ecclesiæ Zelechouiensis fundationi laudabiliter conspicuus vixisset, viuere terris, vt viueret cœlo, desijt.

Quem etsi mortuus,

Amor in Deum, liberalitas in Ecclesiam, charitas in Coniugem, merita in Familiam, obseruantia in Amicos, clementia in subditos, virtus, vita, mori non permittunt.

Vos

O terreni hospites, vt viuo ita & mortuo bene precemini, nam & vos mortales estis.

D. O. M.

D. O. M.

GENEROSVS VALENTINVS BVSKI,
Notarius Caſtrenſis Włodimirień.

Antiquitate generis, & exagerata Viri optimi laude cumulatiſsimus, apud Mægiſtanes Summateſque Regni nouiſsimi, Illuſtriſsimum Hieremiam Korybuth Ducem Wiſniowiecen. ob Heroicas virtutes Iuris Themidiſq; peritiam, ac ſolenniter in peragendis negotijs, dandiſque conſilijs nauatam operam, in amoribus feliciſsimus.

Qui dum

Virtutis monimenta perennis reliquiſſet, & illuſtribus factis nomen ſuum illuſtraſſet, ſors mortalium lubrico poſita ſtatere perſonata, & Atropos curſu in medio inuida, ſtadio tromum non ſuſtulit.

Sed tranſtulit,

Immò in æterna ſublatum die 3. Maij gloria collocauit, Anno Salutis humanæ, 1643. vitæ ipſius mortalis, 44.

D. O. M.
Et Magnis Manibus,
Generoſi Domini
ADAMI de Zakrzewo ZAKRZEWSKI,
Viri claritate generis nobiliſſimi.

QVI

Primam ætatem cruento Gradiui exercitio addixit, vt ferro lauros & palmas meteret.

HVNC

Caſtra & Tentoria ferè ſemper viderunt, parietibus domeſticis nolebat arctare virtutem. Quantus fuerit, ſcit Luna Thracica, ſuorum non ſemel rubefacta cruore; ſcit eius indolem Guſtauus, ſcit denique rebellis Coſacorum caterua, magni menſuram ſanguinis egregiè impleuit: Religione, Fortitudine, Pietate. Ita non prius mortali annulo copulatus, quam ferro Bellonæ deſponſatus fuerit, in vtramque ſponſam pari affectu & fide: Illud hic commodius vexillum illi appendi poſſet, quod ſuis feliciter Generoſus miles præferebat. Vixit 50. annos, plures victurus in filio. Qui mœrens, vnà cum mœrente Matre Heliſabetha Pronska, hoc intimi amoris teſtimonium ei poſuerunt. Obijt Anno Domini, 1644. die 3. Aprilis.

D. O. M.

Generoſi

Generosi GASPARI GOSTKOWSKI à Gostkow

Memoriæ.

Qui

Antiqua Familia natus, clarissimis excellentissimisque virtutibus præditus, mortalitatis humanæ exuuium deposuit, die 1. Septemb. Anno Domini, 1644. vixit annis 50. Anna Skarskich Sawicka, dilecto Marito, in signum amoris, & perpetuam memoriam, hoc monumentum reliquit.

Quanta tulit Christus pro te tormenta Viator,
Specta; & adorato Numine gratus tibi.

Ipsum elegit ab omni viuente offerre Sacrificium Deo, incensum & bonum odorem, in memoriam placare pro populo suo. *Ecclesiastici* 45.

Dilectus Deo & hominibus Moyses, cuius memoria in benedictione est. Dedit illi (coram) præcepta, & legem vitæ.

D. O. M.

Piisque Manibus,

GENER: D. D. ALBERTI KVSZEWSKI,

Notarij Castrensis Zytomirienſis,

QVEM

Virtus & singularis eruditio

Nobilem.

Candor animi, ac morum integritas, omnibus carum & amabilem effecerunt.

CVIVS

Malesida virtutibus comes sors, & mors altioribus inuidens progressibus, maturum cœlo, piè Catholicèque mortuum, hoc concluſit loculo, Anno Domini, 1645. 19. Septemb.

D. O. M.

Pijsque Manibus,

Generosæ ZOPHIÆ de Olekszow RVSIECKA, pijssimæ Matronæ, vt splendore generis illustri, ita virtutum matronalium decore inclytæ. castæ, piæ, pudicæ, vni nimirum, quam sexus fœmineus adoret, viri mirentur. Nicolaus Albertus ab Olekszow Gniewosz, Episcopus Wladislauien. & Pomer. &c. Frater Sorori desideratiss. hoc immortale monumentum amoris mœstus apposuit. Excesit Anno Domini, Salutis Reparatæ, 1610.

D. O. M.

D. O. M.
Sacræ immortalium virtutum
Memoriæ,
GENER: D. NICODEMI GIERADŁ
De Mozgawy Mozgawa.
Qui
Acceptam à Maioribus ſuis generis Nobilitatem,
Eximijs virtutum illuſtrauit ſplendoribus.
Literis excultus, in iudicijs ac amoribus Magnatum effloruit.
Sed eheu,
Auara bonorum immortalitas!
Dum ſe in bellum expedit Moſchouiticum,
In florido ætatis fortunæque curſu
Mortali vitæ eripuit.
Vixiſſes vtinam magnum Inclytæ Domus tuæ ornamentum,
Et illuſtre Parentum ſolatium.
Mortuus Lublini, Anno Incarnati Verbi, 1633.
Menſe Septemb. ætatis 26.

Breſtiæ in Lithuania.

EX ECCLESIA ORDINIS PRÆDICATORVM,
ſub titulo Sanctæ Zophiæ.

D. O. M.
ZOPHIA MAGDALENA
Mariani Łoknicki, Nominati Caſtellani Podlachiæ,
Sereniſsimorum Stephani & Sigiſmundi III. Regum Poloniæ
Intimi Secretarij.
Ex Anna Hamſzeia
Filia.
Adalberti de Klimunty Vmiaſtowski, primarum poſt Benedicti Buchowiecki, Tribuni Breſtenſis Nuptiarum Conſors.

Quidquid à Parentibus succesſione, à Maritis inſcriptione obtinuit, Sacro Prædicatorum Diui Dominici Ordini in hæreditatem reliquit.

O raram in Deum pietatem!

Errore Hæreſeos abiecto, ſeipſam, & omnia quæ habuit, Deo reddidit, & terrena bona in cœleſtia commutauit.

Annis LXX. expletis, Domini, M. DC. LI. die x. Feb.

Vltimum clauſit diem.

Patres eiuſdem Ordinis, tanti memores beneficij, immortalitatem corde, & pijs ad Deum precibus retinentes,

Poſuerunt.

D. O. M.

DEI Genitrici Virgini MARIÆ, & Sancto Ioanni Baptiſtæ, in honorem poſuit, Ioannes Wyſocki, cum Anna Krzeſka Coniuge ſua, Anno Domini, 1627. die 10. April.

D. O. M.

Principi Cœleſtis militiæ Archangelo,

Cliens Patrono,

GEDEON MICHAEL TRIZNA,

Supremus M. D. L. Theſaurarius,

Dicauit.

Anno Chriſtiano, M. DC. XLVI.

I. C. S.

IOANNES ABRAHAMOWICZ ŁVCZKA, Nobili domo in Lithuania natus: in Aula Principum Sacri Romani Imperij Radiuilorum Ducum, in Oſyka & Nieſwieſz, ſtrenuè fideliterque multis annis verſatus. Cùm viuus mori diſceret, hoc monumentum ſibi ob oculos poſuit. tandem vitâ benè actâ, hic terræ mandatus eſt, Anno Domini, 1634. Menſe Septemb. die 24. Vixit annos 73. Dies 3. Horas 2.

PVCEN-

PVCENSIA.

SISTE GRADVM VIATOR,

Et lege,

Hac angusta Vrna tegitur
Magnus origine, Magnus prudentia,
Magnus gestis suis,
ERNESTVS WEYHER,
Palatinus Culmensis,
Præfectusque Pucensis,
Religione in Deum,
Fide in Sereniſſimos Reges,
(Sigismundum, Augustum, & Stephanum Bathoreum.)
Pietate in Patriam,
Sinceritate in omnes,
Domi, foriſque clariſſimus.
In Liuonicis, atque Moschouiticis expeditionibus,
Omnibus militiæ muneribus
Nempe, Equestrium turmarum Ductoris,
Legionis Præfecti,
Nec non integri exercitus,
Cum suprema potestate Legati,
Præclarè sæpiùs functus,
Quod in exterorum castris vidit.
Ad consequendam de hostibus Regni Pol: victoriam feliciter deduxit.
Vir consilio & manu promptus,
Bellicæque artis peritiſſimus,
Plenus dierum,
Plenus meritorum
Viuens,
Et mortis horam præ oculis habens,
Hic suos cineres in die nouiſſima
Deponi curauit.
Cui mœstiſſimi Filij,
Hoc pietatis ac memoriæ monumentum F. C.
S. S.

CHRISTO SERVATORI
Sacrum,
Et illustri memoriæ
Lectissimæ Fœminæ
ANNÆ MORTENSKA,
Culmensis Palatini Filiæ,
Inclyti olim Herois
ERNESTI WEYHER,
Culmensis Palatini, Pucensisque Præfecti,
Coniugi desideratissimæ,
Non solùm Nobilitate generis,
Sed etiam specimine virtutum matronalium
Excellentissimæ.
Quæ
Omni pietate insignis,
Cum pudore, & morum mira elegantia,
Mariti summum amorem,
Virtute & modestia
Omnium beneuolentiam
Meruisset.
Acerbissima morte ab oculis hominum erepta est.
Relictis ex Matrimonio sex filijs,
Verè Martis pullis,
Ioanne, Demetrio, Melchiore,
Ludouico, Francisco, & Martino.
Qui
Matri suæ indulgentissimæ & optimæ,
Hocce monumentum
Cum lachrymis erigi curárunt.
S. S.

Compatere qui legis,
Et leuem humanæ sortis ludum, spesque falsas
Hinc addisce.

MAR-

MARTINVS WEYHER,
Inclyti Bellatoris
Erneſti Palatini Culmenſis
Filius.
Cùm teneram ætatem
Virtute, literis, militiaque,
In Gallia, Germania, Belgioque excoluiſſet,
Et morum probitate in Aula
Sigiſmundi III. Regis Poloniæ,
Omnium oculos in ſe conuertiſſet.
Magna ſpe,
Legionem Germanicam, Patriæ profuturus
In expeditionem Moſchouiticam duxit,
Nullaſque belli deuitando vices,
Cùm toties victor ex acie deſcendiſſet.
Etiam militis pugnaciſsimi nomen inter Duces promeruiſſet.
Heu diram ſortem!
In medio virtutis laudumque ſuarum curſu
Globo plumbeo in velitatione ad Zawolociam traiectus,
Ingenti ſuorum luctu vita exceſſit,
Et in cœlum triumphaturus migrauit.
Fratres germani,
Vt viuum vnicè amabant,
Ita mortuo monumentum hoc excitari curârunt.
S. S.

EIDEM.

Generoſus MARTINVS VLADISLAVS WEYHER, Generoſi Erneſti Weyher, olim Capitanei Pucen: & Sobouicen. Præfectiq; militum minimus natu filius, Sereniſsimi Sigiſmundi III. Regis Poloniæ & Sueciæ Cameræ illius familiaris, paternæ virtutis in omnibus ſtrenuus æmulator, animum iuuenilem literis & pietate probè excultum militiæ adijciens, eundem Sereniſsimum Regem in Moſchouitica expeditione comitatus, paternis inſiſtens veſtigijs, generoſi militis, & egregiæ fortitudinis, viuum poſteritati relinquens exemplar, ad Czarowe Zamieſcie, Moſchouitici Imperij propugnaculum, ipſo die ſacro Ioannis Baptiſtæ, Anno 1610.

Annum

Annum verò ætatis agens 24. cum omnium mœrore occubuit, cuius corpus sub hoc tumulo conditum, beatæ animæ coniunctionem expectabit.
Hoc monumentum pietatis & amoris, Fratres mœstissimi
Posuerunt.

HOSPES,
Vide duras hominum vices, & dole,
Vt nil morbi, mortisq; est expers.
FRANCISCVS WEYHER,
Ernesti Palatini Culmensis
Incomparabilis Bellatoris,
Acer ingenio, & manus promptissimus,
Filius.
Sigismundi III. Regis Poloniæ
Illustris Aulicus,
Legionis Germanicæ Tribunus.
Dum toties in expeditione Moschouitica
Mori pro Patria quæreret,
Laribus domesticis victor restitutus,
Proh dolor!
In complexu Consanguineorum
Celeri abripitur fato.
Magno de se, in tam florenti ætate, desiderio relicto,
Quippe, qui maiora mente conceperat, & pollicebatur,
Cuius inclytum nomen
Ne puluere mortalitatis obrutum remaneret
Virtus, Pietasque Christiana.
Hic sepulto
Nunquam perituræ famæ Tropheum erexit.
Tu si pius es,
Et more Weyherorum gloriam ex armis quæris,
Æternam mortuo quietem apprecare.
S. S.

D. O. M.

Et Æter-

Et Æternæ Memoriæ.

Illustrisimi Domini, D. IOANNI WEYHER, Regni Poloniæ Senatoris amplisimi, Religionis Catholicæ Cultoris feruentisimi, Patriæ Ciuis optimi, in Legationibus obeundis prudentisimi, Copiarum Ducis fortisimi, qui toties victor ex acie Turcica, Suetica, Moschouitica, triumphos domum reduxit, & sibi præmia virtutis, eximios honores, Succamerarij Culmen. Castellani Elbingen. Mariæburgen. ac deinde Culmen: Palatini, famæ deniqúe immortalitatem comparauit, pro meritis autem, Radzinensem, Sluchouien. Pucen. Sobouicen. Præfecturas, ac pro pietatis cultu cœleste, vt piè speramus, regnum reportauit. Anna Szczawinska, Coniunx mœstisima, testem amoris & doloris, hoc monumentum poni fecit. Vixit annis 46. obijt Anno Domini. M. DC. XXVI. vij Idus Ianuarij.

Nemo turbet pios cineres.

EIDEM.

IOANNES WEYHER,
Palatinus Culmensis, Præfectusque Pucensis.
HOSPES
In Sago & Toga
Virtute, Sanguine, Gloria
MAGNVS.
Et contra hostes Poloni nominis
Christianiqúe seminis,
In Suecia, Moschouia, Vngaria, & Valachia,
Bellator Inuictissimus.
Postquam in pace,
Prudentia, grauitate, iustitia, vrbanitate,
Ac summa in omnes humanitate,
Et in bellis
Mira felicitate, fortitudine, vigilantia,
Reiqúe militaris scientia
Inclaruisset.
Vitam hanc fragilem
Exactis circiter quinquaginta vitæ suæ annis,

Non

Non ſine lachrymis bonorum
Morte compleuit.
Anno Domini, M. DC. XXIX.
Hoſpes
Salutem precare mortuo,
Qui ſuam toties ſaluti Patriæ conſecrârat.
S. S.

ÆTERNITATI
Sacrum.
MARTINVS WEYHER,
Vltimus Epiſcopus Catholicus Camenecenſis,
Quem
Generis Nobilitas,
Natalium ſplendor,
Fidei Orthodoxæ Romanæ firma profeſſio,
Muneriſque Paſtoralis indefeſſa vigilantia,
Dignum in vinea Domini operarium fecerat,
Dum ad corrigendum Cleri, & populi ſui mores
Totus incumbit,
Deo vocante,
Ex hac vita omnium bonorum mœrore diſceſſit,
Et in ſua Cathedrali humatus quieſcit.
Cuius iam iam labentem memoriam,
Ex vetuſtiſſimis monumentis depromptam,
Reuerendus Matthæus Iudicki,
Archidiaconus Pomeraniæ,
Canonicus Gneſnenſis,
Et Officialis Camenenſis,
S. R. M. Secretarius.
Vti gratæ Domus Veyheranæ cliens,
Temporum faucibus abripuit,
Marmoreoque hoc lapide æternauit.
vj. Idus Octobris, M. DC. LV.
S. S.

VIATOR,

VIATOR,
Mirare & obstupesce.
NICOLAVS WEYHER,
Palatinus Culmensis, Præfectusque Radzinensis,
Pietate, Fide, Literis
Insignis.
De Patria, Regibus, Amicis,
Et omnibus benè meritus.
Et non solùm in bellicis rebus strenuus & fortis,
Verùmetiam in pauperes liberalis & munificus,
Cùm ad ampliora Maiorum vestigijs contenderet,
In medio cursu inuida morte præreptus,
Et Culmæ sepultus est.
Cui
DEVS ipse, ac virtus maxima,
Vitam in illo æternæ immortalitatis sæculo
Pepererunt.
Ita
Homo mortis pabulum,
Vt moriatur viuit, vt viuat moritur.
S. S.

HOSPES,
Si lubet accipe.
DEMETRIVS WEYHER,
Castellanus Gedanensis,
Strenui militis, Optimi Senatoris,
Ciuis vbique incorrupti
Immortale exemplar.
Cùm splendorem & gloriam Domus suæ,
Armorum peritia, & multis virtutibus tutatus esset,
Ac pietate Catholica, elegantia vitæ, probitate, modestia,
Et comitate singulari præditus.
Cùm apud suos, tum apud exteros,

Non minimum inter eos versatus,
Summum sibi conciliasset amorem,
Et nominis auxisset existimationem,
Annos natus circiter quinquaginta,
Summo multorum mœrore functus est.
Et apud Carmelitas Gedani sepultus,
Ad Dei misericordiam impetrandam,
Pro Anniuersario funere censum perpetuum attribuit,
Cæteroscque, vt sibi opem Diuinam implorent,
Mortuus morituros rogat.
S. S.

D. O. M.
Et immortali Nomini,
LVDOVICI WEYHERI,
Succamerarij Culmensis.
Quem
Si Fata non præuenissent,
Virtus, Dexteritas, Prudentia,
Principisque gratia,
In summo militiæ, Patriæque honoris gradu
Breui collocâssent.
Vir enim pietate erat clarus,
Moribus grauis, & constans,
Lingua disertus, ingenio acutus,
Consilio solers, iudicio maturus.
Et in perferendis militaribus, & Politicis laboribus,
Cum omni bonorum laude, & admiratione,
Indefatigabilis.
Sed heu sortem acerbam,
In ipso vitæ & gloriæ cursu
Immatura morte extinctus.
Quod mortale habuit, Cosmini deponi iussit,
Spiritus ad immortalitatem migrauit.
Cùm in Moschouia, atque Liuonia,

Legio-

Legiones Polonorum ductando,
Pietatis ſuæ in Patriam,
Memorandum exemplum dediſſet.
Tu
Quiſquis aſpiras ad immortalitatem,
Precare Defuncto
Quietem immortalem.
S. S.

VIATOR,
Contine greſſum.
Et volucrem rerum humanarum orbitam,
Accuratiùs perpende.
MELCHIOR WEYHER,
Palatinus Culmenſis, Præfectuſque Valecenſis.
Magna apud Principes gratia, & auctoritate,
Perpetua animi æquitate & conſtantia,
Aſſidua armorum tractatione & peritia,
Domi foriſque clariſſimus.
Semper Pius, Liberalis, Magnificus.
Poſtquam
A negotioſa tumultuantis Martis Palæſtra,
Ad grauiora Reipublicæ conſilia animum vertiſſet,
Dolenda Familiæ ſuæ orbitate, inopinatò exceſſit,
Victurus
Fama perpetuo manſura,
In pectore Amicorum,
In ſenſu hominum,
In ſeria Annalium commendatione.
Cuius mortalitatis exuuias,
Titularis Ciuitas Culma tenet,
Hic verò mœſtiſſimi Conſanguinei,
Arrhabonem animi ſui,
Poni curârunt.
S. S.

Generosus GASPARVS à Tarnow SZCZAWINSKI, Nobilissimæ Familiæ, & Stemmatis vltimus hæres. Quidquid ornamentorum habuit, generis, virtutis, & fortunæ, hic reponi voluit. Vixit annis 37. obijt Anno Domini, M. DC. XVII.

EPITAPHIA
Varijs in Pagis, Villis, Oppidis, ac Ciuitatibus posita.

Cracouiæ in Ecclesia Cathedrali.

D. O. M.
PETRVS GEMBICKI,
Episcopus Cracouiensis,
Dux Seueriæ.
Veteri & Illustri Nałęciorum Gente,
Rege Sigismundo III. primùm Secretarius, dein vtriusque
Cancellariæ Regens,
Vladislao IV. Regni Secretarius Maior,
Ad Ferdinandum II. Imperatorem Romanorum Legatus.
Pruthenicæ, Moschouiticæ Turcicæ, expeditionum Regibus comes.
Premisliæ Antistes,
Vtriusque Sigilli, Legumque Custos.
Parta apud suos Principes fidissimi obsequij gloria,
Liberata Submontanæ Rebellionis periculo Patria,
Duce turbarum Napierscio capto,
Templo Cathedrali Ara Maiori corporibus Sanctorum,
Argenteis Diuorum statuis ornato,
Diœcesi & Episcopatu bonis legibus exculto.

Hoc

Hoc demum
Nec viuere recusans, nec mori timens,
Ante fata piè & religiosè
Posteræ posuit memoriæ
Monumentum.
Anno Domini, M. DC. LIV. IV. Idus Octobris,
Ipso Natali die,
Ætatis verò suæ LXX.

Cracouiæ in Templo S. Michaelis Patrum Carmelitarum Discalceatorum.

D. O. M.
Quod claudi potuit, iacet hîc
EWA à RVPNIEW
DEMBINSKA,
Pulueris pietate splendidissimi,
Melior pars vitæ suæ annorum 33.
In cœlos maturauit.
Postquam Dembienscianam Domum prole nobili
Nobilitatem auitam proprijs virtutibus,
Egenos liberalitate
Cumulauerat.
Virtutem ipsam habens in segete,
EVA migrauit vnde venerat.
Anno Salutis, 1654. 5. April.
Hieronymus Dębinski, Coniugi Chariſſimæ,
Mœstus posuit.
Lector æternam precare requiem.

Cracouiæ in Templo S. Floriani.

D. O. M.
M. GREGORII VIGILANTII SAMBOR,
S. T. P.

S. T. P. Canonici S Floriani,

Piis Cineribus,

Cætera immortalis

Vitam magis integritate coluerit (nescias) an docuerit exemplo.

Paginam Sacram

Et Diuorum laudes

In Parnassum intulit.

Vt sic

Triplici redimitus Corona,

Theologus, Poeta, simul esset & Sacerdos.

Paupere Fortunâ,

In egenos Christi Seruatoris

Doctrinâ.

In Iuuentutem Polonam

Academicus liberalis,

Fœlix Discipulo!

B. nunc Staniſlao Koſtka, quem à pueris vt inſtituit,

Sic à morte carmine celebrauit.

Moritur Anno 1573 Feb. 26.

Octauo post mortem die, Ioannem Muscæniun, S. T. D. Canonicum Cracouien. circa auroram inuisens, data dextera, hæc inter alia rogatus respondit, de situ corporis, quo post mortem pronus in faciem, extenso corpore in modum Crucis, rubenti facie repertus est: dixit venisse ad se Virum maturitate grauem, iussisseque vt lecto surgeret, & separaretur ab hac vita, qui se surgentem manu adiuuit, atque sic procumbentem se humi, animam Deo commendasse. Rogatus an fuerit in Purgatorio, asseruit se fuisse, sed iam Dei gratia liberatum esse. De multis Collegis non ita pridem defunctis quæsitus, vbi nam essent, retulit, nullum esse in Purgatorio, sed omnes iam æterna perfrui Gloria.

O Fœlix Nuncium!

Audi hoc

Quisquis Academicum te profiteris,

Nec pigeat pari ratione animo

Academicam ornare Stationem.

Cui

Præmium ipsum Cœlum.

M. Mar.

M. Martinus Radyminſki, Regius in Academia Profeſſor, S. R. P.
ad ſeræ poſteritatis imitationem,
F. F.

Anno Domini, 1653.

Vilnæ in Templo S. Michaelis.

D. O. M.
THEODORA CHRISTINA,
Ioachimi à Tarnow Comitis
Honorum quos meruerat contemptu,
Actis de ſeipſo Triumphis,
In ipſa aſceterij vmbrâ
Herois Clariſſimi.
Et Annæ de Dambrowica Firleiæ,
Digniſſima Filia,
Genus illuſtre, Auitas Ceras,
Coniugij ac fortunæ ſplendorem,
Ad has mortalitatis metas reliquit,
At ÆTERNITATI intulit.
Parentelam obſequio Dei quæſitam
Coniugij animam, concordiam,
Vires pietati impenſas,
Templi exædificati ſtipendium,
Opes in egenos ſparſas,
Demiſſionem Celſitudine illæſam,
Virtutem ante annos abſolutam.
Die XXIV. Octobris, Anno Domini, M. DC. LII.
Ætatis ſuæ XXVII.
Viuis erepta.
Chariſſimæ Coniugis exuuijs,
CASIMIRVS LEO SAPIEHA,
Magni Ducatus Lithuaniæ
Proçancellarius,

Oiſzeń.

Orszeń. Volpeń. Łuboszowień. Brestianeń. &c &c.
GVBERNATOR.
Hoc amoris doloriſque ſui
Poſuit monumentum.
Adde Lector Pijs Manibus, pium ſuſpirium.

FRANCISCVS ZAIERSKI.
I.. V. D. Epiſcopus Argiuenſis,
Suffraganeus & Præpoſitus Luceorienſis.
Infulatus Olycenſis,
Canonicus Płocenſis,
Decanus Pultouienſis,
Archidiaconus Sendomitienſis, &c.
QVEM

Virtus, Fides, Pietas, Nobiliſsimum ſui exemplar, Eccleſia vigilantiſsimum ſui propugnatorem, Reſpub: in vtroq; Foro ſapientiſsimum, Iuris, iuſtitiæq; oraculum, literæ ac linguæ omnes Crucis Titulo conſignatæ Clariſsimum Interpretem, Eccleſiaſticæ cauſæ annis ampliùs quadraginta Sanctiſsimum Iudicem, Clerus facilem ſemper, indefeſſum ac feliciſsimum Patronum, Olycenſe ſeminarium, munificentiſsimum Fundatorem, noſtra tempora, magnum in Hierarchica Politiâ decus habuerunt. Hîc mortalem ſui partem conditum reliquit; donec ſpiritui ſuo iterum reſtituto beatam induat immortalitatem. Obijt Anno Dñi, 1631. die 29. Nouembr. Sabbathi horâ Noctis 3. Ætatis 80.

ÆTERNITATI.
Piiſque manibus,
Rñdiſsimi Dñi STANISLAI VDRYCKI, de Vdrycze.
Quem

Morum integritas, atque ſingularis in rebus agendis prudentia, Præpoſitum Infulatum Olycenſem, Cuſtodem & Officialem Generalem Suffraganeumque Luceorien: Epiſcopum Argiuenſem fecit, Ciuibus Ciuem Patriæ optimum, Myſtis Myſtarum lumen clariſsimum, Iura dicentibus Patronum, Eccleſiæ Paſtorem vigilantiſsimum, Decoris Domus Dei amantiſsimum, clementiæ & humanitatis exemplar nobiliſsimum. Eum ipſum, inuida fata, è vitis, non ex animis bonorum, nec ab æternitatis perenni memoriâ ſuſtulerunt. Anno Domini, 1621. die 6. Auguſti. Ætatis ſuæ 62.
Requieſcat in pace.

Hoſpes

Hoſpes ſiſte.

Et dole decretoriam mecum naturæ legem iniquam.
Ætati vix ſupra ſemeſtre luſtrum impendit.
Mox vitam hydropiſi abrupit.

Dole.

Parentum amorem, ſpem Domus, Amicorum delicias, ornamentum Patriæ, ſupra annos ingenium, morum comitatem, deſiderium omnium, hic mecum depoſita.

Diſce ex me.

Hinc tibi breui abeundum.

Hoſpes es.

Quærere Vis?

Ego IOANNES DANIEŁOWICZ, Ioannis de Olesko Danielowicz, Palatini Terrarum Ruſsiæ, & Sophiæ de Zolkiew, Staniſlai Zolkiewski, Cancellarij Regni, & Exercituum Ducis Generalis Filiæ, ſecundo genitus, non ore, ſed re, & exemplo te doceo.

Fac ſi ſapis.

Deceſſi, & præceſſi.

Anno Domini, 1618. die 12 Menſis Septemb.

STANISLAVS ZOŁKIEWSKI,

Supremus Regni Cancellarius, & Exercituum Dux Generalis, fuit geſtorum magnitudine, rei militaris diſciplina, Dux Nobiliſsimus, non minus in gerendo promptus, quam in excogitando de inſtantibus cum veriſsimè iudicaret, de futuris calidiſsimè conijceret; didicit, aduerſis nunquam frangi, ſed erigi. Non minus bonus amicus ſuis, quàm fortis inimicus alienis. Ad bellicam clauam Regni Sigillum accepit, dignus vtroque. Qui Moſchouiæ Imperatoris ceruices calcandas Sigiſmundo III. Regi Poloniæ ſubiecit.

Et Regno & Generi Zolkieui Magne tuorum,
Æternam viuens famam morienſq; dediſti.

Eidem in Campis Ceczorenſibus.

D. O. M.

Hoſpes ſi Paganus venis, lapidi locum non inuideas, ſi Chriſtianus ac-

cedis, pro Christi fide in templo vota non denega. Quisquis ades quam dulce & decorum pro patria mori ex me disce, STANISLAVS à Zolkiew Zolkiewski, Cancellarius Regni & Exercituum Dux Supremus, Barensis, Iauorouiensis Capitaneus, post reportatas de Cosacis rebellibus victorias, & de subiugata Moschorum Monarchia relatos triumphos Republica Polona qua bello, qua pace, præclarè gubernata, fortiter cum Tartaris dimicando hic occubui. Vos meo sanguine conspersi campi debitæ meæ in Deum & Patriam pietatis, perenni memoriæ fideles estote testes.

LVCAS ZOŁKIEWSKI,

Nicolai Succamerarij Leopoliensis Filius, Stanislai Supremi Exercituum Ducis, & Regni Cancellarij Nepos, Palatinus Braclauiensis, Capitaneus Kalusien. Chmielnicien: Pereaslauien. Mirbogrodensis, verus Patriæ Ciuis, à pueritia honestis deditus artibus, exteras Nationes, etiam iteratò comes Vladislai IV. Poloniæ Regis, à Sigismundo III. Patre adlectus, peragrauit. Carus Regibus, reliquum ætatis, & ampliſsima Patrimonia, Patriæ, saluti, & honori sagatus consecrauit. Bellator in Valachia, nouus militiæ Tyro à Scythis captus, in Turcia biennali carcere detentus. In Prussia militum Tribunus, multoties glorioſisimus victor, Ducis Gustaui Sueci sub Amerstino victor, Regi captiuos deduxit: In Moschouia Moschum fœdifragum, imperium eius ferro & igne depopulando, ad fœdera pacis compulit. Rebellibus Cosacis fuit semper terrori, bonis fuit vbiq; amori. Erat vir in Toga prudentisimus, in Sago fortisimus, in Templo Catholicisimus, in Religiosos munificentisimus, Patrum Soc: IESV Collegij Pereaslauiæ Fundator ampliſsimus. Celebs non tam ætate, quàm incommodis fatigatus bellicis, Anno vitæ 42. Sacramentis omnibus Catholicè munitus, ad cœlestes triumphos, 5. Idus Nouemb. Anno Domini, 1636. excesit.

EIDEM.

LVCAS ZOŁKIEWSKI,

Genere & animo magnus, virtute manuque maximus, ad bella natus, nondum puer, iam miles, Martis non matris insediſse sinum videtur, gestasse ferrum non fascias. Turcarum, Scytharum, Moschorum, Sudermanorum, Kozakorum rebellium fulmen, vbique fortunæ suæ dominus, cùm nunquam nutauerit, nunquam insultauerit. Ne Patriam, non & Eccleſiam amasse videretur, Societatem IESV Pereaslauiæ fundauit.

FRAN-

FRANCISCO GOSLICKI,
Vice-Capitaneo Barenſi.
VIATOR
Mortalitatis domicilium aſpice.
Heu miſerum mortuum, moriturus conſidera. Orbatum mortis ſpolium expende, ſic in mundo diſces cuncta fuiſſe & eſſe mortalia, occiſus à Tartaris in Podolia,
Anno Domini, 1556.

Quod ſpectas Viator,
Gloriæ & memoriæ Mnemoſynon eſt,
MARTIANVS à CHEŁM CHEŁMSKI SCIBOR,
Succamerarius, Generalis Palatinatus Cracouienſis,
Wielicień: Bochnen: Ryczywol: Vſtień. &c.
Capitaneus.

Hanc molem promeruit, Regum Sigiſmundi III. & Vladiſlai IV. Inuictiſſimorum, cum fidelitate & diligentia executus eſt obſequia, authoritate Capitanei, à violento periculorum incurſu ſubditos fortiter tutatus. Bonus Ciuis Patriæ, cum pertinaci ſolicitudine, Patrias immunitates defendit: Miles Chriſti, Catholicam Religionem, cum ardentiſsimo zelo promouit. Succamerarius, Reipub. commodis vtiliter proſpexit, pacis publicæ Conſiliarius fuit. In Iudicijs Tribunalitijs Iudex, æquitati ſemper ſtuduit, inſuper boni Ciuis, in Sago & Togâ, officio functus eſt. Approbas Viator officia boni Ciuis Patriæ, audi, quid munificentia, quid pietas fabricarit! Lycæum Academicum, quod ſe ad vſum Patriæ erudierit, cum ſummo gratitudinis affectu ſemper proſecutus eſt. Collegium minus, in quo à pueritia, & pietatis, & ſcientiarum vbere enutritus eſt, ampliſsima Bibliothecâ ornauit. Audi præſtantiora, Deiparæ Virginis cultum, venerationem Diuorum, apprimè dilexit: Templum Boleſlauienſe vetuſtate collapſum, reſtaurauit. Sacellum in Eccleſia B. Virginis Mariæ in Circulo Cracouiẽſi ſitâ, Guttheterorum, ære ſuo, ſupellectili ſacrâ, picturis Imaginum, belluatis aulæis, & cenſu ampliſsimo, locupletauit. Religioſa Clauſtra, Cœnobia Virginum, Xenodochia pauperum, ſtipe ſubleuauit: omnium Patronus, cum humanitate liberaliſsimus. Vixit annos 65. mortuus Anno Æræ Chriſtianæ, 1641.

VIATOR SISTE,
Paucis te volo.
Cyppum Ingenui Adoleſcentis IOANNIS SZELIGIER ſpectas.

Quem Ruſsiæ Metropolis infantem ſuſcepit, puerum fouit, adoleſcentem educauit. Qui extra Patrium Larem, Scholam, Templum, verſabatur nuſquam, indole bonis, conatu, ſtudioque virtutum, literarumque cultu, par ſummis enituerat. Eius erga Deum, Deique Matrem pietatem, erga Parentes Præceptoreſque obſeruantiam, erga bonos omnes officiũ, ſuperi hominesque ſuſpexerunt, approbârunt. Vixit (ita tamen, vt cum vixiſſe iam non pœniteat) ætatem immaturam quidem, at non ſatis virtuti, cœlo. Alterum videlicet decimum emenſus annum, Æternitatem ingreſſus, 8. Idus Iunij, Anno Salutis, 1624. Viator, hoc te volui, abi, & lachrymas caue dederis marmori, tuæ hic litare decet aleæ.

VIATOR,
Quiſquis es vide.

Rerum humanarum caſum & occaſum mirare.

IACOBVS PRETFICIVS à GAWRONY,
Hæres in Szarawka, Palatinus Podoliæ,
Capitaneus Trembowlien. &c.

Hic quieſcit.

Gente Nobiliſſimus, opibus plurimus, famâ optimus, animo præſtantiſſimus, ſed etiam ſtirpe, virtute, eruditione, dignitate, maximus & clariſſimus, talis & tantus, heu hic quieſcit. Libertatis amator & Patriæ, à primâ iuuenta, magnus in armis, externis, & Ciuilibus, inuidia fruſtra inuidente, charus ſuis, amabilis omnibus vixit, & mortuus hic quieſcit. Tu, vt fæliciter quieſcat, apprecare.

EPITAPHIVM
FÆLICIS ROGOVII,
Abbatis Sieciechouienſis

ROgouius Fœlix Abbas hac mole ſepultus
Luſtra iacet vitæ poſt duodena ſuæ.
Quod fuit immortale Polo ſtellante receptum eſt,
Fama etiam in terris non moritura viget.

EPITAPHIVM
STEPHANI CHMIELECII Palatini Kijouienſis.

Laſſus

Lassus Viator
Etsi properas, lege
Etsi legis, propera.
Vixisset Chmieleccius,
Fuisset
Patriæ, Maiestatis, Hostium
Vindex, vindex, vindex.
At nunc
Fumus, heu fumus
Fecit gloriæ eum
Liuicæ, Scythicæ, Turcicæ,
Vmbram, vmbram, vmbram.
Tantum est, vale. Curre.
Et Patriæ voue, Ciues
Bonos & Fortes.

Aliud.

AH lethi aduersum semper virtutibus vncum,
Ille ego præcipiti funere condor humo.
Quem timuere Ducem, lunatis agmina peltis
Fisus equo celeri cui Scytha lusus erat.
Quem magni hæredem Rex tusserat optimus esse
Nominis, heu magni nominis, vmbra cado
Ergo spe cessi, spem aliis ex asse relinquo,
Speret qui morsum non timet inuidiæ.

PETRI GOZIMIRSCII

PAx mihi aratra tulit, mars me vocabat ad arma,
Semper eques, nunc sum sordida massa soli,
Me fera mors hodie funesta falce peremit,
Cras tibi, sis cautus demet & illa caput.

HOSPES.

Dole

Dole

Parentum amoretñ, ſpem Familiæ, Cognatorum delicias, Ornamentum Patriæ, deſiderium omnium,
Tumulo hoc anguſto depoſita.
Diſce inſimul: breui hinc tibi abeundum abi.
Ego PETRVS KOŁOZWARII STEPHANI, Annæ Malzycka Filius, Annos natus 24. non ore, ſed re, doceo. Hoſpitem te in terra memineris. Aliam quære patriam, & viam, ad quam illuc peruenitur.
Deceſsi & præceſsi, Anno 1631.

D. O. M.
Et Piis Manibus.
Excellentiſſ. ac Spectabilis Viri.
CHRISTOPHORI FALĘCKI
Medicinæ Doctoris Conſul: Lublinen:
SACRVM.

Virum hunc pietas Deo gratum, peritia & rara medendi felicitas, ſingulariter eum, S. R. M. Principibus Regni doctum Phyſicum, Medicum commendauit, bonus quiſque prudentem, candidum, humanum, amauit. Mortuo Anno Chriſti, 1640. ætatis 49. Mœſtiſsima vxor Lucia Leinkowna, cum Filijs & Filiabus, æternum hoc amoris & obſeruantiæ Symbolum poſuit. Qui legis, dic:
Requieſcat in pace.

BARBARA NARVSZEVICIA,
Caſtellani Smolenſcenſis Filia,
Palatina Trocenſis,

Probitate morum, Familiæ ſplendore, dignitatis prærogatiua clariſsima; verùm integritate vitæ, pietate in Deum, dilectione in proximum, beneficentia in egenos, amore & obſeruantia erga maritum, pluſquam materno in prolem affectu, rei familiaris cura, quàm longiſsimè clarior, pudica, benigna, humilis, deuota, frugalis, ſedula, ſobria, ſpeculum exemplarque probitatis, viua gaudium, mortua Mariti gemitus, & luctu nunquam finiendo dolor hìc quieſcit. Quam animi dotibus, concordiâ Coniugali, fortunæ bonis, filiâ decorâ, eiuſdemque cum Illuſtriſsimo Ioanne Korybutho Duce Wiſniowiecio, Capitaneo Krzemienecen. inſtantibus Nuptijs fortunatam dixiſſes; nî ea omnia (ne quid humani non fluxum caducumque exiſtimes) importuna mors inopinanti ante tempus rapuiſſet, cùmque benè vixerit, mortua beatè pijſsimèque defuncta Dzitwæ, die 18. Iulij,

Iulij, Anno Salutis humanæ, M. DC. XXVII ætatis suæ 47. Coniugij 32. Mœstissimus Maritus Ioannes Skumin Tyszkiewicz, Palatinus Trocensis, Braclauiensis, Durborc: Nouel. &c. Capitaneus, suæ dulcissimæ charissimæque Coniugi, nihil vnquam de ea, nisi mortem questus, marmor hoc immortalium causa lachrymarum posuit.

H O S P E S

Siste, lege.

Marmor hoc claudit illustre Swistoldicorum Familiæ

Depositum.

Poloniæ lumen & columen.

A D A M V M de Brusilowo K I S I E L,

Castellanum primò, post Palatinum Czerniechouień.

Braclauiensem, Kiiouiensem.

Virum in Sago militaribus curis, & dexteritate Martia, Sigismundo III. ad Chocimum contra Turcarum Imperatorem Osmanum, in Prussia contra Suecos, Vladislao IV. contra Moschos, apprimè commendatum; ad Monarcham Moschuæ Legatum publicum egit: Iuramentum ab eodem super Pacta conuenta exhibitum excepit. Seueriæ Ducatum irreuocabili iure Regno obtinuit: eumque Administrator cum honore in ordinem redegit, Rebellionem Kozacicam plurimis Commissionibus supplicem ad pedes Ioannis Casimiri prostrauit. In quo ipso opere cum attentius amore boni publici insudaret, mors ei in Comitijs Brestensibus Regni Generalibus, vltimum vitæ filum præcidit.

Anno Domini, 1653. Ætatis 53.

Hæc volui, vt scires, doles tanti Viri occasum? insimul defle casum Patriæ, viros & Ciues bonos desiderantis.

Ex eius Monumento monumentum

vitæ tuæ collige.

Eidem.

SWiętołdyczorum generosum sanguinem Auorum,
ADAMVM KISIEL, mors Tumulo hoc posuit.
Nauatos Patriæ, prudenter, fortiter ausus,
Transcripsit Fama, in posteritatis opes.
Buccinat hæc eius Chocimensi in puluere contra
Turcam animum, in Suecos belligeramq; manum.
Auspice Sigismundo, vim sacri consilij acrem,
Cor Vladislai conciliasse canit.

Miles

Miles & Orator, cum Moſcho conſtituit rem
Lechiacam, Præſes Seueriæ intrepidus.
Zaporobi vulgus Caſimiri ad genua rebelle
Egit, Regalis prouidus Imperij.
Ad raſtra è caſtris reuocauit, Honore Senator,
Czerniechow, Bractaw, Kiouiam, tenuit.
Hoc vno afflixit Patriam, quod mortuus illi eſt,
Dent Ciues vtinam ſydera conſimiles.
Adam vbi es? *Geneſis* 3. Ecce nunc in puluere dormio. *Iob.* 7.
Kiſielij breuis hæc vrna eſt, quem magna fatentur
Facta fuiſſe virum, fata fuiſſe hominem.

Tumulus hic continet mortales exuuias Illuſtriſsimæ Matronæ, CHRISTINÆ, Adami Ducis in Wiſniowiec Korybuth. Patris, è Matre lectiſsima Alexandra Chodkieuicij ſanguinis Filiæ, PETRI à Zurow DANILOWICZ, Supremi Regni Inciſoris, Capit: Parcouienſis &c. matrimoniali fœdere vitæ ſocia, ſobolem ſe & illo digniſsimam, cultui Diuino propagando, Regum & Patriæ obſequio, Familiæ vtriqúe & Conſanguineorum ornamento deſtinatam, fœliciter edidit, liberaliſsimè educauit. Religione erga Deum, & Superos ardentiſsimâ, pietate, prudentiâ, generoſitate, conſtantia, affabilitate, hoſpitalitate, modeſtia; profuſa in egenos, Templa, Monaſteria, liberalitate inſignis, in vtraque Fortunâ Magnanima Heroina; nulli vnquam, niſi in hoc paſſu, quòd contra omnium bonorum deſiderium deceſsiſſet, moleſta, perenni recordationi acceptiſsima. Obijt Anno Chriſti, 1654.

D. O. M.

MANIBVS
STANISLAI OPACKI.

Qui in Maiorum gloria, virtute, hominibus, cum fœlicitate natus, cum virtute educatus, cum probis moribus inſtitutus; cum magna ſpe ad ediſcendas bonas literas, in maternum Academiæ Zamoſcen. gremium futurus erat, Parentum incredibile ſolatium, Patriæ exoptatum ſubſidium, Amicorum præconceptum gaudium, Reipub. vtriuſque inſigne ornamentum. Et fuiſſet proculdubiò, niſi immaturum mors Sacrificio Dei immolaſſet, cuius magna modeſtia, magnum coetaneis excitat dolorem, inſignis innocentia maiorem iure ſuo efficit gemitum. Obitus immaturus maximas ex oculis elicit lachrymas. Heu! iacet ille Iuuenis, ſuauiſsimus virtutum & literarum Alumnus. Cui Prometheus principium, Epimetheus finem, malum mortis, non in eo, ſed in ſe, inueniens finem, accelerauit. Iacet exanguis & decuſſus ferali falce flos, Staniſlaus Opacki, quem omnes vnicè dilexerunt, Parcæ immites, ſic Deo & hominibus amatum,

tum, inuidæ rapuerunt, ſtamina vitæ eius ruperunt. Iaces ſplendidum ſidus Opaciæ Familiæ, ô Opaci iaces, corculum coetaneorum & condiſcipulorum, à quo inter Muſas & Parcas certamina fluxerunt : cùm & hæ, & illæ ſuum habere voluerunt. Sed cheu! Parcæ, nulli hactenus pepercerunt: te à nobis, nos te à te abſtraxerunt; ſanguine copioſo de ore naribuſque effuſo, ſtamina madefecerunt; ſic violenter in naſo purpurata ruperunt: in cœleſtis Olympi purpureum & immarceſcibilem florem tranſportarunt. Quicunque legis, indolcas Eccleſiæ & Patriæ factam in immaturo flore ruinam, vnà ſcias, nulla Fata potes ratione excludere, cùm mors venerit, in medio Tibure, Sardinia eſt.

Diſce; Quòd in medio lilia flore cadunt.
Diſce; Quod in medio littore nauta perit.
Sic homini tutus nullus in orbe locus.

Vale, Caue.

EHEV!

Meſſe frugum inſtante, nondum in ariſtâ, Parca crudelis admodùm parcere parca, enſe demeſſuit immani, Illuſtriſsimam Heroinam, IOANNAM BARBARAM, de Zamoſcio, KONIECPOLSKA, Illuſtriſsimi olim Ioannis Zamoyski, Magni Cancellarij, & Exercituum Ducis Supremi Neptem, Thomæ Zamoyski, Archi Cancellarij Regni, & Catharinæ Duciſſæ in Oſtrog, filiam: Ioannis Zamoyski, Pocillatoris Regni, & Griſeldis Conſtantiæ Duciſſæ in Wiſniowiec, Palatinæ Terrarum Ruſsiæ, Sororem: Staniſlai Koniecpolski, Caſtellani Cracouien. inuicti iuxta ac feliciſs. Magni militiæ Ducis, Nurum: Alexandri à Koniecpole Koniecpolski, Vexilliferi Regni, Coniugem: Ioannis Staniſlai Koniecpolski, in ſpem Patriæ ſuccreſcentis filij, Matrem: lectiſsimarum in Gynæceo Virginum Patronam & Benefactricem. Eheu, ſuſtulit! niſi certè ſupremæ poteſtatis conſilium, illam cœleſti conſortio dignam, virtutibus cœlo maturam, in Beatorum ſedem transferre videretur, & tutiore iam loco reponere. Hic bone Viator ſubſiſte cum lachrymis, & ſi mors boni deplorari meretur, quomodo Illuſtriſs. Maiorum ſuorum Faſtis immortalitatis inſcriptorum pietatem æmulata, cœlo erat reſtituenda, quam culpa vitæ non habuit. Sacrarum Orationum & ieiuniorum inuſitata frequentia exercuit: verecundia pluſquàm Veſtalis ſeruauit, honeſtas ſtatus Coniugalis perfecit, mira in Eccleſias, pauperes, & ſubditos munifica charitas, Deo vniuit. Erat cum literis, & rectè ſapiebat, venerata, non rimata Deum videbat, optantibus cunctis, moriebatur diſcentibus, & dolentibus cunctis conquieuit fælix in Domino, ſeptima Iulij, Anno Salutis, 1653. ætatis 27.

STANISLAVS MNIEWSKI,
Gente Ogonczyk.

A prima lanugine ad ſenium, dum Patriæ vitam & ſanguinem. in Moſchouia, Liuonia, & Confinibus Regni obtuliſſet; hoc vnum indoluit, quod non in areâ laudis & prælij, ſed domi, & in lecto vitam reddere à Domino diſpoſitus fuerit.

Stetit pro facto laudanda voluntas.

IOANNES WOYSLAVS ZOLTOWSKI,

Antiquiſſima in Palatinatu Płocenſi Familia,

Stemmatis Ogonczyk,

Editus, hic quieſcit.

Experientiam optimi militis, & ſtrenui bellatoris, in exteris Regionibus, fortitudine animi, & prudenti audaciâ, abundè multoties declarauit, & exinde Caſtris militaribus adſtrictus, præcipuos in ijs adeptus gradus. Ferdinando II. Romanorum Imperatori contra Fridericum Palat. & rebelles Bohemos, Bethleemi Gaborij viribus auctos, operam nauauit ſtrenuam. Redux in Patriam, cum Samuele Duce Korecio militauit contra Turcas. Aduerſa cum eodem fortunâ in captiuitatem delapſus, pacis conuentis per Chriſtophorum Ducem Zbarazium Conſtantinopoli confectis, cum reliquis euaſit Ducibus, Staniſlao Koniecpolſcio, & Martino Kazanouio, ſtrenuam ſub ſignis probauit induſtriam, Rothmagiſtri Budziſzouij vices gerens, plurimas de Scythis & rebellibus Kozacis retulit palmas. Capitaneus poſt militiæ Theutonicæ quadringentorum virorum declaratus, in Pruſsia contra Guſtauum fortiter bellauit. Adextremum Gubernator Boryſthenis portus, verſus Tartariam, & Turciam, atque Oberſter ſexcentorum peditum Alemanici Exercitus, & aliquot centenorum Draganiæ, in munitione noua, *Kodak* dicta, Spartam à Rege & Republica ſibi commiſſam, ſumma cum dexteritate confecit. Propugnaculum erectum fidei ſuæ commiſſum, tam internis, quàm externis hoſtibus, ad reprimendos barbarorum impetus, ad licentiam excurrentium terribile reddidit. Regibus & Militibus ſummè charus, laboribus bellicis infatigabilis, fatali tandem neceſsitati mortuus ſuccubuit, deſiderium ſui apud gratam poſteritatem reliquit.

BOGVSLAVS RADOSZOWSKI BOXA.

Stemmatis Okſza.

Literis, humanitate, dexteritate rerum in Repub: obuiantium clariſſimus; à Sereniſsimis Regibus, ſummè adamatus, digniſsima ſemper meritorum ſuorum præmia retulit. Erat primum Epiſcopus Kiouienſis, vbi Fidem Catholicam Romanam, trans & citra Boryſthenem auxit, promouit, Cathedralem Eccleſiam adornauit. Tranſlatus demum in Epiſcopatum Luceorien: Senator grauiſsimus, liberalis in omnes, Nobilium & Principum Wolhiniæ amor, Schiſmatis terror, deceſsit.

D. O. M.

D. O. M.

Magnorum Lithuaniæ Dynastarum.

Ex Illustrissima Sluciæ Kopyli Ducum Familia. Sophiæ Olelkouiciæ. Auo, Proauo, Abauo GEORGIO, SIMEONE Atauo, MICHAELE in Slucko & Kopyl Ducibus. Triauo Olelkone, Vlodymirij, Kiouiæ Ducis, Iagellonis Poloniæ Regis Fratris, Olgerdi Magni Ducatus Lithuaniæ Ducis, Nepote, Gedimini Pronepote, Vitenis Abnepote, Matre Barbara, ex Illustris: Kiskarum Familia progenitæ Ianusius Radziwil Birzarum ac Dubinki, in Slucko & Kopyl Dux. M. D. Lith: Supremus Focillator, mœstissimus Coniunx, coniugi desideratissimæ, Fœminæ, & Genere, & forma, plus tamen virtute æuo suo clarissimæ, non absque lachrymis posuit.

SIMONI BRESINENSI.

Simon Simonides posuit.

Imus ab hac vita morientes, nec mora sic vos,
Ibitis, & mortis tristem gustabitis haustum.
Ibunt sic omnes quotquot nascentur ab illis.

Magnificæ AGNETIS WIELICZKÆ veteris Nobilitatis Matronæ, Magnificus Hyacinthus Mlodzieiowski de Mlodzieiow, Regiæ Curiæ Quæstor, Krzeczou: Piascecensis Capitaneus, memoriæ suauissimæ coniugis, vis scire quid intempestiua mors abstulerit, si quæritur probitas, virtutem cogita, si religio, sanctimoniam, si thori fides, rarum fœminæ exemplum, si mariti amor, verè coniugem, tot præclaris virtutibus optimam, mœrente marito, suauissimis liberis, dulcem parentem, fatum immane surripuit. Natam annos 27. Anno Domini, 1590.

Viuus designaui locum hunc in quo quiescerem, & quiesco sanè lubens, post tot ærumnas, quibus redundauit vita mea. Militia quam colui acerba fuit, seruitus erat acerbior, quam captus in prælio apud Scythas, seruiui: Acerbissimus autem ingratus eorum animus, qui malum benè merito gratiam retulerunt. Scire quis sim si cupis, sum STANISLAVS BRONIOWSKI, de Biezdzierzyce Martini filius, qui Curiæ Reginæ Elisabethæ Casimiri præfuit, Præfectus Lubaczouiensis. Ipse ego Regibus Sigismundo primo, & huius Filio Sigismundo Augusto, studium meum inter Aulicos probaui, aliquot etiam Præfecturis fui honestatus; Nosti quis sim, vel potius fuerim. Ego qui tu sis, non noui, verùm si te tu ipsum nosti, sat est. Beatus abi.

D. O. M.

Et insigni pietate.

Constanti religione, vitæ innocentia, morum sanctitate, ornatiſsimæ Sophiæ Drzewicka, de N. ob præstantiſsimas ſuas, quibus in vita fulſit, virtutes, coniugi quoad vixit dulciſſimæ, poſtquàm eam ineuitabilis fatorum ſuſtulit lex nunc deſideratiſſimæ, mœſtiſſimus coniunx, Georgius Drzewicki, in ſignum doloris intimi, Marmor hoc cum lachrymis poſuit. A. D.

Viator, Sta, Lege,

MANES ALBERTI ZAWACKI.

Qui tecum loquimur ſumus, Gentilitium ſtemma noſtrum, antiquiſsima in orbe Polono Swantopelkorum Familia ornauit, Generoſam ætatis primæ indolem, laborioſa Pallas, bonis literis & moribus expoliuit. Maturiores iuuentutis annos, ad iuuandam Patriam, virtute maiorum hæreditaria inflammatos, in expeditionibus bellicis, contra Moſchum, Valachum, Turcam, Scytham, & quocunq; Aquilæ Sereniſſ: Sigiſmundi III. Polon: & Sueciæ Regis vocabant. felix æquè ac glorioſus Mars confirmauit. Virile tempus, ſingulare Equeſtris ordinis ſtudium, cuius rem & nomen, toga & ſago auximus, felicitate & affinitate auguſta beauit, Hæc inter, dum viuus vota pro vita mea afflictiore concepta auctori vitæ Deo, ad Aras Diuæ Virginis & Matris Czeſtochouianæ ſoluturus, itineri me trado, in medio huius & illius curſu, inter lachrymas lectiſsimæ Conſortis Annæ Druzbiciæ & ſobolis chariſsimæ, Chariſsimus maritus hic ſepultus quieſco. Anno Æræ Chriſtianæ 1640. ætat: 40. die 11. Febr. vale: ex me nec locum, nec tempus mortis certum eſſe diſce.

Æternæ memoriæ.

STANISLAO de Vdryce VDRYCKI.

SACRVM.

Quem Gentilicium Nalęciorum Stemma, Patre Nicolao de Vdrycze, Matre Anna de Rzuchow Suchodolska, Anno 1606. Aug. 8. in viram & lucem communem datum, Minerua primum Academica, tum Mars & Aula Zamoſciorum Auguſta, artibus & moribus honeſtiſsimis imbuit, Germania, cum reliquis gentibus excoluit. His vtriſque in virili pectore ad hæreditariam auorum gloriam accenſo, Staniſl: Koniecpolski Caſtell: Cracou: Supremus Exerc: Poloniæ Dux, ſub conſanguineis Staniſlai Danilouicij ſignis, pro Patria ſtrenuè dimicantem ſuſpexit: omnes boni candidum & ſyncerum intimè amarunt. Sed eheu ineuitabiles fati leges!

leges! Dum ille ad maiora onerum & honorum Patriæ argumenta, properat, citato pede mors præceps & immatura approperat, & Familiæ pignus, Poloniæ Ciuem, Senectutis Parentum baculum, vxori lectissimæ Mariannæ Oltarzowska Maritum suauissimum, dulcissimis Liberis Patrem charissimum, Anno Eræ Christianæ, 1642. April: 10. annos ætatis 36. agentem, è vita & luce communi eripit. Qui hæc legis, æternam mortuo precare salutem, & disce. Quo minimè reris, mors inopina ruet.

ADAMVS POCIEII.

Palatinus Brestensis.

In Magno Ducatu Lithuaniæ Incola.

Hæres in Rozanka.

Castellanus primo Brestensis hic quiescit.

Cui cum consors Ostrolęczka obijt, animus ad statum Spiritualem aspirauit. Vita Religiosa, sic ipsum disposuit ad altiorem gradum in Ecclesia Græcâ Vnitorum cum Romana Pontificia sede; vt à Sereniss: Sigismundo Ill. Metropolita Russiæ, Episcopus Wlodimiriæ crearetur. Vir Vnionis sanctæ studiosissimus, cum Fidem Catholicam Romanam palam prædicat & obseruat, Vilnæ Processioni Sacratissimi in Die solenni Corporis Christi, reuerenter adest, & deuote assistit, à Schismatico Sicario iteratis vicibus gladio percussus, è vulnere illo sensim obijt

EXpectas faciam forsan tibi verba Viator,
Non faciam: faciet sed mea tumba tamen.
Adam Potteius iacet hac tumulatus in vrna,
Gloria Pontificum, lausq; decusq; Domus.
Tu, quod non graue, nec magnum, concede patenti,
Dic, Noceat cineri nulla procella meo.

IANVSSIO SKVMIN TYSZKIEWIC.

Qui thesauros Ecclesiæ auido oculo scrutamini, aut hanc ædem, Trinitatem & vnitatem inuisitis colentem. Palatinidem primum Nouogrodensem, post Palatinum Mscislauien: Trocen: ac continuata serie, Palatinum Vilnensem, Iurborsc: Braclau: Nouolen: Capitaneum, Ianussium Skumin Tyszkiewicz, post sua fata annorum 70. bene per omnia politum, zeloque incorruptæ Fidei nitentem, cæteris clenodijs ac gemmis adiunctum, certissimum sanctæ Vnionis agnoscite Vnionem.

Eidem.

Sic Heroes

Sic Heroes desinunt, vt semper sint: & qui vitæ finis, eadem periodus, initium gloriæ est. Ianusium Skumin Tyszkiewic, ex Palatino Nouogrodense Patre, Mscislouiensem, Trocen: Vilnen: Palatinum, Braclau: Iurborsc: Nououel: Capitaneum, velut vmbra gnomonem gloria secuta est. Hic, cum Patriam sibi charissimam, & ingenio, & bellico genio, Musas omnes conuersatione Heroe digna, Catholicam Fidem & rem sincero animo coluisset, & quos viuere homini LXX. annos concessum est, impleuisset, Ladis apud optimum Fratrem, Ioannem Alphonsum Lacki, Castellanum Samogitiæ, relicta hærede virtutum suarum Eugenia Catharina Filia, Ianusij Ducis in Wisniowiec Korybuth Hipparchi Regij consorte lectissima, vt vberius famam nominis gloriæq; extenderet, principium viuendi moriens, die 27. Maij, Anno Christi, 1642. inuenit.

Eidem.

Resigno Titulos Palatini Nouogrodensis Filius, ipse Mscilau: Trocen: Vilnensis demum Palatinus, Braclau: Iurborsc: Nououel: Capitaneus Sed Titulorum origo, honestissimarum disciplinarum cultus, tot commissionibus spectata prudentia, tot bellis prospere gestis, emendata fortitudo, tot perduellibus ac iuratis Ecclesiæ hostibus sublatis, monstrata pietas & Fides integerrima, vltra LXX. vitæ annos insepulta perpetuò viuet.

EIDEM.

Credis Lector, felices esse Iouis Taxillos? sed si plusculum hic hæseris, atque ossorium, permixtim Heroas ignauosque rudes atque doctos confundens, sedulo respexeris, nec Parentem meum, Palatinum Nouogrodensem, nec me ipsum Palatinum Mscisl: Trocen: Vilnen: Præfectum Iurborsc: Braclau: Nououel: Palladis arte olim, & prospero Marte potentem, internosces. Sic, non Iupiter pictus, sed verissimus Deus, tota confundit ossa fritillo.

EIDEM.

Fui Palatinides Nouogrod: Palatinus Mscislau: Troc: & Maximus in Lithuania Vilnensis. Non sum: aut potius sum cineris bustum, alueolus osium, saccus pulueris, & reuera cadauer. Profectò rem Christianam & Publicam nuper in viuis promouens, iura dans, iustum sequens, iniustum quiduis omni conatu persequens, visus fui, non fui: Non sum: sum Ioan-

sum Ionnnes Skumin Tyszkiewic, Posuit hæc Elogia, ad Concionem funebrem ab Alexio Dubowicz Archimandrita PP. Basilianorum Vilnensium, cum Ecclesia Romana Vnitorum habitam Vilnæ, Benedictus Glinski, Eiusdem Ordi: Religiosus.

Illustris Comitum à Tarnow Sanguis, in Theodoro Carolo, Krzepicensi, Klobucensi, &c. Capitaneo, morte per insaniam 13. Iunij, Anno Incarnatæ Salutis, 1647. Phlebotomiam crudeliter exercente, heu! diminutus, Tarnouiæ Lunæ, sub ipsam auroram extinxit serenitatem, nullo die, à quingentis ferè annis, quibus semper serena extitit, crepusculum magis fatale habuit, quam fuerit illud, quo prænominatus Comes, cum sanguine vitam profudit, nimirum Gentilitio hoc Phosphoro extincto, quidni etiam Gentilis Luna noctem indueret? Proch dolor! Quàm dispar cœlestis, & Tarnouiæ Lunæ ratio! Illa omnium corda ad lætitiam, hæc ad mœrorem excitat: crescens illa corpora auget, ista corporibus sepulchra implet. Cum incremento illius sanguis augescit, cùm istius præter sanguinem vita minuitur. Ad noctes illuminandas illa à Deo creata, hæc nostra ad tenebras conciliandas cœlitùs immissa. Hinc, quod mirum? quod Illustriss. Comitum Luna doloris sui benè conscia, hâc suâ luce, in vno Theodoro amissa, in tenebras noctium abiuerit: quas ædibus, habitu, vultu, corde circũfert; sed nec alio luctu adeò ingens damnũ pensari debuit nisi tenebris. Quidquid enim dolor vlpiã affecerit, atro idipsũ & colore mæret. Exemplum à Sole accipe, & quemadmodum ab occasu illius maximæ vmbræ cadunt, ita ab obitu huius nostri maximus dolor spargitur. Quem Tarnouia Domus pro Luna sua habuit, imò quia vnicus Patris sui fuerat, Solem suum eundem dixit. Lugubris certè æmulatio, quando & tantum Familiæ lumen in tenebras abit, & vmbræ lumen suum sequuntur, hinc dolor, hinc stupor ingens exoritur. Quem non mors (qui & melioris vitæ initium) sed modus permissæ à Deo mortis, mentibus Amicorum impressit. Quotquot Amici fortunam defuncti deploratis, meliora de Dei bonitate concipite. Qui solus ex tenebris potens est, hanc quoque excitare lucem supplicijs temporalibus, etiam æternam parare fælicitatem. Hanc & nos defuncto apprecemur, vt cognatum cœlo Tarnouium sydus, depulsa hac, adeò fatalis mortis, vmbra, luce fruatur perpetua.

EIDEM.

Amplissimæ Familiæ non degener Hæres, Magnorum Parentum Magnificus Filius, stellata in domo olim natus, THEODORVS CAROLVS, Comes in Tarnow, Krzepicen. &c. Capitaneus, lucere in terra desijt. Doluissem Fatum Herois, nisi Astris additus iam luceret. Et sanè nefas inter mortales cum viuere, qui vitâ illustri proximus cœlo vixit.

Sed ne

Sed ne singulos fulgurantium ipsius virtutum gradus (quibus ad plenum æternitatis diem peruenit) cogar numeratò explicare, quidquid augustum, quidquid Comite Tarnouio dignum quispiam censet, totum id in vno illo, à Deo, à Naturâ, à Fortunâ, à Gratiâ, repositum esse nostis. Nulla illi gloriæ lux, nullus pietatis splendor, sine incremento accessit, nisi quod mors, nullis æqua virtutibus, omnia hæc decora Heroi inuidit. Quando sic Orbi Lechico, genere & moribus prælucentem, heu! inopinato extinxit. Tarnouia attamen sydera occasum nesciunt: quæ etiam post extrema fata, lumine aucta meliore, lucere consueuerunt. Quotquot Tarnouiorum, tot & lumina Regni, quorum luce cœlum & solum augeri & ornari non desinit: atque vel ideò ijsdem in cœlo, quibus & in terris, coronantur meritis. Adeste boni Superi, & fauete: vt vnde lucida Stemmata Comitis defuncti originem suam traxerunt, illuc & ipse Comes luce æterna circumfusus, quantocyùs ascendat. Verbo dicam Stellatus Heros stellis iungatur. Ita non sine suspirio vnanimi

Manibus Pijs vouemus.

ALEXANDER MYSCZYNSKI.
Episcopus Margaritensis.
Ex Armis Columnarum
Ipsemet sibi Epitaphium scripsit.

Quid Magistro prosunt Artes?
Quid Theologia, quid peritia Iuris? Quid sanguis Nobilis? Quid Canonicari? Quid Infulâ Pontificis præfuisse?
Omnia hæc pereant præter amare Deum.

BOGORIÆ WOŁOWICZ.

Seruiui cœlo nec te mea Patria liqui,
Arbitror, id de me Bina sagitta canit.
Suscipe terra tuo corpus de corpore sumptum.
Reddere quod valeas viuificante Deo.

PROSPER, PROVANA,
Stemmatis Columna.

Apud suos Maiorum Nobilitate clarus, apud Exteros virtutis, splendore clarior; cum tribus summis Polonorum Regibus, Sigismundo Augusto, Henrico Valesio, Stephano Bathoreo, & Hungarorum Ioanni secundo, sua fide atque industria probata, amplissima munera administrasset,

ſtraſſet, in his Salinarum Crac: Præfecturam ingenti prouentu auxit. Deſperato in hac mortali vita honeſtiſsimorum laborum præmio, ad immortalem ſedem, vnde verum præmium rectæ vitæ munere defunctos manet, auolauit. Die 20. Menſis Septembris. Anno Domini, 1584.

SBIGNEVS OLESNICKI.

Stemmatis Debno.

Optime fundata in Artibus honeſtis & Philoſophia Iuuentute, Artium in Academia Craco: & Philoſophiæ Doctor renunciatus, Depoſita Toga, Sagum militare induit, ſub Vladiſlao Iagellone, ſtipendia meruit. Eum ipſum à Dipoldi Germani iaculo, oppoſitu pectoris ſui, acriter in aperto fati periculo & gloriosè defendit; Vbi ſe ſtatui Hierarchio addixiſset, Præpoſitus S. Floriani in Clepardia vixit. ProCancellarius breui, in Regno Poloniæ, poſt Epiſcopus Wloclau: demum Cracouienſis, ac tandem Eminentiſsimus S. R. E. Cardinalis deſignatus, vixit Eccleſiæ, Patriæ, Religioſis, Academicæ Iuuentuti, Amicis & Conſanguineis vtiliſsimus. Ducatum Seuerienſem, à Venceſlao Duce Therſinenſi, ad perpetuum Epiſcopatus Cracouienſis vſum, & Cathedram, pro ſex Millibus Marcarum latorum Groſſorum Pragenſium coemit. Vnde ab eius temporibus, Epiſcopi Cracouienſes, Titulo hoc Ducali gaudent. FF. Bernardinos Stradomiæ in Areâ ſui germani conſtituit. Eccleſiam Sandeciæ fundauit, Burſam Ieruſalem dictam, ad Lares Academiæ Cracou: Iuuentuti Nobili, ad hauriendos in ea bonos mores & doctrinam erexit. Honoris Diuini zelator ardentiſsimus, & Eccleſiaſticorum bonorum defenſor, etiam contra Principum auſus & minas, acerrimus.

D. O. M.

Ac Piis Manibus.

FRANCISCI ŁADZIC de LIPIE LIPSKI

Qui in Familiarium numerum vna cum fratre Laurentio, à Iacobo Vchanski Archiep: Gneſnen: Auunculo, acceptus, eruditione domi foriſque parta, primo eiuſdem Cancellarius, Regiſque Stephani Secretarius factus, deinde Sacerdotijs in Gneſnen: Vladiſlauien: Łęncicien: Eccleſia auctus, ab Aula ad tuenda iura & commoda Eccleſiæ ſe conuertit, & 60. annis, in Capitulis, Synodis, Tribunalibus, Comitijs, rei Eccleſiaſticæ optimam operam nauauit: oblatos Epiſcopatus & Abbatias repudiauit: opes ex proprio patrimonio partas, iuuandis Amicis & Propinquis, reditus Eccleſiaſticos, Diuino cultui, inprimis huius Eccleſiæ Fabricæ Krzemenecenſi collegit, & doti impendit. Demùm dierum plenus, obijt Łouicij die 3. Octob. Anno Domini, 1618. ætatis 81. Ioannes Lipski, Referendarius Reg: Pol. optimo Patruo P.

D. O. M.
Ac Memoriæ,
LAVRENTII ŁADZIC de Lipie LIPSKI,

Iudicis Terræ Rauenſis, vnici huius Eccleſiæ Patroni, Viri è clara & vetuſta Soleatæ Gentis Proſapia orti: in Deum pij, cum vicinis pacati, erga omnes officioſi: qui demùm ſuſceptis ex Generoſa Anna Plichcianka nouem filijs, & filiabus quinque, maior Septuagenario ceſsit è vita. Cui ſuperſtites filij, tribus antea vita functis, Laurentio in pueritia, Arnolpho & Dadzibogio, in bello, Franciſcus Fælix, Caſtellanus Sochaczouien. Matthias Tribunus Rauenſis, Ioannes Referendarius Regni, Gaſpar Vexilliifer Sochacouien. Samuel Sereniſs: Alexandri Poloniæ & Sueciæ Principis Cameræ Præfectus, Philippus Plocen: & Lęczycien. Canonicus, Secretarius Regius, hoc pietatis monumentum poſuere.

Anno Domini, 1634.

Obijt in Lipie, 8. Aug. Anno 1616.

IOANNI KOPASINIO,
Exercitus Regis Boleſlai Audacis
Poſuit.

Tibi Duci ſtrenuo Kopaſinio,
Quia Regiam Aquilam protexiſti:
Quia patrios hoſtes proſtituiſti,
Quia Senatum populumque noſtrum decoraſti:
Quia Catholicam fidem defendiſti,
Hoc immortalis gloriæ monumentum,
Non in campis, ſed in animis ſuis,
Tui amantiſſimi, tibi obſtrictiſſimi ponunt.

ANDREÆ NOSKOWSKI,
Epiſcopo Płocenſi.
Viator

SVbſiſte. marmor imperat, Manes petunt,
Cyppo hoc Noſkouius hominis quidquid tulit,
Homo poſuit. Fœlicitates, Purpuram,
Ætatis aurum, ver Togæ, Generis iubar,
Clauduntur vrna hac, vota, ſpes Lechicæ ſimul,
Sed mens dicata gloriæ, & virtus ſuum
Proſpectat ortum, vindicans Manes Pios.

Patente

Patente buſto, Lemma cernis gloriæ,
Famæque penſum. Curre, ſed fati memor.
Mortalis æui ſtatio te cœlo locet,
Virtute nixum, mollit hæc fati viam.
Quisquis iter vitæ ſequeris, vitæque perennis,
Ne tua ſint terræ lumina fixa caue:
Semper ad æthereas ſublimi vertice ſedes,
Conſpice. Sic tutum lætus habebis iter.

STANISLAVS PAC,
M. D. Lith. Dapifer.

Inter Duces, qui militarem impetum ratione compoſitum habent, aut fortuna propitium, merito commemorandus, hoc tegitur tumulo. Quem poſt præclaram illam apud Iezerſciam de Moſchis victoriam, in medio fortunarum curſu, vt deſiderabiliorem nobis, ſic & fæliciorem ſibi mors immatura extinxit.

ALBERTO SREDZINSKI.

Stemmate Læiuius contra ſtetit arma Sredzinski
Albertus, multoſq; Scythas demiſit ad Orcum:
Orbatus tandem non multa morte quieuit,
Pro Patriaq; animam ſuperis ſic reddidit Aſtris.

IANVSSIO TYSZKIEWIC,
Palatino Kiouienſi.

BEllica perpetuas genuit tibi gloria laudes,
Erexit nomen Pallas honore tuum.
Nobilis excelſos effert Kiouia Faſces,
Non horret rigidos te dominante Scythas,
Te ſinus Oceani nouit, gelidus quoque Getes,
Te veneratur Eques, teq; Senatus amat.
Tu fidei lux es, tu ſeruantiſſimus æqui,
Semper ineſt virtus inſita Tyſkieuijs.

EIDEM.

Vt Turcicam Lunam terreret, ſub Ioue Sarmatico natus, Martium ſortitus eſt animum: mentis vigorem diſciplinis militaribus mancipauit, didicitq; priùs

priùs prodeſſe Patriæ, quàm ſibi. Aſſuetus manu tueri Rempub. tutaturus etiam conſilio, dignitatem Senatoriam accepit. Magnum ſcilicet exercendæ virtutis campum, auitæ Religionis defenſor acerrimus, vt Crucem Chriſti fundaret in Ruſsia, Schiſmatico Metropolitæ Crucem ademit. Dignus perenni Laurea, qui ferales inferni lucos in cœleſte Trophæum aſſurgere non permittit.

VIATOR,
Moriendum omnibus.

Sed qui fortunam moderatè tulerit, ſapiens eſt.

Et quia nemo natus niſi ad laborem, grauidam virtutum ſpicis reddere vitam perneceſſum eſt. Equidem Coronati Leopardi, atque eiuſdem cum Firleijs in Regno Viris ſemper inclytis, fueramus MARKVSZEWSCII, & celeriorem virtutis honoriſque, quàm ætatis curſum perfeceramus, ſed virtutis honos cùm celſum perſpectat Olympum, vltimam Familiæ ſuſcepimus periodum. Vale, & conare amentiam, Fortunæ, animo forti ſuſtinere.

Ades Spectator,
Mors eſt, quæ de animis verum dicit.

Non hic Palladium Theodoſij curſorem quære, cui immenſum illud Romani Imperij ſpatium tridui iter fuit. Sed qui longa ac futura annorum ſpatia ante ætatem præcucurrit, vitam antè mortem conſummauit, cùm ſenilem iuuentam præmatura morte depoſuit. Is eſt IOANNES STANISLAVS SAPIECHA, Magni Ducatus Lithuaniæ Marſchaleus, Slonimen: Præfectus. Ætatem ſpecta, ſed incipe illum virtutibus æſtimare, ſempiternus eſt: ex quo humanæ vitæ longitudinem addiſces; in qua tantum ſapientes laborarunt, ampliſsimum quippè vitæ ſpatium eſt, vſque ad virtutem viuere.

Momentum,
Quod omnibus natura conceſſit,
ILLMus NICOLAVS SAPIECHA
Genere illuſtrauit.

Vita, moribus, virtute extendit. In quò breuis ætas, & adulta virtus, Aula & Pietas, Adoleſcentia & Integritas, altum ingenium & animi demiſsio: Fortuna & Conſtantia, ſumma imis diſsidentia, in eius mortẽ conſenſerunt: vt momentum vitæ deſtituat, & ad monumentum deſcendat. Ora Hoſpes, lege tuum in alieno momentum monumento.

Raro

Raro & amœno ingenio, animi magnitudine conſtanti, humanitatis amans, Regis obſeruantiſſimus, virtute & doctrina ornatus, deq́ue omnibus benè meritus, hic quieſco, & vltimum diem expecto,

ALBERTVS CZARNKOWSKI,
Caſtellanus Medirecen.

Antiqui in Polonia Stemmatis Nałęcz

BARTHOLOMÆVS NOWODWORSKI,
Hoſpitalis S. Ioannis Baptiſtæ Hieroſol.
Eques Melitenſis, Stipatorum S. R. M. Sigiſmundi III. Præfectus, Academiæ Cracouien. ſingularis Patronus, multa ad expugnandum Smolenſcum artificia adinuenerat, & cum effectu probauerat.

Eheu! probauit mors virum, vicit.

Viator dic

Vel vnicum Bellatorem non victum fuiſſe.

Pruſſia me genuit: Proauos Maſouia fortes
Inter habet Magnos Lechia, Maltha Viros.

Generoſus ABRAHAMVS ZŁOTOPOLSKI de ZŁOTOPOLE. Diſtrictus Zakrocimenſis, Palatinus Maſouiæ, Genus illuſtre & peruetuſtum Stemmatis Nałęcziorum, clarum virtute ſua effecit. Ætatem prætextæ debitam, qua naturæ, qua ingenij dotibus exornauit. Sapientiæ deſiderio ſtimulatus, Italiam, Hiſpaniam, Germaniam, Belgium, Angliam peragrauit. In quibus tantum Literarum collegit, vt eſſet Patriæ auxilio, Amicis ſolatio, omnibus conſilio. Militiam illius prudentem Pallas effecit. Non minus ille, ſub vexillis Illuſt: Ducis Zolkieuij, in campo Orinino, & Cecora, contra Scythas, & in caſtris Sereniſſ: Principis Vladiſlai, in Chocimenſi bello contra Turcas, ſtrenuus bellator, in omnibus Expeditionibus controuerſiarum militarium arbiter, & Iudex prudentiſſimus, æquiſsimuſque extitit, ecce tandem, qui ferrum Mauortis luſit, hunc inuidioſa Clotho lethali vulnere læſit. ætat: 45. Reparati orbis, 1632. Huic Gñoſa coniunx Catharina Witwinska, hoc, quo tantus vir præmitur, non opprimitur, mœrens poſuit Monumentum.

IOANNES ODRZYWOLSKI.
S. R. M.

S. R. M. Rothmagiſter.

Veteranorum militum, experientia bellica ornatiſsimus, à prima adoleſcentia militaribus Caſtris deditus, ita ſpecioſis actibus meruit præmia, vt ad dignitatem multarum Copiarum ducendarum à Supremis Exercituum Ducibus eligeretur. Dein à Sereniſsimis Regibus Polon: Cuſtos Caſtrorum Regni deſtinatus, ad maiora promoueri dignum ſe præſtitit. Et quia merita ipſius, pro Patriæ conſeruanda pace, in Caſtris ad ſenium vſque deducta permanebant, primum Præfectura Zydacouienſi, poſtmodum Vinnicen: honoratus fuerat. Bonorum Iaſlouecicorum factus Hæres, Ord: FF. Prædicatorum ſingularis benefactor, animam Deo, corpus hoc tumulo depoſuit.

ALBERTVS ALBERTI STARZECHOWSKI.

Magni virtute & ingenio viri Filius.

Frater Ioannis Palatini Podol: in Confinibus Regni, Præſes Bari, cum à Bona Sfortia Regina in propugnaculum erigeretur deſignatus, pro benè meritis, præſertim Caſtrenſibus, Caſtellani Belzen: Titulo honoratus, numeroſæ Legionis militum, quos laute ſemper & humaniſſimè tractabat, Præfectus, Tutor, & Pater Confinium extitit. Palatinatum Belzen: demum in præmium virtutis retulit. Ad Sokaliam, vnâ cum Fratre, fortiter pro Patria dimicando, à Tartaris cæſus.

LAVRENTIVS GEMBICKI.

Stemmatis Nałecz.

Exemplar viri Spiritualis, & de Patria optimè meriti Ciuis.

Ab ineunte ætate in Academia Crac: liberalibus diſciplinis luculenter inſtructus, D. Stephano Regi Polo: propter egregiam animi indolem, morumque ſymmetriam ſummè gratus, poſt operam D. Sigiſmundo III. ab ipſo Regni ſui initio, magna cum fide & dexteritate nauatam, auctumq; Magni Secretarij ſumma cum gloria munus, atq; expeditam ad Summum Pontificem Clementem VIII. in arduis Reipub: ac orbis Chriſtiani negotijs, inſigni cum grauitate & felicitate Legationem, ob eximiam pietatem, doctrinam, ac in Patriam merita, Culmenſi Epiſcopatu ornatus, geſto deinde Cancellariatus ſumma cum Reipub: dignitate officio, ad Pontificatum Vladiſla: euectus, demum poſt annum, ſumma cum omnium ordinum lætitia, Archiep: Gneſn: Legatus Natus, Regni Primas & Primus Princeps creatus, vir ſingulari pietate, animi magnitudine, humanitate, morum ſuauitate, Senatoria grauitate & ſplendore, liberali eloquen-

loquentia, tàm Latina, quàm Patria, cæteriſque virtutibus, quas mortalis requirit conditio, clariſsimus, virtutum, gloriæ & annorum plenus obijt.

CÆlica terrenis præfer, manſura caducis,
Mens repetat proprium libera principium.
Spiritus alta petat, quo prodit fonte, recurrat
Sub ſe deſpiciat, quidquid ad ima grauat.
Sis memor oro mei, cineres quando aſpicis iſtos,
Cum prece, cum gemitu, dic ſibi? parce Deus.

CHRISTOPHORVS
Stemmatis Nieczuia.
Ioannis è Lublinen: Palatinatu Filius
DZIERZEK.

Regio ſumptu, in adoleſcentiæ vigore primo, Magnus Patriæ vir futurus, Conſtantinopolim, Linguæ Turcicæ & Arabicæ ſcripturæ perdiſcendæ gratia miſſus: cum Tarnowſcio Legato liberationem Radecij procurauit. In Moſchouia ad Ducem Legatus miſſus, dum acres à Stephano Rege Literas reddidit, acria Tyranni reſponſa & iniurias forti & inconcuſſo animo ſuſtinuit, honorem Regni & Regis pariter tutatus. Fidem Catholicam, licet in medio Paganiſmo, ſine animæ detrimento, acerrimè tutatus. Parentem Hæreſi infectum ab errore in viam Orthodoxæ Fidei reuocauit, in ea mori procurauit. Hieroſolymam deuotionis gratia viſitauit. Ad Polociam & Pſkouiam contra Moſchos, contra Tartaros ſæpius ſtrenuè militauit. Æui & gloriæ plenus è viuis exceſsit. Ioannes multarum Linguarum peritiſsimus Sereniſſ: Sigiſmundi III. Aulicus, Venator Terræ Lublinen: & Prandotha Dapifer, Iudexque Caſtr: Lublinenſis, Fratres Fratri Chariſsimo Poſuerunt.

PRANDOTHA DZIERZEK IOANNIS Filius.

Humanitate, virtutibus, & multarum Linguarum peritiâ ſpectabilis viri, Sereniſſ: Sigiſ: III. Aulici Regiarum venationum in Palat: Lubli: Præfecti, Filius quintogenitus. Educationem primam in Literis ad Scholas & Academias patrias incepit, Germanicam Linguam, varijs in Germaniæ locis addidicit, in Gallia ornatiorem reddidit, in Turcica Lingua, & ſcriptura Arabica, quod ſuis etiam Maioribus vſitatiſsimum fuerat, & Patriæ ſummè neceſſarium fuit. Quo nedum proficuus Caſtris & Patriæ, ſed ornamento etiam Familiæ ſuæ deuenit. Internuntij & Legati munus multoties in Turciam perfecit gloriosè & feliciter. In Caſtris, quæcunque ſeſe expeditio obtuliſſet, animosè & cum gloria nominis ſui bellauit.

Mortuus

Mortuus Fratri Christophoro natu minimo, sed bellatori in Prussia contra Suecos, contra Kozakos rebelles, & Scythas, magno atq; strenuo, iustum mœrorem, suique desiderium, & bonis Amicis reliquit.

MAXIMILIANVS de PRZERAB PRZEREMBSKI.

Stemmatis Nowina.

STANISLAI Castell: Sirad: ex Rozrazewska Filius, è Referendario Regni, & Castellano Sirad: Palatinus Łęcicienſis, Hofmagister Reginarum, Constantiæ Sigismundi III. & Ceciliæ Renatæ Vladislai IV. eruditione summa, rerum experientia, Rempub: concernentium eximia illustris, prudentia & dexteritate in agendo admirabilis, in omni expeditione bellica, in qua Regia Maiestas præsentiam suam obtulit, continuam sese præstitit. Maturo iudicio multas controuersias inter Magnates Regni affabilitate & liberalitate, prudenter & feliciter complanauit. Sereniss: Vladislao IV. Ceciliam Renatam, Austriaci & Cæsarei sanguinis Viraginem, in Coniugem & Reginam conciliauit. Throno & Thoro Regio splendidè adduxit Pro suis erga Regiam Maiestatem & Rempub: meritis, Præfecturas Petricou: Mostic: Sniatyn: Medic: Letin: administrauit. Reliquit cum Anna Mochilanka, Hieremiæ Palatini Moldauiæ Filia, Petrum & Carolum Sigismundum Filios, in quibus Patriæ viuens, mortalem finiuit vitam.

NICOLAVS CZERNY.

Stemmatis Nowina.

Petri Castell: Lublinen: Filius.

Ingenuis prima in iuuenta expolitus Literis, contentam rei bellicæ & insignem nauauit operam: scripsit in ea & dextrè deposuit animi propositum illud, Amans vir Patriæ moritur pro ea. In Moscou a ad Pscouiam, feruente Marte fortiter occubuit A Laureato Stephani Batthorei Regis, Samuele Wolphio, sic laudatus.

Nicolaus Czerny pheretro portatur in isto,
Pro Patria pugnans fortiter occubuit.
Corpus inane iacet, sed mens est criminis expers,
In suaui Christi viuit ouatq; sinu.

IOANNES SIERAKOWSKI à Boguslawice.

Stem-

Stemmatis Ogonczyk.

Filius è Tarnowſka Venceſlai, Vexilliferi Breſtenſis.

Vir Reip: apprimè notiſsimus, ob dignitatem Literarum, & morum congruentiam, cum debite ordinata prudentia, Regibus & Primatibus Regni, apprimè charus. In Comitijs Regni Petricouienſibus, dum Sigiſmundus Auguſtus, A. 1549. primam Conuocationem Ordinum conſtituerat, Marſchalcus ab Ordinibus electus, graui & eleganti Reip: nomine noſtra Oratione Regem ſalutauit. Ab eodem ob præclara ipſius erga Rempub: meritorum indicia, diuerſis honoribus affectus, Primum Referendarius Regni, tum ſimul cum Referendarij dignitate Caſtella: Lendenſis, poſt Caſtella: Caliſſ: vltimo Palatinus Łęcicien: & Capitaneus Prædecen: Ad Gedanenſes Commiſſarius omnia dextrè pro Regis Auguſti & Regni dignitate confecit. Interregni bini tempore poſt deceſſum Auguſti, & Batthorei, numeroſum militem proprijs ſumptibus collectum pro Patriæ ſalute aluit, omnia Regni negotia, pacis & belli occaſione, vti verus Ciuis Patriæ, & prudentiſsimus Senator, grauiter & affabiliter tractauit Regum obſeruantiſsimus, erga Conciues humaniſsimus, Annorum, virtutum, & gloriæ plenus, obdormiuit in Chriſto.

LVCAS de BOGVSŁAWICE SIERAKOWSKI.

Staniſlai Caſtellani Landenſis Filius
Nepos Palatini Łęcicienſis
Caſtellanus Cruſuicienſis, hic quieſcit.

Tyrocinia Literarum domi perpolita, Exoticis variarum Gentium ſtudijs, per octo annos, quarum omnium Linguas apprimè didicerat, in grauem & ſedatam deduxit ætatem. Eius induſtria, prudentia, & authoritate, in arduis Patriæ negotijs. Sereniſſ: Sigiſmundus III. & Senatus multoties ſummo cum fructu & felicitate rerum agendarum vſus: ad Legationes aliquot, ad Ducem Pruſsiæ, & Sueciæ Exercituum Duces in Filandia, ad Compoſitiones, Luſtrationes, bonorum Regalium & Exactionum rationes expediuit, fidelem & pacificum agnouit. Prole Nobili fælix, obijt in hæreditarijs Boguſlawice bonis, ſepultus Klodauiæ. Cui Filia, vti Senatori digniſsimo, Patri chariſsimo, Regina Sczawinska, Caſtellani Breſten: Præfecti, Łęncicienſis Conſors, Epitaphium hoc ex marmore poſuit, & Sacrificium incruentum perenniter inſtituit.

STIBORIVS OSTOIA,

De Radzimino.

Ex Archidiacono Płocenſi, beneuolentia Semouiti & Ianuſſij,

Ducum Maſouiæ, Epiſcopus Płocenſis. In Patria ſua nouam cocto latere Eccleſiam ſtruxit, & ornamentis decorauit. Mortuus Anno Domini, 1390. in Eccleſia à ſe extructa & fundata viuit. Eccleſiam Dei, Patriam, & Regum honorem, libertatemque ſtrenuè propugnauit: maleuolos ne Iura contemnerent, oppugnauit, etiam poſt funera viuit virtus, inuidorum fauces ſuffocat.

Virtuti & Perennitati,
Pijs & poſthumis Cineribus,
Generoſi Domini
STANISLAI à Brzeziny ROKOSZ,
Stemmatis Oſtoia.

Viri, quem virtus à primis annis Togata in Curia Palladis inſtituit: medijs ſagata in caſtris Bellonæ exercuit: extremis victorem ex acie laureatum, in Capitolium ſuum euocauit. Vigilantiæ teſtis eſt Vngaria, ad quam primum adierat: Conſtantiæ Moſchouia, cuius expeditiones nullas neglexerat: Fortitudinis Scythia, quam in defenſione Patriæ declarauerat: Fœlicitatis confinia Regni, quæ à Barbaris profligauerat: Continentiæ Commilitones & Vrbes, in quibus aliquando ſtatiua integrè abſoluerat: Fidelitatis Duces Copiarum, qui tuendos illi fines Regni ab incurſione Scytharum demandârant. Abijt à viuis ad viuos circa Boryſthenem, pro Patria impigrè depugnans contra colluuiem barbarorum, ætatis 54. Anno 1632.

Dignus ædepol, cui Homericum illud adſcribatur:

Fuit bonus & vir, & miles acer.

ALEXANDER SLVSZKA,
Nicolai Præfecti Krzyczeuień: & Luczyceń.
S. R. M. Rothmagiſtri, Filius.
De Stemmate Oſtoia.

Vir poſt relictum errorem Catholiciſsimus, Fidei & Religionis propugnator contra Hæreticorum rabiem acerrimus: Templa Wolozynijs bina, in Kowalewſczyzna vnum, erexit, ditauit. FF. Ordin: Prædic. in Solpice Conuentum fundauit, Lateritium Templum exædificauit. Eidem decem millia florenorum, & prædium ſpeciale, pro ſubſidio animæ ſuæ obtulit. In Bychow & Troſzczenica, Templorum ſuorum prouiſionem annuam procurauit. Plurimis annorum Luſtris Camerarius intimus & Aulicus, Sereniſs: Sigiſmundi III. bellicas expeditiones nunquam neglexit,

xit, omnes cum ſumma laude Curialis Eques & Præfectus expleuit. Ob inſignem iudicij maturitatem ac prudentiam, è Minſcenſi Caſtellanatu creatus beneficentia Regia Caſtellanus Samogitiæ, tum Palatinus Nowogrodienſis, Capitaneatus hos tenuit, Rzeczyc: Łoiouien: Mozirenſ.

Quid hæc ſunt? dum ego iam non ſum,
Sola & vnica virtus mecum.

THEODATVS SŁVSZKA,

Alexandri Palatini Nowogrodeń. Zophiæ Zieniouiciæ Filius, florentem ætatem, literis & virtutibus ornatam, Sereniſſimi Vladiſlai IV. obſequijs in Cubicularium intimum adſcitus addixit. Erga Deum, Deiparam, Diuoſque Tutelares pius, religioſus, modeſtus: in Aulico ſtrepitu pompæ & vanitatis oſor: amor & expectatio Parentum & Patriæ, ineuitabili mortis præcepto, inuidarum virtuti & vitæ Parcarum filo, in ſtamine primo præciſus occubuit.

Argumento ſit hoc Chronoſticon.

Verè nitent flores, TheoDatVs te Mpore Verno.
Nonne tener PatrIæ fLos generIsVe nItet?

Etiam hoſti fidem ſeruare debere, cum illo Romanorum Attilio Regulo cineres mei docent.

Iaceo, imò ſurgo in dies,

NICOLAVS KREZA,

Stemmatis Oſtoia de Bobolice.

In bello ad Sokalium à multitudine Scythica interceptus, nec animum, nec fidem mutaui: Turca me à Scythis venditum poſſedit, ex aſſe mei Dominus, ob pecuniam & æs aſproſque minutos pro me à ſe datos, Nobili verbo Polono Turcus Barbarus, in omnigena ſeruitute viuere aſſuetus, petijt ſummam à me certam, qua redimerer è captiuo carcere. Pactus eram me redditurum, ſi liber diſceſſus foret ad Lares Patrios. Fecit id ille, feci & ego. Redij, verbo Nobilis Poloni ſteti: dedi pecuniam, eandem ipſam à barbaro Scytha donatam, cum alijs muneribus recepi. Redux in Patria non inutiliter vixi, Rothmagiſter Vexilli Regij Supremi creatus, vixi annos 67.

Qui hæc legitis, date aures, Deo, Patriæ, Amicis, Familiæ,
Breuis vitæ curſus, immortalis virtutis & Gloriæ.

HOSPES

Atrox deplora fatum.

CENEROSI IVVENIS ANDREÆ IAKLINSKI.

Stemmatis Oſtoia.

Cuius teneram ætatem non minus Minerua, quam Bellona in Patrio Germanicoque ſolo, neceſſarijs Reip: exercuerunt rudimentis. Indolem Martiam & induſtriam Illuſtr: Dux in Wiſniowiec Ianuſsius Korybuth, Stabuli Regij Supremus Præfectus, intellexit, laudauit, dum vigilias & excubias militares acriter obeuntem, captiuos ab hoſtibus fugitiuis extorquentem, ferocis Abazij Baſſæ Turcarum ſummiſſarij Fecialis bellici ad Camenecum fortiter impreſsionem ſuſtinentem. Solertiam & celeritatem in rebus agendis, ſocij comiteſque laborum in Pruſsia agnouerunt. Prudentiam in difficillimis negotijs expediendis, quoties Militaris Legati munere fungeretur, Supremus Exercituum Dux Staniſlaus Koniecpolski approbauit. Infractum corporis & animi robur multæ etiam Regiones, Luczenicia & Kumeyki loquentur. Nam & bonum omen victoriæ duos primo hoſtes Haſtili ſuo tranſuerberans rebelles Kozakos, Patrio Exercitui propinauit, & in acerrimo diſcrimine Vexillum ſeruauit, & periclitantes ſocios ab interitu vindicauit. Sed heu luctuoſam Militis fortiſsimi ſortem! Quem, nec Barbarorum impetus, nec ſagittarum nimbus, nec tormentorum fulmina oppreſſere, vna vincendo fatigatum decoxit ac ſuffocauit ſitis. Quam cum leui potione mitigare vellet, ſubito concidit, febrem ardentiſsimam concepit: & intra nouem dies, ſuam relinquens militarem ſtationem, ad immortalitatis Capitolium, egregius libertatis Polonæ vindex, miſerabili totius cum Exercitus dolore, æternum triumphaturus. Anno 1638. Ianuarij 8 commigrauit.

Filio chariſsimo Thobias Parens mœſtiſsimus profuit, & Exuuias carneas per 170. milliaria deduci curauit: vt in Patrio ſolo præſens fortitudinis apud Poſteros extaret Monumentum.

IOANNES NICOLAI KAMIENIECKI.

Stemmatis Pilawa hic ſitus ſum.

Prudentiam meam Catonianam & Authoritatem, Caſtellanatus Leopolien: probauit. Iuſtitiæ rigorem, Capitaneatus Buſcenſis non abhorruit. A Sigiſmundo I. Polon: Rege Sereniſſ: in Podoliam ad tuenda Confinia contra Tartaros miſſus, eoſdem tum ad Miedzibozum, tum ad Woronowo, Horodiſce ſudi, Captiuos recuperaui. Podoliam per annos 10. pleno Regij Præfecti Militum iure adminiſtraui. Braclauienſibus & Vinnicenſibus Incolis pacis potiundæ autor extiti. Fratri Sigiſmundo Alexandro, in obſequijs gratiſsimus vixi, æqui obſeruantiſsimus, Catholicæ Religionis cultor ardentiſsimus. Obij in Anno Ætatis 50. Anno Chriſti, 1438.

NICO-

NICOLAO KAMIENIECIO.

Viator

Claudit hic Lapis Kamienieciæ Familiæ Sydus. Tot Procerum Senatus serie insignem Heroem, Palatinum Cracou: atque Exercituum Regni Polon: Supremum Ducem, militaribus curis, & seueritate morum in Sago, præceptis Eloquentiæ, & comitate honesta, in Toga clarissimum: illa insigni de Tartaris ad Wisniouiecium & Łopusznam, ad 25. millia cæsis, & de Valachis ad Tyram fluuium, de Bogdano Valachiæ Palatino parta victoria immortalem.

S. S.

Scire cupis, quæ sit Famæ via certa parandæ.
Talem te præsta, qualem te poscis haberi.

MARTINVS KAMIENIECIVS.

Podoliæ Palatinus.

Viret cordatus & grauis, & dicendi libertate insignis. Sciens nullum bellum iustius esse, quam quod pro Religione Christiana & Patriæ defensione sumitur, toto vitæ suæ decursu, contra Barbaros Nominis Christiani, & seminis Poloni, suis sumptibus glorioſissimè & fortissimè militauit. Obtenta de Turcis, Tartaris, atque Valachis ad Chocimum insigni victoria, ad Superos lætissimus abijt. Anno 1545.

S. S.

IOANNI KAMIENIECIO.

SArmatiæ Soboles Kamieniecki clara Ioannes,
Virtutum fama, clarus vbique loci.
Debita naturæ persoluens astra petiuit,
Annum bis ternum trigesimumq; ferens.

EPITAPHIVM STADNICII.

Hospes.

Si amicus es dole, si inimicus specta, si neuter mirare

Rerum

Rerum humanarum Casus. & Occasus.

STANISLAVS de Zmigrod STADNICKI, hæres in Lancuth, Capitaneus Zigulsinensis.

Hic quiescit.

Animo inuicto, Gente nobilissima, cognatione plurima, affinitate infinita, religionis in Deum, pietatis in Patriam, cultor & Zelator singularis, fama optima, ingenio præstantissimo, opibus maximis.

Hic talis ac tantus.

Libertatis studiosissimus, & nescio an Thraces pueri non seruiant illi.

Non nocuit.

Bellicis artibus, à prima iuuenta operam dedit.

Heu quantus in armis?

Bella Liuonica & Podolica Augusto, Dantiscana & Polociana Stephano, Ciuilia Sigismundo Regibus.

Illa docent, hæc nocent.

O Patria, si tu bellatorem hunc, virum ad operas tibi locandas destinasses atq; animum perennis gloriæ cupidum, hoc modo fouisses, ille tibi ornamento & emolumento, si quis vnquam procul dubio fuisset.

Sed virtus repulsæ nescia sordidæ, quo maior eo alijs grauior, suis ingratior visa. Apud illos odium, apud suos inuidiam, virtus magnum malum conciliat.

Hinc.

Illi premunt.

Isti non iuuant.

Illi apertè exilium.

Ac tacitè infortunium moliuntur, conspirant, conficiunt.

O Numen Diuinum, violentiæ ac impietatis vindex!

O Sacrosanctæ Patriæ leges!

O Libertas violata & prostrata!

Vos voco & inuoco.

Anna Mariti mortis & calamitatis consors superstes & Amici exsculpti, corde mœrentur.

Æternæ Memoriæ,

FRANCISCI de Piączyn KAMIENSKI

Sacrum.

Quem

Quem bono publico natum, in Academia, Aula, & Caſtris ſigniſque ſuis, Alumnum familiarem, Commilitonem, Vexilliferum, contra rebelles Kozakos, Guſtauum, Abaſium, Thomas Zamoyski, Regni Cancellarius, intimè ſuſpexit: Princeps Hieremias Korybuth, Dux in Wiſniowiec, ſocium ad arma contra Moſchos ſtrenuum aſſumpſit: Subcenturionem ferro Kozakorum in acie pro Patria cæſum, immortalitas cœlo intulit, Anno 1638. 30. April. ætatis 26. Quotquot hæc legitis, vitam quæ neceſsitati mortis cum iubet debetur, Patriæ cùm rogat impendite. Dulce, & decorum eſt, pro Patria mori.

IOANNI MRVCZYNSKI,

Hoſpes ſiſte citas quadrigas, Et ſuſpiria depone.

Faue lingua, & aurem da,
Manes Mruczynij hic circulum vitæ abſoluunt.

Famoſas ſi quæris imagines? Iappeto antiquior, Codro nobilior: Trutina in vita iuſtior, Honorum arctum annulum exoſus, & fumantem naſum aculeum nemini infigere, amor illi, nec oculo vicini extabeſcere. Columba ſedente mitior, & oleo tranquillior omnibus: ætate prudentior, Zenone moderatior; vt nec ſpina vulneraret hominem. Præ virtute ad nullum felicius latus inclinauit, nec feruentem ollam veritati prætulit. Gargara fortunæ non habuere mancipem: Animus electro purior: Montes aureos, mella Poëtica, & roſas locutus. Cygnea voce par, Mantua & Euxino claris: vnione ſignanda ſcripta, & Cedris terenda. Caſtalij fontis, Ilias & Aquila, de guſtu hoc cognoſcere genium, & faciem hominis noueris. Sume talaria, conſcende. Hoſpes citas quadrigas, & Vale.

Nunc es Mruczyni cœlo meliore receptus,
Forſan ad Orpheæ ſydera clara Lyræ.

EIDEM.

VIATOR, Sta, attende, lege.

Manes MRVCZYNII, qui tecum loquimur, ſumus. Tumulo hoc, Stemma & Sanguinem Equitis Poloni ab vtroque Parente antiquiſsimum: Virum ab ingenio, & bonis artibus, æſtroque Poëtico, in gremio Academiæ Zamoſcenſi excultiſsimum, doctis viris probatiſsimũ, ſtylo publico toti Orbi commendatiſsimum; à vita & moribus, Myſzkouio Regni Marſchalco acceptiſsimum; Equeſtri Ordini gratiſsimum, liberta-

bertatis Polonæ propugnatorem acerrimum; affinitate & nexu Lipsciani coniugij, claris Toga & Sago Sarmatico, Magnatibus coniunctissimum; à conuictu & moderatione animi, magnis honoribus dignissimum, & vnâ earum, fumorum ac strepituum forensium contemptorem grauissimum, (vt paucis omnia habeas, scias, & imiteris.) Virum erga Deum, Patriam, Coniugem, Amicos, integerrimum; viuentem annos, vt ipsemet olim de natali suo cecinit, fatalis lex conclusit. Abi iam, & idem te Fatum serius aut ocyùs manere scito.

PROCOPIVS PIENIAZEK,
Procopij Castellanid: Calissień: Neoforień. Tenutarij, Filius Quartogenitus, Stemmatis Odrowąż.

Miles Hierosolymitanus, illorum Bellatorum morem secutus, quæ Familiæ suæ gloriam, vitâ, sumptu, periculo, comparabant, tam in exteris nationibus, in ipsis periculis ingraue scentibus, quàm in propria Patria durissimis in occasionibus, in conspectu Principum, & totius militiæ, Maiorum suorum merita colluſtrabat, meritis comprobabat. Retulit fortitudinis suæ illustria testimonia à totius militiæ Hierosolymitanæ. Bethleem & Nazareth, præsertim S. Mauricij, & Lazari Præfecto, Emmanuele Filberto, Duce Sabaudiæ, Generali, & Magno Magistro. Retulit & in Regno multis expeditionibus bellicis ad Gedanum, in Moschouia ad Sokolam & Pskouium, grauissimus & zelosissimus pro fide Catholica, & integritate Regij, & Regni nominis Rothmagister, fortitudinis viua & ignita exempla. Ita cùm in Pskouia primus muros conscendisset, hostem fundendo, & dissipando commilitones suos ad expugnandum accendisset, per medios hostium telorum grandines, glorioſæ de Moschis victoriæ Bathoreo Regi Stephano potiundo Consors extitisset, ab eodem in Liuonia Capitaneatu Vendensi, & Præfectura Rumberg. cum prædio Dziezbin, suisque adiacentijs donatus, virtutum & laborum suorum dignissimam retulit mercedem, fractus senio, seipsum cœlo intulit.

IN MONASTERIO CZYRICENSI.

Magnificus Dñus IOANNES PIENIAZEK, hæres in Kruzlowa & in Skrzydlna, Iudex Terræ Cracouien: Capitaneus Sandecensis, huius Monasterij defensor, hic iacet sepultus.

Bozan-

Bozantini.

FRANCISCVS KRASINSKI de Kraſne.
Olim Regni Procancellarius.
Qui in negotijs executionis Legum & vnionis M. D. Lithuaniæ cum Regno Poloniæ, Sigiſmundo Auguſto Regnante, ac duobus periculoſis Interregnis, egregiam operam R. P. nauauit, Epiſcopus demum Craco: creatus. Obijt Anno quinto,
Chriſti 1577. ætat: 52.

EXcipit ille gregem Paſtore, Craſſinius, orbum,
Et tanto dignum ſe docet eſſe loco.
Vir bonus & moderati animi, prudentia cuius
Auertit Patriæ multa pericla ſuæ.
Bella gerit quiuis, ſolis ſapientibus almæ,
Autores dici pacis, & eſſe datum eſt.

ROMANVS SANGVSKVS
Palatinus Braclauienſis.
Et Equitum M. D. Lith. Magiſter.
Rariſſimum gloriæ militaris exemplum, ob egregia facinora cunctis cariſſimus, ſed præcipuè Regi Sigiſmundo Auguſto cognato ſuo, in flore ætatis è magna rerum expectatione præreptus, hic tegitur depoſitus. Viator dic ſtrenui bellatoris Manibus bona verba, & ſcias eum fuiſſe ortum in Ruſſia, familia vetere & honorata, atq; ex Principibus Lithuaniæ. S. S.

BARII.

D. O. M.
Honori, Æternæque memoriæ.
FOELICIS KALINSKI, Vexillum mœror ſuſpendit Vixit Deo, Patriæ, Familiæ, nam Deum vitæ ſuæ ſcopum elegit viuens,

uens, atque fœlix vt moreretur laborauit. Patriam armis defendit, dum Ductor peditum & equitum in Cecora cum Tartaris, ad Chotimum cum Turcis, Familiæ autem suæ, quia genus maiorum imaginibus insigne altius meritis extulit, Ad vltimum mortis adamantina iacula, quæ in tot bellis quæsiuit animosus, in lecto excepit intrepidus. Ætat: 52. 1624. 4. Nonas Iulij.

MARTINO OSOLINSKI.
In bello Gedanensi ad Dersauiam occiso, Præfecto Krzeszouien.

RObur militiæ Decus Temporum
Martinus iacet hac in æde cruda,
Castra inuasit exuitque castris
Ad portum Gedanos, hostibusque fusis
Victor occubuit: sed alma virtus
Pro pulchris meritis manuque prompta
Hic illi statuit perenne nomen.

HOSPES.

Mirare sepulti fidem, vel constantiam, vel fortitudinem.
GOVORICIVS Sendomirienſis Palatinus.
Lesci Albi Consiliarius hic fuit.

Qui vt Principi suo gloriam pararet, sæpius cum Rufsis acerrime dimicans, etiam militis officio functus est, vt ei obsequia sua probaret, vltro in exilium iuit, ne ad principatum adipiscendum impedimento esset, vtque cunctis candorem suum monstraret, nusquam maleuolorum muneribus corrumpi potuit, quin suum Principem cui tota vita addictus fuit, & partes bonorum defereret: ô magnum itaque & constantem Senatorem, & cum quo probitas hercle & Sarmaticus candor hic sepulta iacent. S. S.

Æterno luminum Patri.
Sepultus hic strenuus Sarmatarum bellator,
NICOLAVS MICHALOVIVS Gente Roseus.
Castell: & Præfectus Cracou:
Qui Moschouiticis, Tartaricis Bulgaricisque bellis exercitatus, Generali totius Poloniæ expeditioni, contra Theutones Prussiensis

fes, præfuit, sub Vladislao Iagellone Rege, cuius disciplinæ diligentissimus obseruator, multis fortibus factis, constantis atque impigri Ducis famam est consecutus. S. S.

Clausus hoc saxo quiescit.
ROMANVS DVX ROZINIVS.
Magnificis animi Generosi virtutibus insignis, cunctisq; perfecti Imperatoris artibus instructissimus.

QVI

Bellis Tartaricis in Podolia exercitatus, in Moschouia à Demetrio Principe, omnibus copijs Præfectus, magnam apud omnes famam magnis prælijs victor promeruit.

QVI

Parta Anno M. DC. VIII. ad Belchouiam insigni de Suiscio Moschouiæ Tyranno victoria, apud Serpuchouiam febri extinctus est.

HEV.

Immitia fata! maioribus & paratis illi honoribus, properè nimium inuidendo, accelerarunt. Obijt 8. April: Anno 1610. ætat. 35. S. S.

Deo Trino & Vni.
IOANNIS SWIERCZOVII Castellani Visiicienſis, & apud Sigismundum I. Regem Poloniæ sapientissimum, Exercituum Polemarchi; summorumque illa ætate inter Sarmatas bellatorum Constantini Ostrogij & Nicolai Fierley collegæ, animi magnitudine, & artibus militiæ præstantissimi, cuius præclara in Rempub. bellis Tartaricis, Moschouiticis, atque Pruthenicis merita extant, humana hic ossa quiescunt.
S. S.

Popkouicijs in Districtu Vrendouienſi.

D. O. M.
Martiis Manibus,
Nobilis & Generosi Domini
IOANNIS SZORNEL,

In Terra Samogitiæ, Patre Georgio, oriundo.
QVEM
Patriæ pietas, & morum decus,
BELLO
Moschouitico, Valachico, Tartarico, Liuonico, Moldauico.
REGIBVS,
Henrico III. Stephano Bathoreo, Sigismundo III.
DVCIBVS,
Carolo Chodkieuicio, Ioanne Zamoscio.
Munere
Militis, Centurionis, Tribuni, ab anno 1550. ad 1605.
Iussit pingi.
Postquam satis Patriæ, satis sibi, (non tamen suis) vixisset.
Anno Dei Nati, XXVIII. suprà M. DC.
Ætatis suæ 92.
Mensis Maij, die vltima,
Pœnitens Catholicus obijt.
Illi hoc,
Coniugis, liberorumque amor & desiderium
Inscribi Vexillum curauit.

In Wloszowa.

D. T. O. M.
Si Hospes es, disce benè mori,
Si Ciuis, futurum caueto diem,
Si Nobilis, Requiem expecta laborum.
Nam vita malis pœna est, post mortem bonis vera voluptas.
Vir & Heros Nobilissimus,
Generosus Dominus
ALEXANDER KREZA de BOBOLICE,
In Włoszowa Hæres.
Generosi Ioannis Kreza, ex Illustri Ducissa Sanguszkowna
FILIVS.

In Deum

In Deum pietate, in Patriam amore, in Reges fide & dexteritate,
Nemini ſecundus.
In aduerſis rebus infractum, in proſperis cautum animum tenens.
Conſilio potens, iudicio grauis, exemplo Magnus.
In expeditionibus militaribus Regni, Byczyniana, Nalewaykouiana,
Moſchouiticis, ſub Rege Poloniæ Stephano, Valachicis, Liuonicis,
Moldauiticis, ſub Rege Sigiſmundo III.
Tam contra Tartaros, quàm contra Turcas
Miles fortiſſimus,
Cuius
Amici candorem, inimici clementiam, Hoſpites frugalitatem, Ciues humanitatem, inopes liberalitatem, omnes ſimul virtutem & fortunam admirati ſunt.
O Fati crudelitatem!
Quo Familiæ columen, Patriæ lumen, Reipub. decus, Regni patrocinium cum Patrono extinctum
O mortem citam!
Quæ militem Duci, Fratrem Sororibus, Dominum ſeruis, Protectorem ſupplicibus,
Omnibus ſimul omnia,
Vltimum decus Domus & Familiæ Krezonum cum vno Viro
Eripuiſti?
Hæc dum miraris, lachrymas funde Viator,
Extinctum nobis tam citò plange Virum.
Obijt 19. April. Anno Salutis, 1625.

Generoſus Dominus
CHRISTOPHORVS ODROWĄS STRASZ
De Białaczow,
S. R. Maieſtatis Secretarius,
In Włoſzczowa Hæres.
Pietate in Deum, zelo in Religionem Catholicam,
Humanitate in omnes celebris.
Suis charus, Patriæ vtilis, memoratus apud omnes.
Sigiſmundo III. Poloniæ & Sueciæ Potentiſsimo Rege,
Chodkieuicio Duce, Turcas & Moſchos
Oppugnauit, expugnauit.
Sub auſpicijs Inuictiſs: Vladiſl: IV. bellatricem intulit Aquilam Pruſsiæ,
Suecos

Suecos à Prussia & Patria repressurus,
Tulit pacem Patriæ, gloriam Domui.
Miles semper victor Marte, semel victus morte,
Ætatem ac fortunam suam, huc delapsus flexit.
Auitam Odrowąsorum Domum Marte pro Patria assumpto,
Reliquit squalidam, suscepta in Patria morte,
Anno Domini, 1644. die 27. Aprilis,
ætatis suæ 50.
Hinc te Hospes ad Martem inuitat & mortem.
Dic qui legis: Dona ei Domine æternam cœlestis Gloriæ sortem.
Generosus VLADISLAVS ODROWĄS de Bialaczow STRASZ, ex Generosa Vrsula de Bobolice Kryzianka, procreatus filius, Aulicus, Cubicularius Serenissimi Poloniæ & Sueciæ Principis Caroli Ferdinandi, Parenti suo desideratissimo, hoc vltimum amoris sui posuit hostimentum.

In Kroczyce.

D. O. M.

Generosus Dominus STANISLAVS GIEBVŁTOWSKI in Lgota Hæres ex Antiquissima stirpe Kozieglouiorum lustratis multis Regionibus, in Regno Hungariæ tempore Vaydæ contra immanissimum hostem Turcarum Imperatorem Solimanum militiam exercuit, Domum rediens multis Principibus gratus, Vir Reipub: maximo erat vsui, pietate in Deum insigni, in proximum charitate non vulgari, poprio solo contentus, relictis ex Anna Domus Nobilissimæ Koriciniorum Coniuge sua suauissima quatuor filijs, quinque filiabus, Exactis annis ferè Octoginta septem, 20. Mensis Iunij. Anno Domini, 1599. In Villa Hæreditaria mortuus est. Ioannes & Albertus Secretarij S R. Maiestatis Giebultowsci Filij mœstissimi affigi supra tumulum eius Curarûnt.

D. O. M.

Generosæ HEDVIGI de Koziegłowy WOYKOWSKA Gñosi Stanislai Giebułtowski in Lgota & Przyłubsko Hæredis Filiæ.
MATRONÆ.

Supra

Supra ſexum iudicio & animi robore commemorabili

QVÆ.

Omnem Fortunam infra ſe ponens,
Deo pietatem, ſuis charitatem.
Bona fide, exoluens.
Tangens ætatis LXXX. Annum exceſſit, & huc
In Maiorum ſuorum ſepulchrum
Inferri voluit.
Anno M. DC. XLIII. Die XXVII. Ianuarij.
Adamus Woykowſki Matri deſideratiſſimæ poſuit.
Viator quæſo te.
Non Lachrymam ſed Precem.

Generoſus IOANNES GIEBVŁTOWSKI de Bachowiec, qui in Podolia Finibus Regni iuuentutem ſuam in militia contra Tartaros per Quinquennium exercuit; Demum in Moſchouiam tempore D. Stephani Regis duplici Expeditione, Equites cum Bekieſsio duxit, Tempore Sigiſmundi III. ad Byczynam, dum Maximilianus Archidux Auſtriæ à Noſtris capitur, ſub ſignis Ioannis Zamoſcij Exercituum Præfecti fortiter dimicauit, ſemper Victor, quem arma hoſtium ſuperare tot viribus nequiuerunt, Tuſsi vehementi vexatus, Annum agens 45. in manibus fraternis animam efflauit. Albertus Giebultowski S.R.M.S. Fratri Germano ſumptu proprio, memoriam hanc mærens poſuit.
Anno Domini, 1601. Die 25. Ianuarij.

Skarzeſzouiæ.

Sta Hoſpes & Mirare, Magnæ eruditionis, & ſummæ integritatis Virum.
IACOBVM DE SKARZESZOW.
Hic

Etſi (vt Dlugoſſus habet) genere originarius & ſtatura puſillus, virtute tamen & doctrina Magnus Doctor, à Leſco Monarcha Poloniæ nobilitatus, in Familiamque Leſcicorum adſcitus: Tandem ab Heymo Epiſcopo Vratiſlauien: pro Nepote adoptatus,, cum Canonicatibus Bambergenſi & Vratiſlauien: prouiſus eſſet, nouiſsime à Boleſlao pudico, Decanatu

canatu Ecclesiæ Cathedralis Cracouiensis auctus, tanquam lucerna in Domo Dei illuxit. Accedens enim Curiam Romanam ad perficiendum Canonizationis S. Stanislai Martyris negotium, eloquentiam cum Doctrina singulari, & labores sumptusque suos ad id conuerterat, quatenus glorificatio Diui Episcopi Stanislai (teste Dlugosso) calcatis omnibus quæ ingerebantur difficultatibus & aduersitatibus proueniret. Animosus certè à Diua Cunegunde & Principalis Canonizationis Procurator, meruit vt pia posteritas pro Sanctis adeò laborantem, in viuis etiam mortuum recolat & obseruet.

M. Stanislaus Cocinius Patricius & Præpositus Skarzeszouien: gratæ recordationis Conciui suo. F. F.

D. O. M.

Et perenni memoriæ sta saxum.
Generosus & Magnificus Dominus.
D. ALBRICHTVS SOLIKOWSKI.

Magni olim Patriæ Senatoris, Archiepiscopi Leopolien: Solikowski, non degener ex Fratre Nepos, Post peragratas nouem annis exteras nationes, post impensam auito more Patriæ curam, post commonstratum Palatinatui Sandomirien: boni Ciuis & boni Viri exemplar, viuendo, tandem moriendo rostra mortalitatis ingressus, mortales admonet omnes hoc disticho.

Viuite qui legitis, cœlestia quærite, namq;
Post miserum funus puluis & vmbra sumus

Executores & amici optime de se merito posuerunt.

D. O. M.

Siste gradum Hospes & ausculta
Spirantem subter lapide marmoreo pietatem
Generosi ac Magnifici olim Domini,
Dñi. PAVLI PROMIENSKI.
Hic.

Post multas expeditiones emeritus Rothmagister, militiam Christianæ tandem pietatis professus rara huius sæculi virtute subditorum suorum Herus Pater & quasi Pastor Apostolicus erat. Moritur tandem Annno Domini, 1633. & in Ecclesia Skarzeszouien: quam pietatem ex memoria miraculosa Diuæ Cunegundis Reginæ Poloniæ didicerat., Fundationibus factis, plenus dierum, Districtui Radomiensi ingens sui desiderium reliquit.

Sic benedicetur homo qui timet Dominum.

D. O. M.

D. O. M.

Adesdum quisquis es Viator.

Generosus & Magnificus Dominus

D. CHRISTOPHORVS GAMBARZOWSKI

de Gambarzow.

Cum antiquæ Habdankorum stirpis genuina soboles esset, assiduis sub Zamoscio Zolkieuioque Ducibus, bellis iuuentutem consecrans, deserta tandem mundi huius militia, Christianæ pietatis Castra ingressus, Deo, Religioni, & Patriæ inter Conciues suos verè Polono candore & antiqua fide deseruijt. Moritur tandem Septuagenario Maior. Anno 1629. Morituri mortuo requiem apprecentur.

D. O. M.

Et æuiternæ memoriæ.

CHRISTOPHORI BIELINA RACKI.

Qui

In vita, candoris præcipui, post mortem, exempli singularis, quidquid ex auitis Maiorum suorum Ceris, fortunæ liuori cessit, per virtutem abundè restitutum possidet.

Delibera quisquis es vtri te debitorem mauis? Nec disparis animi consortem AGNETEM RACKA nactus est, cum qua, Quinquaginta annos, sine offensa, pari redhibitione amoris, & fidei transigens: fructum charitatis coniugalis in tribus Filijs Laureatis omnibus, adumbrauit. Sic erga Superiores obseruantia, erga inferiores comitate, & humanitate erga omnes certando, mortui vterque Anno Nati Saluatoris, 1648. Mensibus Septem, se à Thalamo ad tumulum inuicem prosecuti.

M. IOANNES RACKI S. T. D. R. P. A. Desideratissimis Parentibus hoc posuit Mnemosynon.

Jn Oppido Limanow.

D. O. M.

Et Piis Manibus.

Generosi Domini

STANISLAI de Zakliczyn IORDAN,

Quem census Equestris à Maioribus relictus,
Clarum
Obsequia Patriæ delata
Cultum,
Bellonæ labor contra immanissimum Turcam
Fortem,
Religiosa erga DEVM pietas
Pium,
Pronus ad benè de omnibus merendum animus
Amabilem
Cœlo melioris æui Hæredem inscripsit.
Natus Anno Domini, M. DC. XIII.
Denatus ætatis suæ LVII. 1. Augusti
Qui pius es,
Humatos Manes beatè iube quiescere,
Et ad tale spectaculum mentis conforma oculum.
Et scito
Mœstissimam digniss imamque Coniugem,
Dilectissimo, optimo, & vnico Marito,
Æternum infandi mœroris testandi hoc posuisse
Monimentum.

D. T. O. M.
Vita hominis militia est super terram.
Nam vixi,
In Hungaria à prima iuuenta Marti studens,
Assuescens in Patria, per sex annos opera eius exercens.
Mortuus sum vt viuam,
IOANNES IOANNIS IORDAN
De Zakliczyn,
Et ANNÆ de Niewiarow,
Filius.

Anno

Anno Christi, 1629.

Ætatis suæ anno 32.

Hic

Ossibus meis expectantibus post tenebras

Lucem Frater Natu Maior

ADAMVS IORDAN,

Quietem præbuit,

Atque hoc

Monumento amorem suum nunquam

Moriturum testatus est.

Tu Viator

Demortuo benè precare.

Nam hodie mihi, cras tibi.

Jn Oppido Zarki.

D. O. M.

Illustris & Magnificus Dominus

IOANNES de Pilca KORŸCINSKI,

Inclyta Topororum Gente,

A Magno illo Otthone, Palatino Cracouień.

Originem ducens.

Cùm

Ætatem primam

Literis apprimè excultam, bello Moschouitico sub Rege Stephano, sub Sigismundo verò III. Liuonico exegisset, omniaque militiæ, & munia, & pericula, sanguine suo & sumptu proprio obiuisset.

Maturior tandem,

Ita se Patriæ suæ colendæ deuouit, vt ex æquo candoris, prudentiæ, moderationis, in relata frugalitatis gloria excelleret, maximisque titulis dignus omnium censura, vnum Castellanatum Oswiecimensem, dumtaxat, pignus fidei suæ in Patriam accepit, quo ostenderet virtutibus suis præmia, non tam à se ambita, quàm non reiecta.

Exacta tandem ætate,

Octogenario proximus, in re florentissima, in amplexibus filiorum, quos Ecclesiæ suæ & Patriæ insignes tulit, animam Deo reddidit.

Quo vt æternùm fruatur,

Tu Viator apprecare.

Anno Domini, M. DC. XXXIII.

D. O. M.

Illustri & Magnifico Domino

SIGISMVNDO TARŁO

De Sczekarzowice,

Castellano Sandecensi.

Antiquitate Tophororum Prosapiæ Illustri,

Atauorum strenuitate conspicuo.

Orthodoxa fide, & auito candore eximio,

Exteris suisque humanitate claro.

Sago & Toga domi & foris excellenti,

A fortuna humiliatorum fautori,

Parenti desideratissimo, liberi mœstissimi affixêre.

Vixit annis 67. Obijt Anno Christi, 1628.

Die 7. Septembris.

Aspice Viator,

Rerum humanarum casum & occasum

Mirare.

Quàm varijs fortunæ iactetur vita nostra fluctibus.

Cuius tandem inconstantia

Omnes æquè morte inuoluit Fato ineuitabili,

Destinata.

Argumentum experientiæ

Accipe

Ex Generoso Domino

ANDREA de Niewiarow NIEWIAROWSKI.

Qui cùm antiquæ Familiæ suæ propagatoribus par vbique extiterit,

Post primam in Ephebis literarum cognitionem Martis Tyrocinium,

Ad virilem vsque ætatem pro Repub. in Castris prælertim Moschouiticis

DEPOSVIT.

Reliquum

Reliquum vitæ cursum, in tanta virtutis & honoris exegit ampliatione, vt de Ecclesia, Repub. omnibus denique optimè mereretur.

Sed eheu!

Mors inuida, Virum æuo longiore dignum
Diuorum mox restituit immortalitati.
Moritur Anno Domini, 1632. die 15. Augusti, ætatis suæ 51.
Abi, & Animæ Requiem apprecare.

D. O. M. H.
HOSPES
Quisquis es,
Siste gradum,
Rabidæ mortis mirare cruenta tela.
Quæ
Generosum Dominum
STEPHANVM de Niewiarow NIEWIAROWSKI,
Vitæ integritate, Familiæ Nobilitate clarissimum,
Dum florere inciperet, immani falce, proch dolor, decidere fecit!
Huic mœstissima Coniunx, Anna de Kobierzyn, amoris
Coniugalis non immemor,
Vexillum hoc erigi curauit.
Moritur Anno ætatis suæ 26. Anno vero D. 1644.
Die 28. Decembris.
Tu precare ei Requiem sempiternam.

D. O. M.
Generosus IOANNES CHWALIBOG de Ianowice.
Miles strenuus fataliter è vita decessit.
Die 10. Augusti ætatis suæ 46. Anno Domini 1627.
Generosa Anna de Rutki Chwalibogowa, Coniunx mœstissima posuit.
Requiescat in pace.

GENEROSVS IACOBVS DE IANOWICE CHWALIBOG.
Notarius Terrestris Palatinatus Cracouiensis
Ex illustri Familia
Præclarissimorum in Rempublicam meritorum

Suam

Suam ducens originem,
Post præstitam Deo, Patriæ, & amicis pietatem
Post res præclarè & virtuosè gestas
Auctumque familiæ suæ decorem
Hac in æde
Mortales corporis exuuias
Immortalem ad immortalitatem transferens animam
Vna cum Generosa Zophia de Viatrowice Coniuge sua,
Dilectissima & pientissima fœmina
Deposuit.
Moriuntur Anno à Partu Virginis 1639.
Vltimis Aprilis diebus.
Vt quos viuos amor Maritalis coniunxerat
Eos ne mortuos quidem Sol separatos videret
Quisquis amasti Superstites
Defunctos pijs prosequere votis.

D. O. M.
Ac Gñosi Dñi BARTHOLOMEI à Kępno KĘMPINSKI,
De armis Niesobia antiqua Nobilitate
VIRI.
Animi magnitudine, rerum agendarum dexteritate, prudentia, audacia, morum honestate, operum pietate, cæterisque naturæ & gratiæ dotibus ornati
Militis,
A prima iuuentute cum Magno Duce Christophoro Radiuilo in Liuonia
Pro Patria bene meriti.
Deinde
Sub moderno fæliciſsimè nobis Regnante VLADISLAO IV. R. P. & Sueciæ, in Prusico, Moschouitico, Bellis, strenuus
Vexillifer interfuit.
Postea
Cum consensu Regis Poloniæ, sub Ferdinando III. Imperat: Roma: Præfectus militum, & Iudex cohortis Polonæ
Fortiter extitit.

EHEV!

EHEV.

Dum otio domeſtico aliquantulum intentus acquieuit, Magno cum luctu amicorum cita morte ad immortalitatem citatus, Die 15. Iunij. A. D. 1646. ætatis ſuæ 43.
Mœſtiſsima Coniunx Anna de Golcza fieri curauit 3. Iulij.

D. O. M.

Hinc mortalis ades,
Hinc mœſtos dirige greſſus,
Hinc oculos tendens aſpice mortis iter.
Lege Legem lethi.

EN ego prognatus clara Proſapia RYLSKI
Stemmate nec ſolo Nobilis CHRISTOPHORVS,
Qui fueram ſemper gratus vel fidus Achates,
Nunc me atrox lethum ſuſtulit de medio.
Nec potuit coniunx nati nec flectere parcam,
Corripuit tumulo nomen & omen meum.
Quid genus altum, quid opulentia ſtemma parentum
Corporis ac dotes dextraq; ſæpè dies.
Omnia nunc abierunt, virtus ſola ſuperſtes.
Quæ dat ſidereas ſcandere læta domos.

VALE

Quæſo Lector,
Ac precibus Matrem & Natum deflecte benignis,
Vt tribuat animæ Regna ſuperna meæ.
Obijt Anno Dñi, 1636. ætatis vero ſuæ 37. die 13. Aprilis.

D. O. M.

Et Piæ memoriæ.
Generoſi Domini,
D. STANISLAI DE MIŁKOWA MIŁKOWSKI.

EHeu fugacem temporum fluentiam,
Nam quidquid: ære regitur ſpirabili,
Implere præfixum tenetur terminum,
Milkowski abeſt Staniſlaus quem ſtemmata,
Iuriſque Patrij ſolida prudentia,
Grauiſque conſilij poteſtas gentibus,

Notabi-

Notabilem fecere Lechi fata sic:
Vrna tegunt tumuloque atro nos, nostraque
Quicunque fundere lachrymam nosti piam
Has dictiones intona mecum precor
Mortis triumphator DEVS amantissime
Huic pulueri animæque fragili sis propitius.
Decessit Anno Domini, 1637. 4. Calend; Martij. ætatis suæ 77.

D. O. M.
Nobilitate clarus,
Virtute magnus.
Moribus insignis.
GENEROSVS PETRVS STADNICKI DE STADNIKI.
Hæres de Lichwin, hoc conditus tumulo quiescit.
QVEM
Dum Patria Ciuem
Religio Tutorem
Amici Amicum.
Summopere fouerent ac obseruarent
Virtus haud tali contenta mercede
Anno Domini, 1636. Obijt, 4. Augusti.
Ætatis suæ 38.
Si amicus es precare salutem
Si inimicus parce sepulto.

NOENIA LVGVBRIS,
In Obitum
GENEROSI STANISLAI PILATH VIEYSKI
De Wilkowice.
Notarij Castrensis Sandecensis.

OCcidit heu armis præstans Vieijscius Heros
Consilijs pollens martis & arte potens.
Illius in bellis quid victrix dextera poscet,
Pro Patria quondam Turcica castra premens,
Testis erit Cecora, heu nostris infesta Polonis,
Dum premeret Patriam, Turcicus hostis atrox

In Castris

In Castris aderat Miles Kalinouius Heros
Particeps laudis quos adhibere ratus
Nobile surripuit Patriæ mors inuida lumen
Ætas debuerat longior esse cui.
Magnificis gratus qui Heroibus extitit olim,
Dexter in agendis Martis & artis erat.
Illi semper erat legum reuerentia cordi,
Iustitiam iuxta sancta statuta colens.
Æquitatem eius merito Sandecia laudat,
Profuit & Patriæ pectore, mente, manu
Hincq; Deputatum proceres legere vocati,
Bis Deputatus erat, Bis quoq; Scriba fuit.
Hunc Laticzow habuit Kamieniec castri acta notantem
Marschalci Petricow sæpè subire vices,
Vir consultus erat rerum legumq; peritus
Officium heu vbiq; dexter obire suum
Ergo Deus fessum rutila respexit ab arce
Optanti requiem, debita fata dedit.
Quam dedit è cœlis animam super astra locauit
Quæ dedit è terris membra recepit humus.
Hoc signum posuit mœrens ploransq; Ioannes,
Extremumq; Patri soluit amoris opus.
Sicq; morituro Nicolaus vale fecit & inquit,
In pace æterna iam requiesce Pater.

Obijt 15. Iunij. ætatis suæ 58. Anno Domini, 1645.

HOSPES. Si viuum amasti ora pro DEFVNCTO.
Si viuum odisti parce iam

In antiqua Samboria.

D. O. M.

IOANNI BZICKI.

Camerario Granitiali Premislienſi.

Pietate, doctrina, genere, omniumq; gratia florentissimo. In medio ætatis, & magnorum votorum flexu, pia, sed immatura morte abrepto.

DOROTHEA DE KOMARNIKI.

Marito longè desideratissimo.

Mœrens posuit.

Vixit Annos 26. Obijt Premisliæ. Anno Domini, 1647. die 2. Martij.

LIIII Pulto-

Pultouiæ.

RAPHAELI LESZCZYNIO.
Episcopo Płocensi,

LEscinius iacet hac positus tellure Raphael,
Qui plenus magni Præsul honoris erat.
Propter virtutem, per maxima facta decoram,
Hunc releua precibus Lector amice tuis.
Obijt Anno 1528.

PATAVINA.

IN ECCLESIA S. ANTONII
Franciſc : Conuentualium.

Inscriptiones ad Altare S. Staniſlai.

DEI Opt: Max: Gloriæ,
D. Stanislai Patroni Patriæ Cultui,
Suæ suorumque piæ memoriæ,
NATIO POLONA,
Aram hanc cum Sepulchro,
Gñoso Domino NICOLAO OSSOLINSKI, ab Ossolin
Nationis Consiliario.
Curante
F. P. Q. S. P. M.
Illustrissimis DD. Ciuitatis Præsidibus
Hermolao Zane Præt.
Ioanne Maripetro Præf.
Anno Christi,
ɔIc Ic VII. Kal. Iunij.

In Tabula Altaris.

D. O. M.
Sanctisque eius.

STANI-

STANISLAO Episcopo & Martyri, HYACINTHO Confessori
Patriæ Indigetibus.
HIERONYMVS CZYZOWSKI, Nobilis Polonus
Ex voto
Ære suo hoc Icon.

In parte dextra Altaris.

Momentanea prorsus ista vita est
Sed vixisse benè, & mori beatè,
Hoc virtutis opus pium & perenne
Sic gens vota Deo ferens Polona
Et soluens cineri decora iusta
Ad tumbam hæc meditatur, illa ad aram.
Felices lachrymæ, precesque Diæ
Immortale quibus paratur æuum.

STANISLAVS MINSKI
De Minsko.
Palatinus Lancicienſis.
Cancellarius Regni Poloniæ
Mens Regis
Et Regni vltimum decus
Et spes familiæ.
Obijt Patauij Anno M DC. VII. Iulij 21.
Ætatis XLIV.
Erasmus Debinski Decanus Crac: Affinis,
& Exec: Test: FF.
O vita fallax, quæ desinis dum viuere expedit.

D. O. M.
ERASMO à Kretkow Polono,
Palatinidi Brzesten.
Castellano Gnesnen.

Capitaneo Pisdren.

Qui anno ætatis suæ. L. Obijt Patauij
Die VI. Maij. M D L VIII.

Amici Posuerunt.

Hic te Kretkou mors & tua fata manebant
Cum terras omnes, & cum maria omnia circum,
Lustrares, nullo defessus membra labore,
Te rapidus Ganges, gelidaq; Boristhenis vnda.
Te Thagus & Rhenus, te ripa binominis Istri,
Te septemgemini nouerunt ostia Nili,
Nunc concessisti Magnum visurus Olympum,
Æthereasq; domos vbi Dijs immissus inanes
Et curas & spes hominum lamentaq; rides.

Et hoc de consensu Nobilium de Lanzarotis, & ex eorum liberalitate.

T. V. Q. M.

ADAMVS ZALIWSKI.

Eques Polonus.

Generis Nobilitate, corporis elegantia, morum suauitate, disciplinarum, & linguarum peritia, maximarumque virtutum splendore clarissimus. Cum horum potiss: partem, haud ad deformatam primi, sed ad quam optime informatam recreatamque secundi Adami imaginem in se exprimendam, non minus feliciter, quàm diligenter comparauisset: cumque peragrata studiosè, castè, ac fortiter Europa, visa Africa, Hierosolymam Seruatoris sui cruore sacram, militaturus adire cogitaret, repentè in cœlestem, incredibili suorum ac Patriæ cum dolore, Anno ætatis XXV. sanctè & religiosè euolauit. Huic amor, obseruantia, necessitudo, Perillustri ac Generosiss. V. D. Ioanne Witoslawski defuncti affine, atque verò bonorum omnium ex Asse hærede impensas liberaliter submnistrante. Nob. verò Marco Lentowski Consiliario totos VIII. Annos indiuiduo Achate procurante hocce triumphans monumentum.

P. O. M E.

Anno Dominicæ Incarnationis, clɔ. IɔIII.

NICOLAO PONETOWSKI POLONO.

Nobilitate antiqua claro: egregijs animi bonis ita ornato, vt ætatem doctrina, doctrinam anteuerterit iudicio; publicisque muneribus in Patria præclare gestis, sæpius id testatum fecerit. Quem mors iniqua iuue-

nem,

nem, imò decepta, ante annos senem, dum vitam Patauij quærit, vitæ eripuit. Anno Christi, M. D. XCVIII. xix. Iulij. Ætatis suæ XXVIII.

Monumentum hoc Andreas Frater, & Amici mœsti P. C.

Suspira Viator.
Nam ingentis viri
CHRISTOPHORI SAPIEHÆ
Supremi Pincernæ Magni Ducatus Lituaniæ,
Paruum lapidem cernis.
Quem,
Post incredibiles triumphos,
Ab Osmano Turcarum Rege,
Tum inhumano Moschorum Principe
Proprio sumptu & milite comparatos
Fœdusque cum maximo Poloniæ plausu peractum,
Patauium lubenter excepit,
Mortuum non lubenter deplorauit.
Adeo.
Patriæ nihil de Ciue suo præter famam reliquit,
Et ipsos cineres negauit mors ingrata.
Anno Domini, M. DC. XXXVII. 27. Nouemb.
Ætatis XL. VII.

D. O. M.
ALEXANDRI CASIMIRI SAPIEHÆ.
Sigismundi III. Poloniæ & Sueciæ Regis,
In Magno Ducatu Lituaniæ Dapiferi.
Memoriæ.
QVI
In ipso ætatis suæ flore,
Magno Patriæ & Familiæ damno,
Patauij obijt.
Anno M. DC. XIX. Nouembr. xxx. die.
Cuius corpore in Patriam conducto
Viscera hic condita.
VIATOR ORA PRO ANIMA.

ROMA-

ROMANA.

In Templo Sanctæ Mariæ Trans Tyberim.

D. O. M.

STANISLAO HOSIO POLONO.
S.R.E. PRESBYT. CARDINALI VARMIEN.
ET MAIORI POENITENTIARIO.
Vitæ sanctitate, eruditionis, & eloquentiæ gloria celeberrimo.
Catholicæ Fidei acerrimo propugnatori.

QVI

Cum antiquæ probitatis, & Episcopalis vigilantiæ præstantiam, in humilitate, charitate, castitate, beneficentia expressisset. Hæreticorum sectas, scriptis & consilijs sapientissimis frequenter oppugnasset; multos ab erroribus reuocasset; grauissimisque legationibus, pro pace Ecclesiæ Dei, cum apud Carolum V. & Ferdinandum Cæsares, tùm præcipuè in S. Concilio Tridentino, Pij Quarti Pontificis nomine felicissimè perfunctus, Christianæ Reipublicæ plurimum profuisset; omnium virtutum laude & exemplo ad imitandum abundans, obdormiuit in Domino, Nonis Augusti, Anno M. D. LXXIX. ætatis suæ LXXVI.

Stanislaus Patruo,
Et Staniſlaus Reſcius Patrono beneficentiſſimo,
Executores Teſtamenti poſuerunt.

In Templo SS. Nominis IESV.

M.

GEORGII TIT: S. SIXTI,
S.R.E. PRESBYTERI,
CARDINALIS RADZIVILI,
EPISCOPI CRACOVIENSIS,
DVCIS OLICÆ,
ET NIESVISII.

D. O. M.

HIERONYMO COMITI à ROZDRAZOW,
Vladislauiæ ac Pomeraniæ

EPI-

EPISCOPO.
Insigni pietate viro,
Romæ Anno Iubilei, M. DC. mortuo.
Patres Societatis,
Quibus
Gedani in Prussia viuens
Collegium dotauerat,
Posuerunt.

In Templo Sanctæ Mariæ ad Mineruam.

D. O. M.
ABRAHAMO BZOVIO
POLONO
S. Theologiæ Magistro
Ord: Prædicat:
Post
Cæsarem Baronium
Annalium Ecclesiasticorum
Scriptori,
Religio posuit.
Obijt Septuagenarius
Prid. Kal. Feb.
A. Sal. M. DC. XXXVII.

In Templo Sanctæ Luciæ.

MATTHIÆ DRZEWICKI
POLONO.
Præposito Vladislauiensi,
Canonico Cracouiensi,
QVI

Cum

Cum natàlium ſplendorem antiquæ probitatis, & vitæ innocenter actæ laudibus illuſtraſſet, Romam, ad percipiendam Iubilei gratiam veniens, omnibus pietatis ſtudijs deditus, quod maxime optabat, inter tot Sanctorum cineres, eorum ſe precibus aſſiduè commendans, obdormiuit in Domino.
Vixit An. LXX. Obijt 3 Idus Decembris.
M. D. LXXV.

In Templo Sanctæ Mariæ Del Populo.

ERASMO STARESKI.
I. V. D.
Cracouienſi & Poſnanienſi Canonico,
Viro Integerrimo.
QVI
Nuncius à Clero Poloniæ, ad Sixtum Papam V.
Miſſus.
Occubuit. VI. Kal Sept. M. D. LXXXVI.
Eraſmus Dembienſki Decanus Cracouienſis,
Amico, Collegæque dilectiſſimo
Poſuit.

In Templo S. Auguſtini,

D. O. M.
Generoſo ALBERTO SPLAWSKI, Palatinidi Inowlodiſlauien. Polono, pietate, ingenio, fide, integritateque omnibus accepto, in ipſo ætatis flore, inexplebili mortis inuidia, magna de ſe apud omnes expectatione relicta, vita functo, Generoſus Andreas Przyiemſki, Capitaneus Koualouienſis, mœſtus Fratri chariſſimo poſuit.
Obijt die 12. Septembris,
Anno Domini, M.DC.VI.
Ætatis ſuæ XXII.

D. O. M.

D. O. M.
IOANNI de Wrambczyno FALIBOWSKI,
Equiti Polono,
S. PP.
Obijt Romæ Anno Salutis noſtræ, 1596. die 22. Feb.
Ætatis verò ſuæ Anno XXV.
Cui Dominus ſit propitius.

D. O. M.
PETRO ANDREÆ IAZLOWIECKI
De Buczacz.
Capitaneo Czerwonogrodenſi.
Georgij Palatini Ruſſiæ.
Scytharum & Valachorum domitoris,
Ac Exercituum Regni Poloniæ Ducis Præſtantiſſimi
FILIO.
Qui
Cum Maiorum ſuorum præſtantiam imitari decreuiſſet, Germania & Italia peragrata, Romam vſque pietatis gratia peruenit, vbi cum ſe plurimis vitæ honeſtate, & morum grauitate commendaſſet, ac ſpem futuræ maturitatis & excellentiæ oſtendiſſet, febri correptus in beatorum ſedes raptus eſt. Anno Dñi, M. D. LXXXI. die xxii. Septembr.
Vixit An: XXII. Menſ. X.

In Templo S. Stanislai.

D. O. M.
Piæ memoriæ
ANNÆ IAGELLONÆ REGINÆ
Stephani Primi Regis Poloniæ Coniugi.
CVI
Ob ditatam hanc Regali munificentia Eccleſiam,
Et argenteam eiuſdem ſupellectilem auctam.
Ne tam pium opus ſua fruſtraretur gratitudine,

Piaculari ſacro quotannis xv. Calend: April: inſtituto,
Ex Decreto Generalis Congregationis
PROVISORES,
Staniſlaus Comes de Lipie Lipſki,
Canonicus Płocenſis, Præpoſitus Krzemenicen.
Et Stephanus Wierzbowſki,
S. R. M. Secretarius,
P. P.
Idibus Martij, Anno Domini, M. DC. XLVIII.

D. O. M.
FEDERICVS CARDINAL: BORRHOMÆVS,
Ab Hieronymo Comite Rozrazewski, Epiſcopo Vladiſlauienſi,
Qui Romæ deceſſit,
Suorum in vrbe Codicillorum Executor Teſtamenti relictus,
Poſt optimi Antiſtitis curatum magnificè funus,
Poſt legata ritè depenſa,
Alienum æs diſſolutum,
Viaticum familiaribus datum,
Singuloſque pro ſuis quemque meritis benignè tractatos,
Nec non Eleemoſynas in pauperũ, alioſq; pios vſus liberaliter diſtributas
Ad recuperatæ Ferrariæ Montes pecunia
Ex eo quod ſuperfuit occupata,
Cenſuque inde ſcutorum LII. perpetuò inſtituto,
Cum huic Hoſpitalis domui,
Quod præclarum eiuſdem Antiſtitis de hoc loco bene merendi ſtudium
Noſſet,
Ea conditione addixit.
Vt pro illius ſalute quotidie ſemel res ſacra, & Anniuerſariæ preces
Perpetuò fierent.
Anno Domini, M. DC. Menſe Maij.

D. O. M.
EVSTACHIVS ADAMVS
Alexandri Słuſzka,
Senatoris & Palatini Nouogrodenſis,
Et Sophiæ Zieniowiczowna
FILIVS.

FILIVS.

Vladislai Quarti
Poloniæ & Sueciæ Regis
Cubicularius,
Rzeczycensis Gubernator.

Ætatis cursum matura virtute, ingenio, scientia, facundia, fortitudine roborauit, tantosque splendores in conspectum dumtaxat Patriæ dare parum ratus, Almam Vrbem, indolis suæ ad summa natæ, spectatricem habere voluit, & habuit. In qua, dum animi corporisque dotes, omni excolit studio, vt Patriæ bonus Ciuis, Parentum solatium, Prosapiæ ornamentum, omnium virtutum specimen efficeretur.

MORS,

Raptum Polonum, Romano tumulo abdidit,
Et pio fortique viro, vbique esse Patriam ostendit.
Obijt Romæ, 27. Augusti, M. DC. XXXIX.
Ætatis Anno XXIV.

D. O. M.
BARTHOLOMÆO CAMBIO,
Fabricij Filio.
Qui vixit annos duos de triginta.
Antonius Cambius,
Patri opt: posuit.
Anno M. CCCC. LXXXIII. xxviij. Nouemb.

Non despice tumulum Hospes,
Documentum hic tuæ calcas mortalitatis.
THOMAS WOIAKOWSKI
POLONVS,
Iuuenili ætate. Veloci ingenio,
Vix dum vrbem aspexerat,
Præcipiti ereptus Fato.
Patriæ damnum,
Parentibus luctum,
Tibi offert hoc quod voluas mente saxum.
Anno Domini, M. DC. XIV.

D. O. M.
NICOLAO ZABLOCKI
POLONO,
Religione præſtanti,
Trigeſimo ætatis ſuæ anno,
Pridie Idibus Maij, M. D. XC.
Viam vniuerſæ carnis ingreſſo,
STANISLAVS LYCZKO
POLONVS
Mœrens poſuit.

D. O. M.
DD. Mariæ de Cardona, Aragoniæ DD. Franciſci
Segorbień. Ducis filiæ.
Quæ non Regina Ducum vixit, non addita faſtis,
Condat vtrumq; licet fictilis vrna genus.
Exiguam hanc Coniugalis fidei teſſeram,
Eques Andreas Radzieſzowski Polonus, Poſuit.
Obijt Calend: Iunij, Anno Domini, M. DC. XIV.

D. O. M.
PETRVS NARBVT.
Nobilis Lithuanus
Illuſtribus & pijs parentibus natus adoleſcens,
Romæ Obijt.
Anno Domini, M. DC. XXXIII.
Ætatis ſuæ XVIII. Menſ. Octob. XVIII.
Cui monumentum hoc
Perilluſtres Domini Naruſzeuicij
Mœſti Patroni, Poſuerunt.

D. O. M.
Et memoriæ.
Ludouicæ de Mathia nuncupatæ, Polonæ.
Fœminæ pijſſimæ.
Romæ,

Poſt

Post vitam religiosissimè actam
Die xxii. April. M. DC. XXIII. mortuæ
Ex hoc loco sepultæ
Prouisores huius Ecclesiæ & Hospitalis
Posuerunt.

Ad imaginem verò eius in Sacrario positam.

Vera effigies, venerabilis sororis LVDOVICÆ MATHIÆ, de Oppido Kenty, Polonæ. Tertij Ordinis S. Francisci, post solutionem vitæ eius mortalis desumpta. Quæ in hac vrbe Roma, ad diuersas Sanctorum ædes & limina, exactis triginta annis, in continuis orationibus, ieiunijs, pijs & asperis corporis sui afflictionibus, cum opinione perfectioris vitæ Christianæ, omnibus sacramentis munita, translata est ad beatam & feliciorem vitam, die 22. April. Anno reparatæ salutis. M. DC. XXXIII. Suæ verò ætatis circiter LX. Corpus eius ad has ædes Diui Stanislai Episcopi & Martyris terræ mandatum, cum maximo per triduum concursu & veneratione populi Romani, inter Altare Sancti Hyacinthi, & portam Hospitalis, in Domino quiescit.

In Thermis Diocletianis.

D. O. M.
BARTHOLOMEVS POWSINSKI POLONVS.
Clementi VIII. P. M. ab intimo cubiculo, & poculis. A quo ex Lateranen. & Cracouiensi Canonico
ABBAS ANDREOVIENSIS
Nec non
Ad Sigismundum III. Polonorum, Suecorum, Gotthorum, Vandalorum
Et Henricum IV. Galliarum
REGES
Atque ab illo vita functo
Ab eodem Sigismundo Polonorum Rege,
Apud Paulum V. & in Regno Neapolitano Internuntius.
Sacellum hoc Diuo Brunoni instaurauit
Anno Domini, M. DC. XX.

Diuioni in Burgundia.

In Monasterio Benedictinorum, dicti Sancti Benigni.

Hic ia-

Hic iacet Vir illuſtris & Deuotus.
DOMINVS VLADISLAVS.
Quondam Dux Altus Poloniæ.
Monachus huius Monaſterij, per plures annos exiſtens.
Poſtmodum diſpenſatus per Papam,
Pro ſucceſſione Regni Poloniæ.
Obijt in ciuitate Argentina,
Hic eligens ſepeliri.
Anno Domini, M. CCC. LXXXVIII.
x. Calend: Martij.
Anima eius requieſcat in pace, Amen.

Bari in Apulia.

BONÆ REGINÆ POLONIÆ,
Sigiſmundi Primi Regis Poloniæ Potentiſſimi,
Magni Ducis Lithuaniæ,
Ruſſiæ, Pruſſiæ, Maſouiæ, Samogitiæque,
Coniugi dilectiſſimæ,
Ducisſæ Bari,
Principique Roſſani.
QVÆ
Ioannis Sfortij Galatij,
Ducis Mediolanenſis
FILIA,
Ex Iſabella Aragonia
Alphonſi II. Neapolitanorum Regis,
Splendorem generis, Regiæque Maieſtatis dignitatem
Summis dotibus illuſtrauit.
ANNA IAGELLONIA
REGINA POLONIÆ,
Stephani Primi Coniunx,
Patre, Fratre, Marito,
REGIBVS.
Tribuſque Sororibus humatis,
Matri deſideratiſſimæ Hoc monumentum poſuit.
Dotemque ſacris perpetuò faciundis attribuit.
Anno Domini, cIↃIↃ. XCIII.
Vixit Annos LXV. Menſes VII. Dies X.

ASSISII.

SIGISMVNDO CAROLO RADZIVIL,
Lithuania Genus;
Romanum Imperium Principatum;
Neſuiſium & Olyka Ducatum;
Myr, & Szydlowiec Comitatum:
Melita Inſula, Militiam;
Poſnania & Stwolowice, Commendoratum,
Reſpub: Polona, Nouogrodenſem Palatinatum;
Aſsiſium, morbum, & Sarcophagum,
Quinquagenario dedit.
Eheu! diuellimur inde!
——————*conditur vrna*
Pars Sigiſmunde meæ ſed maxima tecum animæ.
Anno 1642. die 5. Nouembr.
Fieri curauit mœſtiſsimus Frater Cancellarius M. D. L.

In Carinthia.

In Monaſterio Oſſienſi.

REX BOLESLAVS POLONIÆ
Occiſor Sancti Staniſlai
Epiſcopi Cracouienſis
Occidit. Romam pergit.
Oſsiach illic ignotus ſeruit
Notus, pia limina claudit
Oſsiach hinc placeat tibi
Staniſlae, Tyrannum mitem
Quod factum cœleſtibus intulit aſtris.

In circulo

Boleſlaus Rex Poloniæ
Anno M. LIX.
Oblatio eſt Domino odor ſuauiſsimus
Staniſlao pro Boleſlao.
Obijt Anno M. LXXIX.

In Eccle-

In Ecclesia Porubensi in Ducatu Oppauiensi.

Hic ADAMI KORNICII
Comitis sunt Ossa pij
A Russis qui ortum duxit
Templum hoc deuote struxit
Trecentis annis post mille
E vivis decessit ille.

VRATISLAVIÆ.

PETRI DVNIN.
In Monasterio Præmonstraten.
Hic situs est Petrus, Maria coniuge fretus,
Marmore splendente, Patre Vilhelmo peragente.

Nitriæ in Hungaria.

D. O. M.
Pioque Cineri,
Generosi Donini BARTHOLOMÆI SZORNEL,
QVEM
Mag: ac Gen. Dño Ioanne Szornel natum.
In flore, & virtutis & ætatis
In spe Gradiui Polonici
In primo Hungariæ visendæ limine
Fatum immatura morte occupauit.
Parens lugubri labaro.
Fratres mœstis lachrymis
E Polonia Prosecuti.
Obijt, in Aula Stanislai Turzo
Palatini Hungariæ.
Anno ætatis 18. die 15. Augusti.
Anno Christi. M.DC.XXV.

INDEX LOCORVM,

Ex quibus desumpta sunt Epitaphia.

Altæ Aulæ	fol.	306.	Dubinkis in Lithuania		312.
Andreouiensia		609.	Drobninensia		715.
Assisiana		817.	Fristadiensia		423.
Bari in Podolia		787.	Gedanensia		346.
Bari in Apulia		816.	Gnesnensia		556.
Baranouiæ		322.	Grodziſko		488.
Biecensia		660.	Hmielnici		316.
Bierzis		306.	Hołubijs		327.
Brzezanensia		480.	Iaroslauiensia		436.
Brestensia		739.	Iedlinensia		681.
Bidgostensia		507.	Ilkussiensia		617.
Bozantini		787.	Kiouiensia		532.
Brostociæ		422.	Kockouiæ		326.
Brodniciæ		508.	Kołomiæ		533.
Buczacensia		491.	Konskie		678.
Casimirienſia		385.	Kroczycensia		792.
Caioduni		315.	Kruszynensia		317.
Camenecensia		497.	Lascensia		552.
Calisiensia		545.	Lancicienſia		713.
Czartoryscij		325.	Lendensia		709
Cracouiensia		1.	Lezayscensia		434.
Crasnicensia		517.	Leopoliensia		275.
Częstochouiensia		329.	Limanouiensia		795.
Corecensia		503.	Louicienſiã		687.
Costensia		507.	Lomzensia		709
Czchouiensia		534.	Lublinensia		717.
Climuntouiæ		320.	Lubauiensia		622.
Clodauiensia		712.	Miechouiensia		512.
Clobucensia		540.	Montis Argentini		211.
Crosnensia		425.	Montis S. Crucis		626.
Crusuicienſia		410.	Montis Caluariæ		654.
Czyricensia		786	Monasterij Claræ Tumbæ		685.
Dinouiensia		432	Monasterij S. Annæ		536.
Diuioni in Burgundia		815.	Nesuiesiensia		240.

Niepolomicenſia 658.
Neſteruarienſia 501.
Nitriæ in Hungaria 818.
Oliuenſia 335.
Olycenſia 522.
Olæ 314.
Oſſienſe in Carinthia 817.
Oſtrogienſia 474.
Oſtrorogia 504.
Opatouienſia 508.
Patauina 804.
Petricouienſia 594.
Pilecenſia 554.
Pilſnenſia 416.
Pinczouienſia 322.
Poſnanienſia 441.
Potocenſia 493.
Piotrouinenſia 318.
Premiſlienſia 565.
Plocenſia 701.
Puſtouienſia 706.
Pucenſia 741.
Racouienſia 679.
Radomienſia 676.
Regiomontana 358.
Reſouienſia 439.
Romana 808.
Sanocenſia 532.
Staniontecenſia 659.
Samborienſia 533.
Sendomirienſia 666.
Siecechouienſia 716.
Sredenſia 506.
Starogardenſia 346.
Srzenenſia 490.
Skarzeſzouienſia 793.
Sprouiana 486.
Stucenſia 313.
Tarlouienſia 533.
Tarnouienſia 644.
Tinecenſia 657.
Ticocinenſia 305.
Trzſcianenſia 440.
Torunenſia 386.
Turobinenſia 517.
Varſauienſia 244.
Varmienſia 375.
Vielicienſia 411.
Vladiſlauienſia 401.
Vlodauienſia 323.
Vilnenſia 213.
Viſnicenſia 652.
Viſlicienſia 683.
Viſunis 311.
Wratiſlauienſia 818.
Włoſczouienſia 790.
Xiązij 319.
Zamoſcenſia 634.
Zarcenſia 797.

FINIS.

JNDEX VIRORVM,

Epitaphiis in hoc libro ornatorum.

Elogium Sepulchrale.

A.

Abrahamowiez Equitis fol. 740.
Abentnach matronæ Torunensis 399.
Abbatis de Caluo Monte 206.
Acerni Poetæ Lublinensis 717.
Adler Prioris Oliuensis 342.
Alberti Regis Poloniæ 3.
Eiusdem inteſtina 392.
Alberti Abbatis Oliuensis 337.
Alberti Gilowſki Ciuis Cracouiensis 74.
Altaris argentei inſcriptio 36.
Alamant Dapiferi Lublinensis 96.
Alancij Præpositi Varſauiensis 247.
Alantſſe Medici & Canonici Plocen. 147.
Almpetij Ciuis Leopolienſis 292.
Alexandri Poloniæ & Suecia Principis 16.
Amor Tarnowij Caſtellani Cracouien. 649.
Annæ Iagellonicæ Reginæ Poloniæ 7.
Eiusdem 811.
Annæ Ducisſæ Maſouiæ 268.
Annæ Infantis Suecia 328.
Andreæ de Cracouia Theologi 177.
Andryſſewſki Cuſtodis Chelmensis 609.
Aquilini Concionatoris Regij 146.
Argentinci Montis inſcriptio 211.
Armamentarij Leopolienſis inſcriptio 300.
Artomij Ciuis Torunensis 391.
Arnuth Angli Medici 235.
Aſprillis Muſices Præfecti 247.
Aucnſtok Ciuis Leopolienſis 284.

B.

Babay Vngari Equitis Aurati 605.
Bagiński Canonici Poſnanienſis 460.
Bafor Cæſarei Conſiliarij 264.
Bahr Ciuis Dantiſcani 351.
Balcerowicz Ciuis Cracouiensis 105.
Balcerowicz Bibliopolæ Cracouien. 139.
Barbaræ Reginæ Poloniæ 217.
Baranowſki Equitis 172.
Baranowſka Matronæ Nobilis 164.
Baranowſki Tribuni Parcouien. 271.
Baranowſki Canonici Cracouien. 59.
Baranowſki Archiepiſcopi Gneſnensis 561.
Bartolani Centurionis 675.
Baſe Medici filiæ 113.
Banas Conſulis Caliſſiensis 548.
Bathorzynſki militis Sepulchri Chriſti 711.
Batudow Præpoſiti S. Hedwigis 199.
Bilicka viduæ nobilis 211.
Barſki Cuſtodis Varſouiensis 248.
Barſki Archidiaconi Cracouiensis 42.
Baryczka Szabuli Regij Prouiſoris 252.
Barzy Palatini Cracouiensis 29.
Białobrzeſki Tribuni Radomiensis 731.
Białobrzeſki Equiti 82.
Białozor Marſchalci Vpitensis 223.
Białozor Referendarij Lithuaniæ 225.
Białuſyna Matronæ Nobilis 158.
Braczkowſki Equitis 466.
Brandes Proconſulis Gedanensis 350.
Branicki pueri 105.
Branicki ſtudioſi adoleſcentis 104.
Branicki Gladiferi Regni 88.
Branicki Epiſcopi Poſnanienſis 460.
Branicki Præpoſiti Tarnouiensis 647.
Branicki Capitanei Niepołomicen. 658.
Branicki Caſtellani Biecenſis 659.
Bratkowſki Canonici Vladislauien. 405.
Beatricis Tenciniæ 433.
Bebnowſki Equitis 103.
Biedkowſki Archidiaconi Ploceń. 702.
Bedlinſki Scholaſtici Cracouiensis 37.
Biegelly Canonici Vladislauiensis 402.
Bech Præpoſiti Sendomirien. 668.
Beykowſki Pincernæ Korcineń. 734.
Belzæ Conſulis Pilſnensis 420.
Belzæ Canonici Cracouiensis 20.
Benconis viri Nobilis 295.
Ber Ciuis Cracouiensis 116.
Bernck Ciuis Ilkuſſiensis 621.
Bernardi de Biſkupie Theologi 169.
Bertholdi Mercatoris Cracouiensis 125.
Biedrzycenſis Medici Poſnanien. 451.
Biel Canonici Cracouiensis 40.
Bielowicz Ciuis Vilnensis 221.
Bielſki Equitis 531.
Bielſki Alterius 611.
Bielſki Tertij 599.
Bieſtrzykowſki Præpoſiti Radomſcen. 181.

INDEX

Bierecki Equitis 583.
Biercouij Medici Zamoſcen. 643.
Brzeſki Canonici Cracouienſis 38.
Brzeſki Equitis 539.
Brzeſki Aulici Regij 595.
Brzeſki alterius Aulici 597.
Brzeſki iterum Equitis 656.
Brzezinenſis Conſulis Leopolien. 765.
Eiuſdem 282.
Brzeſka Magiſtri Scholæ Leopol. 290.
Breslei Ciuis Leopolienſis 293.
Bremeri Aulici Regij 392.
Brzezinſki Præpoſiti Oſwiecimenſis 41.
Brzezinſki Canonici Vladislauien. 408.
Brzeznicki Proconſulis Poſnanien. 464.
Brzechwa Succamerarij Vendenſis 83.
Bheuuernicij Ciuis Torunenſis 395.
Biſkupice Canonici Płocen. 708
Bylinſki Epiſcop. Płocenſis 147.
Bykowſki Equitis 601.
Bykowſki alterius Equitis 696.
Bykowſki Caſtellani Siradienſis 607
Bykowſki Caſtellani Conarien. 603.
Bykowſki Palatini Siradienſis 607.
Bykowſki Aulici Regij 697.
Bylina Equitis 655.
Bnin Epiſcopi Vladislauienſis 409.
Brzyßewſki Canonici Vladislauien. 402.
Bzicki Camerarij Premislienſis 803
Bobolæ Pocillatoris Sendomirienſis 672
Bobrownicki Equitis 663.
Bodekheri Equitis 375.
Boehmi peditum Præfecti 393.
Bolanowſki Equitis 139.
Bnguß Tribuni Lublinenſis 152.
Bogucki Theologi 170.
Bogoriæ Equitis 682.
Boguſlawſki Equitis 605.
Bogumili Archiepiſcopi Gneſnenſis 557.
Bogoſławſki Conſulis Gneſnenſis 563.
Bogłowſki Iudicis Czernenſis 332.
Bolantouij Canonici Vladislauien. 405.
Boleslai Audacis Regis Poloniæ 817.
Boratyńſki Caſtellani Belzenſis 30.
Borzyßewſki Archiepiſcopi Gneſnenſis 558.
Borrhomæi S. Capellæ inſcriptio 659.
Borek Equitis 614.
Borek Philoſophi 196.
Borck Decani Cracouienſis 21.
Borek Caſtellani Visliciensis 36.
Borck Marſchalci Pruſſiæ 371.
Borken Magiſtri Aulæ Pruſſiæ 370.
Boremlo Equitis 643.
Borouij Theologi 168.
Bobrzankow Diſpenſatoris Collegij Craco. 185.
Bozencini Philoſophi 188.
Bonæ Reginæ Poloniæ 816.
Bonar Ord: S. Auguſtini ſanctitate clari 205.
Bormorum Capellæ inſcriptio 292.
Bakowſki Equitis 623.
Bakowſki alterius 279.
Bakowſki Canonici Louicien. 716.
Bontkouij Canonici Cracouien. 26.
Blanque Nobilis Galli 346.
Blemkie Scabini Gedanenſis 353.
Blankienburgij iuuenis Fuldenſis 355.
Bloſij Theologi 194.
Bloſij Cognatorum 109.
Błonſki Equitis 622.
Broſcij Canonici Cracouien. 185.
Broniowſki Aulici Regij 765.
Broniowſka Nobilis Matronæ 165.
Bronowſki Equitis 69.
Bronowſki Aulici Regij 70.
Bronowſki Cantoris Vislicien. 145.
Brzoſtowſki Equitis 231.
Bzouij Ordin: Prædicat. 809.
Buchowiecka Matronæ Nobilis 739.
Buczkowſki Equitis 589.
Buczkowſki Venatoris Premislien. 589.
Buczkowſka Matronæ Nobilis 413.
Buczynſki Equitis 314.
Buczacki Equitis 491.
Buczácki Epiſcopi Płocenſis 706.
Eiuſdem 491.
Buk Vicarij Poſnanienſis 458.
Bucouij Sacerdotis 423.
Bugulceri Conſulis Varſouien. 252.
Buſki Notarij Vlodimirienſis 737.
Burzyńſki Equitis 419.
Buynouicij Ciuis Dinouienſis 433.
Bruns Ciuis Lubauienſis 625.
Brudzinſki Canonici Gneſnenſis 563.
Brudzinſki Pincernæ Poſnanienſis 460.
Buſſyńſki Suffraganei Gneſnenſis 561.
Bruſſik Ciuis Cracouienſis 67.

C.

Callimachi Iuli 143.
Cameraria Ciuis Regiomont. 366.
Campiani Capellæ inſcriptiones 286.
Campiani Conſulis Leopolienſis 287.
Cancuaſij Sculptoris 99.
Cantij Theologi in Beatorum numerum relati 189.
Carnitij Ciuis Gedanenſis 364.
Caſimiri III. Regis Poloniæ 336.
Clageynin Ciuis Regiomont. 367.
Claudij Valerij Sabaudi 650.
Crapitij Epiſcopi Culmenſis 624.
Czacki Decani Vladislauien. 560.
Czaplic Præpoſiti Vilnenſis 256.
Czaplic Canonici S. Michaelis in Arce Crac. 66.
Czarnecki Burgrabij Arcis Cracouien. 59.
Czarnecki Equitis 98.
Czarnkowſki Epiſcopi Poſnanienſis 444.
Czarnocki Stigarij Vielunien. 413.
Czarſki Equitis 195.
Ceciliæ Renatæ Reginæ Polonæ 14.
Celari Patauienſis 114.
Celari Mediolanenſis 118.
Celneris fœminæ pudiciſſimæ 131.
Cæſarij Typographi Crac: 191.

Cæſarij

VIRORVM.

Cesary Ciuis Casimirienſis 207.
Cetneri Pocillatoris Leopolienſis 382.
Cieklinſka Matronæ nobiliſſimæ 439.
Cieklinſki Pocillatoris Cracouienſis 662.
Cieklinſki Canonici Cracouienſis 32
Cielecki Studioſi 146.
Cielecki Secretarij 163.
Cielecki Equitis 455.
Cielecki II. Equitis 464.
Cielecki Epiſcopi Płocenſis 704.
Cieniowſki Ciuis Casimirienſis 200.
Cieſſowſki Equitis 543.
Clecenſis Plebani in Zembocin 130.
Cogely Conſulis Pilznenſis 417.
Cremeri vxorum 109.
Czeki Florentini 120.
Czepielis Canonici Cracouienſis 47. & 52.
Czepielowſki Ciuis Cracouienſis 119.
Czermienſki Equitis 138.
Czerny Equitis 778.
Czerſka Caſtellani Roſperien. vxor 135.
Czertwiertyńſki Tribuni militum 735.
Cichrowſki Canonici Gneſnenſis 560.
Ciołkowna Matronæ Nobiliſſimæ 519.
Cimermani Burgrabij Torunenſis 391.
Ciſa Nobilis Prutheni 369.
Cybulſki Concionatoris Premisłienſis 576.
Cynerſki, Canonici Cracouienſis 63.
Cyrus Conſulis Cracouienſis 122.
Cyrus Ciuis Cracouienſis 126.
Cricinij Medici 140.
Cricij Archiepiſcopi Gneſnenſis 561.
Cwiklinſki Conſulis Tarnouienſis 651.
Czypſer Conſulis Cracouienſis 119.
Czyſowſki filij Caſtellani Cracouien. 51.
Czywinſki Aulici Regij 68.
Columnæ Varſauiæ inſcriptio 273.
Comualis Itali Ord: S. Franciſci Conuentual. 644.
Conſtantiæ Reginæ 13.
Copernici Mathematici 398.
Coritouij Philoſophi 189.
Coſmini Archidiaconi Sendomirien. 131.
Coſtenſis I. V. Doctoris 565.
Cromeri Adoleſcentis 64
Croſnenſis Cuſtodis Sanctorum omnium Cruc. 68.
Crugeri Medici 374.
Crupi Præpoſiti S. Nicolai 183.
Culty Præpoſiti Oliuenſis 339.
Culuenſis Iuriſconſulti 362.
Curiæ vrbis Leopolienſis inſcriptiones 301.
Czurkowſki militis 233.
Czuryło Capitanei Niepołomicenſis 658.

D.

Dabrowſki Scabini Poſnanienſis 471.
Daukowic Conſulis Sendomirienſis 667
Dambrowianka Ciuis Cracouienſis 122.
Dambrowſki Archidiaconi Gneſnenſis 35.
Dambrowſki Equitis 632.
Daniel Seruitoris Regij 119.
Danielowicz Palatini. Ruſſiæ 755.
Danielowicz Præfecti Corſunen. 479.
Danielowicz Theſaurarij Regni 480.
Danielowicz Corſunenſis Præfecti 304.
Danielouiciæ Illuſtris Matronæ 762.
Danielouiciæ Matronæ 478.
Dias Ciuis Torunenſis 400.
Domanowſka Matronæ Nobilis 600.
Domanewſki Equitis 485.
Domaradzki Equitis 454.
Domaßowſki Præfecti Stabuli Regni 731.
Drwalewſki Equitis 521.
Dziaduſki Epiſcopi Premisłienſis 583.
Działyńij Capitanei Inowładiſłauien. 390.
Działyniæ Matronæ 508.
Debinſki Palatini Sendomirienſis 627.
Delpaca Ciuis Cracouienſis 112.
Dembieńſki Equitis 572.
Dembieńſki Equitis 100.
Dembieńſki Caſtellani Cracouienſis 23.
Dembinſki Aulici Regij 102.
Dembinſka Matronæ Nobilis 751.
Dembſki Suffraganei Cracouienſis 18.
Dembſka Matronæ Nobilis 158.
Dendorſki Artium Magiſtri 145.
Dziekczyńſki Officialis Poſnanienſis 401.
Drewno Patricij Varſauienſis 210.
Drzewicki Canonici Cracouienſis 809.
Drzewicka Nobilis Matronæ 766.
Drzewicka Matronæ Nobilis 607.
Drzewicij Archiepiſcopi Gneſnenſis 559.
Dziecmiarowſka Matronæ 413.
Dzierſnicki Equitis 580.
Dzierżek Equitis 777.
Dzierzgowſki Archiepiſcopi Gneſnenſis 557.
Dzierzgowſki Palatini Mazouiæ 269.
Dziewczopolski Equitis 312.
Dicij Decani Vilnenſis 220.
Dini Mercatoris 99.
Ditthardi Abbatis Oliuenſis 336.
Dybowicij Medici 282.
Dzidoßycki Caſtellani Lubacouienſis 303.
Długoßij Hiſtorici 198.
Dłużnewſki Camerarij Opocinenſis 602.
Dobrocieſki Canonici Cracouienſis 41.
Dobryßowſki Burgrabij Cracouienſis 110.
Doctorij Canonici Cracouienſis 49.
Dominicanorum Gedanenſium Fundatores 349.
Donhoffij Adzelenſis Capitanei 317.
Donhoffij Palatini Siradienſis 329.
Dorfein Iuriſconſulti 363.
Drobnini Concionatoris 692.
Drohotowſki Subiudicis Premisłienſis 697.
Drohoiowſki Equitis 729.
Droſdowſki Canonici Cracouienſis 21.
Ducum Maſouiæ 244.
Dunin Capitanei Brzezinenſis 27.
Dunin Wolſki Decani Płocenſis 704.
Dunin Wolſki Epiſcopi Płocenſis 704.
Dunin Equitis 818.
Durnikienicia Ciuis Vilnenſis 233.
Duſkiewicz Conſularis Vilnenſis 220.

INDEX

E.

Elsenreich Radiuilię 528.
Elgot Scholaſtici Cracouienſis 36.
Engels Ciuis Poſnanienſis 361.
Epiſcoporum Cruſuicienſium 411.
Erler Canonici Varſauienſis 245.
Erkembergeri Patricij Varſauienſis 251.
Eſke viri Nobilis 397.
Euphemiæ Wſnoueciæ 241.
Euphemiæ Wierzeyſka 244.
Eupelkie Ciuis Gedanenſis 355.

F.

Fabricij Ciuis Petricouienſis 605.
Fabrowna Ciuis Cracouienſis 64.
Falecki Suffraganei Gneſnenſis 564
Falecki Theologi 174.
Falecki Medici Lublinenſis 760.
Falubowſki Equitis 811.
Falkowicz Ciuis Varſauienſis 264.
Famutij Nobilis Lucenſis 103.
Fantel Itali 619.
Farurei Equitis 425
Farurei Adoleſcentis 428.
Faurbachowna Ciuis Cracouienſis 187.
Franczkowicz Conſulis Cracouienſis 120.
Franckouicij Adoleſcentis 670.
Fœnicij Leopolienſis 303.
Ferolani Ciuis Cracouienſis 157.
Fierleij Caſtellani Camenecenſis 427.
Fierleij Equitis 428.
Fierleij Ciuis Cracouienſis 61
Fierleiowa Matronæ Nobilis 425
Franciſcus Cracouienſis 132.
Fredro Referendarij Regni 565.
Fredro Iudicis Terræ Premislienſis 573.
Fredro Dapiferi Premislienſis 573.
Freytagij Architecti militaris 315.
Frewdembergij Sileſitæ 356.
Frezer Nobilis 414.
Filomedi Proconſulis Varſauienſis 251.
Firlei Equitis 327.
Firlei Palatini Ruſſiæ 727.
Firlei Caſtellani Cracouienſis 727.
Firlei a Tartaris occiſi 728
Firlegiæ Coniugis Leonis Sapiehæ 236
Fruczowſki Adoleſcentis 209.
Friderici Principis & Cardinalis 17.
Friderici Officialis Curelouienſis 611.
Fridrychowſki Canonici Cracouienſis 48.
Friſij Scabini Torunenſis 398.
Fogelder Equitis 124.
Fogelderæ Matronæ 132.
Fontani Medici 161.
Forſteri Bibliopolæ Gedanenſis 344
Foxij Archidiacoui Cracouienſis 28.
Foxiæ honeſtæ Matronæ 200.

G.

Gabrielis Comitis à Tarnow 18
Gaier Chirurgi 123.
Gaiewſki Aulici Regij 91.
Galczynſki Cuſtodis Poſnanienſis 562.
Gallaratowa Ciuis Cracouienſis 121.
Gambarowſki Equitis 795.
Gamrati Archiepiſcopi Gneſnenſis 72.
Gamrati eiuſdem Archiepiſcopi 51.
Garlinſki Canonici Cracouienſis 18.
Garniſs Secretarij Regij 141.
Garnkowſki Regij Secretarij 598.
Garwaſki Canonici Cracouienſis 32.
Garwolin Plebani 97.
Gaſpari Epiſcopi Ennenſis 451.
Gawłowicki Artium Baccalaurei 185.
Gawronſki Vice-Zupparij Vieliceń. 411.
Gawronſki Equitis 600.
Gebalka Curatoris Salinarum 412.
Geſchkan Abbatis Oliuenſis 337.
Giſſa Præpoſiti Liuenſis 246.
Gierlachowſki Zachriſtiani 111.
Giannotti Conſulis Varſauienſis 262.
Glambouij Vicarij Biecenſis 664.
Glaſnocij Ciuis Lubauienſis 625.
Glawicz Scholaſtici Opatouienſis 510.
Gnatowſki Studioſi 182.
Gniazdowſki Pœnitentiarij Cracouienſis 53.
Gniazdowſki Suffraganei Gneſnenſis 562.
Gorka Epiſcopi Vladislauienſis 404.
Gorka Caſtellani Poſnanienſis 448.
Gorka Caſtellani Miedzyrecenſis 473.
Gorka Rothmagiſtri 499.
Gorkani Epiſcopi Vladislauienſis 473.
Gorkani Epiſcopi Poſnanienſis 473.
Gora Canonici Cracouienſis 51.
Gortzcki Conſulis Vielicenſis 13.
Goſtowſki Capitanei Bendzineń. 101.
Guiciardini Florentini 128.
Grabinſki Abbatis Oliuenſis 338.
Grabowſki Canonici Plocenſis 708.
Grabowſki Equitis 509.
Grabſki Vexilliferi Breſtenſis 396.
Graiowſki Archidiaconi Cracouienſis 47.
Graſer Regiomontani 394.
Geils Proconſulis Lubauienſis 626.
Gembicki Archiepiſcopi Gneſnenſis 776.
Gembicki Epiſcopi Cracouienſis 750.
Gembicki Archiepiſcopi Gneſnenſis 5642
Gemmæ Medici Veneti 79.
Giebultowſki Equitis 577
Giebultowſki Equitis 792.
Giebultowſki Comitis 158.
Giebultowſki Cohortis Equeſtris Præfecti 793.
Gidelczyk Medici 291.
Gilenſki Theologi 186.
Grzewſki Equitis 201.
Glembocki Tribuni Caliſſienſis 564.
Glewicz Ciuis Cracouienſis 184.
Glewiczowa Ciuis Cracouienſis 121.
Gnederi Ciuis Torunenſis 390.
Grebinſki Præpoſiti Iaroſlauienſis 437.
Grebinſki Centurionis 438.
Grethchij Conſulis Torunenſis 394.

Glicij Canonici Cracouienſis 74
Glicij Canonici Cracouienſis 417.
Glinſki Cancellarij Poſnanienſis 707.
Głozowſki Equitis 582.
Głogowſki Decani Płocenſis 701.
Głoſkowſki Pincernæ Varſouienſis 270
Głowmia Decani Cracouienſis 34
Goiſowſki Equitis 613.
Godziatkowſki Burgrab. Cracouienſis 55
Goyſki Canonici Płocenſis 703.
Golecki Equitis 583
Golinſki Canonici Gneſnenſis 131
Golinſki Cuſtodis Opatouienſis 188
Golinij Canonici Cracouienſis 178
Gomolinſki Caſtellani Roſpirien. 608
Gomolinſki Succamerarij Siradienſis 603.
Goslicki Vice-Capitanei Barenſis 757
Goslicki Canonici Cracouienſis 31.
Goslicki Epiſcopi Poſnanienſis 441.
Gorlicki Equitis 500
Groienſki Equitis 316.
Gnienſki Cuſtodis Poſnanienſis 460.
Gonowſki Notarij Theſauri 80.
Gonowſki Ciuis Poſnanienſis 455.
Gonſieuij Palatini Smolenſcenſis 228
Gontkowſki Archidiaconi Cracouienſis 50.
Gorcinij Canonici Cracouienſis 34.
Gorecki Iuriſperiti 194.
Gorynſki Equitis 456.
Gorlecki Equitis 94.
Gornicki Secretarij 375.
Gorſki Archidiaconi Gneſnenſis 32.
Gorſki Canonici Cracouienſis 61.
Gorſki Canonici Cracouien. 24.
Gorſki Secretarij Regij 148
Gorſki Archidiaconi Płocenſis 702
Gorſki Canonici Płocenſis 702.
Gorſkowſki Equitis 733
Gorſkowſki Abbatis Lendenſis 711.
Goſtomſki Palatini Poſnanienſis 667.
Goſtinſka Nobilis Matrona 140
Goſtomſki Palatini Cathſſienſis 258
Gouorcij Palatini Sendomirienſis 788.
Goſtkowſki Equitis 738
Gozimirſcij Equitis 759.
Grochowſki Epiſcopi Luceorienſis 516.
Grochowſki Canonici Cracouienſis 51.
Grochowſki Capitanei Breſtenſis 550.
Grochowſki Caſtellani Derpatenſis 575.
Grochowſki Equitis 585.
Grochowſki Venatoris Sanocenſis 585.
Grochowſki in Kupiatycze 587.
Grodzicki Medici & Canonici Cracouienſis 34
Grodzicki Nobilis 157.
Grodzicki Armamentarij Regij Prafecti 288.
Grodzicki Equitis 540.
Grodecki Equitis 96.
Groſadłowa Ciuis Pilznenſis 419.
Groth Conſulis Cracouienſis 146
Groth filij Caſtellani Cracouienſis 35.
Groth Canonici Gneſnenſis 559.
Grotkowſki Canonici Cracouienſis 34.
Grotonis Epiſcopi Cracouienſis 22.
Grotowſki Equitis 62.
Grotonſki Equitis 610.
Grotonſki Alterius 611.
Grotowſki Tertij 612.
Gwoſc Ciuis Cracouienſis 69.
Gzowſki Dapiferi Rozanenſis 267.
Grudzinſki Equitis 467.
Grudzinſki alterius 469.
Gruſczynſki Ciuis Cracouienſis 183.
Gruſczynſki Archiepiſcopi Gneſnenſis 556.
Grzymultowſki Equitis 468.
Grzymultowſki Abbatis Lendenſis 712.
Gulinſki Conſulis Leopolienſis 295.
Gucij Florentini 583.
Gumonſki Equitis 571.
Gumowſki Notarij Decretorum 142.
Gumowſki Aduocati Cracouienſis 133.
Gutonſki viri Nobilis 60.

H.

HAgi Ciuis Torunenſis 393.
Haberkoſt Conſulis Caſimirienſis 201.
Haller Conſulis Ilkuſtienſis 621.
Halicij Eloquentiæ Profeſſoris 190.
Hallerowa Ciuis Cracouienſis 206.
Hallerowa alia 218.
Halicienſis Portæ inſcriptio 275.
Havel Ciuis Leopolienſis 282.
Hedwigis Reginæ Poloniæ 5.
Henningij Medici Frauſtadienſis 381.
Hermanowſki Equitis 585.
Hermanowſki alterius 565.
Hermanowſki tertij 582.
Hermanowſki quarti 586.
Herman Ciuis Lubauienſis 626.
Heilsberg Iuriſconſulti 361
Herbergeri Philoſophi 383.
Herbergeri Theologi 376.
Herborti Equitis 572.
Herborti alterius Equitis 590.
Herborti Caſtellani Camenecenſis 497.
Herbortowa Matrona Nobilis 145.
Herbeſti Canonici Leopolienſis 281.
Hercij Canonici Cracouienſis 170.
Hepneri Ciuis Gedanenſis 290.
Heydenſteynij Secretarij Regij 340.
Heydenſteynij Boruſſiæ Conſiliarij 360.
Heydek Liberi Baronis 371.
Hlebowicz Caſtellani Vilnenſis 236.
Henel Ciuis Gedanenſis 348.
Hoſſa Franciſci Conuent: Theologi 281.
Hythnij Conſulis Ilkuſſienſis 621.
Hoieri Ciuis Gedanenſis 354.
Holubkowicz Ciuis Leopolienſis 296.
Horlemus Cubicularij Regij 541.
Hornig Scriptoris Magnifici Boner 118.
Hornoſtaownæ Leſczynij 324.
Hoſii Ciuis Ilkuſſien: 620.
Hoſii Cardinalis 808.

Humiecki Equitis 498
Humnicki Equitis 589
Haritanowicz Vexilliferi Nouogrodenſis 501.
Chwalibog Notarij Cracouienſis 799.
Chwalibog Equitis 534.
Chwalibog alterius 799
Chrzanowſki honeſtæ Matronæ 137.
Chrzaſczowſki Equitis 429.
Chrząſtowſki Ciuis Cracouienſis 183.
Chełmſki Succamerarij Cracouienſis 124.
Eiuſdem 754.
Checinſki Canonici Scendomirienſis 670.
Chmielecki Enſiferi Podoliæ 497.
Chmielecki Palatini Kiouien. 758.
Chlewicki Equitis 154.
Chilcheny filiæ 642.
Choczyßewſki Ciuis Cracouienſis 104.
Chocießenſki Cantoris Varſauienſis 248.
Chodorowicz Ciuis Cracouienſis 104.
Chomſki Epiſcopi Cracouienſis 28.
Choinſki Epiſcopi imago 74.
Chodkieuicij Ducis Exercituum 474.
Chomentowſki Equitis 677.
Chotelſki Canonici Viſlicien. 684.
Chorynſki Equitis 452.
Chowißowſka honeſtæ Matronæ 726.
Chodorowſka honeſtæ Matronæ 114.
Chrobry Regis Poloniæ 447.
Chroberſki Poloniæ Supremi Pincernæ 669.
Chuazic Ciuis Cracouienſis 117.

I.

Iabko Conſulis Vilnenſis
Iabłonowſki Equitis 220
Iacobei Medici 533.
Iacobi Primi Archiepiſcopi Halicienſis 171.
Iagellonis Regis 296.
Iadinſki Equitis 2
Iaminſki Equitis 782
Ianußowic Canonici Cracouienſis 580
Ianßewſki Equitis 42
Imkowicz Equitus 675.
Iankowſki Presbyteri 423.
Ianußowic Conſulis Biecenſis 144.
Ianowſki Equitis 664.
Iarostai Archidiaconi Cracouienſis 612.
Iarochowſki Equitis 36.
Iaſinſki Prioris Andreouienſis 158.
Iaſnogorſka Coniugis Culinæ Regiæ Præfecti 613.
Iaſkowſki Canon: SS. Sepulchri Præp: Gneſn. 252
Iaſky Conſulis Gedanenſis 515
Iawinſka Matronæ Ilkuſſienſis 353.
Iazwiecki Notarij Bochnenſis 622.
Iazłowiecki Capitanei Czerwonogrodenſis 414.
Iedlinenſis Templi inſcriptio 811.
Iemielnicki Equitis 682
Ielitowſki Canonici Caliſſienſis 662
Ielitowſki Secretarij Regij 268.
IESV Chriſti Regis Regum 158.
Ieſiotrowſki Equitis 184.
Iezowſki Epiſcopi Olomucenſis 644.
10.

Ilkuß Canonici Cracouienſis 44.
Ilouij Palatini Płocenſis 533.
Ioannicij Medici 109.
Ioannis Alberti Principis & Cardinalis 15.
Iodłowſki Conſidici 101.
Ionſtoniæ Matronæ 382.
Iordan Equitis 795.
Iordan Adoleſcentis 796.
Iordan Caſtellani Biecenſis 204.
Iordan Militis 204.
Iordan Aulici Regij 202.
Iordanis Equitis 161
Iordan Caſtellani Cracouienſis 204.
Ioſafna Epiſcopi Vilnenſis 571.
Iſaukowſki Caſtrorum Præfecti 259.
Iſkrzycki Wrocimowiæ Præpoſiti 515.
Iſtuani Ciuis Clepardienſis 176.
Iudithæ Ducisſæ 29.
Iugowicz Ciuis Cracouienſis 82.
Iwerſki Equitis 601.
Iuonis Epiſcopi Cracouienſis 151.
Iwan Equitis 618.
Izbienſki Canonici Vladislauienſis 147.
Izdbinſki Scholaſtici Cracouienſis 43.

K.

Kadłubkonis ſancti 613.
Kakſinſki Sueci 63.
Kalecki Cantoris Płocenſis 706.
Kalecki Abbatis 706.
Kalina Ciuis Cracouienſis 67.
Kaliſki Ciuis Cracouienſis 131.
Kalinſki Iudicis Criminalium 249.
Kalinſki Suffraganei Leopolienſis 271.
Kalinſki Cohortium Ductoris 787.
Kalinowſki Capitanei Bractauienſis 502.
Kamienieckí Palatini Podoliæ 782.
Kamieniecki Ducis Exercituum 783.
Kamieniecki Palatini Podoliæ 785.
Kamieniecki Equitis 783
Kamieniecki Palatini Podoliæ 33.
Kamienſki Equitis 418.
Kamienſki Adoleſcentis 418.
Kamienſki Equitis 426.
Kamienſki Equitis 784.
Kappaun Conſulis Lubauienſis 626.
Karczewſki Cracouienſis 69.
Karnkowij Archiepiſcopi Gneſnenſis 545.
Karnkowij Palatini Derpatenſis 545.
Karnkowij Archiepiſcopi Gneſnenſis 557.
Karnkowſki Epiſcopi Vladislauienſis 404.
Karnkowſki Caſtellani Gneſnenſis 134.
Karnkowſki Decani Gneſ. 22.
Karſki Canonici Gneſnenſis 726.
Karſnicka Matronæ Nobilis 691.
Kawka Vice-Cuſtodis Płocenſis 708.
Kawecki Equitis 415.
Karnik Ciuis Lubauienſis 625.
Karynſki Canonici Cracouienſis 53.
Kazanowſki Marſchalci Curiæ Regni 254.
Kazanonſki Archicamerarij Regni 281.

Kaza-

Kazanowski Campiductoris 499
Kazimirienſis Vicarii Vladislauien. 404.
Kraiewski Præpoſiti Pultouien. 707.
Kraykowski Canonici Plocen. 669.
Kraſicki Palatini Podoliæ 574.
Kraſinski Palatini Plocenſis 704.
Kraſinski Palatini Plocenſis 709.
Kraſinski Epiſcopi Cracouienſis 787.
Kraſinski Archidiaconi Cracouienſis 26.
Kraſinski Cantoris Cracouienſis 26.
Kraſinski Epiſcopi Cracouienſis imago 75.
Kraſſowski Præpoſiti SS. Omnium Crac. 66.
Keckermani Philoſophi 347
Keycher Muſici Regij 115.
Kempen Conſulis Gedanenſis 352.
Kempinski Equitis 800.
Keuteri Mercatoris Regiomontani 360.
Kiedrzycki Canonici Vilnenſis 223.
Kielanowski Equitis 665.
Kiellar Conſulis Croſnenſis 431.
Kierski Canonici Poſnanienſis 449
Kierski Equitis 469
Kijewski Canonici Cracouienſis 37
Kleszeuienſis Præcentoris Eccleſiæ Poſnanien. 417.
Kleniewski Equitis 693
Klenowij Nobilis Megapolitani 362.
Kleinpoldi Conſulis Varſauienſis 250.
Kretowska Matronæ Nobilis 660
Kretkowski Caſtellani Gneſnenſis 805
Kretkowski Archidiaconi Cracouienſis 31
Kreza Equitis 781
Kreza Equitis 790
Krzeſzowij Vicarij Sieciechouienſis 716.
Krzecki Nobilis pueri 142
Krzeczecki Inſtigatoris Regni 148
Kiſiel Palatini Kiouienſis 761
Kislingi Ciuis Torunenſis 390.
Kißka Epiſcopi Samogitiæ 215.
Kitlicij Baronis 369.
Kcimirin Matronæ Torunenſis 394.
Klionowski Equitis 399.
Kliński pueri 623
Kmitæ Præfecti Cracouienſis 58
Kmitæ Palatini Cracouienſis 32
Kmitæ Notarij Terreſtru Cracouienſis 163
Kryſki Succamerarij Plocenſis 715.
Kriſki Capitanei Kowalenſis 266.
Kryſki Cancellarij Regni 259
Krzykowski Scholaſtici Cracouienſis 19
Krzyzakowski Notarij Caſtrenſis Crac. 35.
Krzycka Matronæ Nobilis 624.
Kobetecki Equitis 608
Kobierzycka Matronæ Nobilis 616.
Kochanowski Canonici Cracouienſis 724
Kochanowa Nobilis Matronæ 243
Kochanowski Secretarij Regij 83.
Kochanouij Canonici Cracouienſis 32.
Kochowſki Equitis 631.
Koczorowski Canonici Lancicienſis 713
Koczowski Abbatis S. Crucis 630.
Koelerij Concionatoris 121.
Kokalenski Canonici Gneſnenſis 558.
Kokalewski Cantoris Poſnanienſis 445.
Kokoßka S. Theologiæ Baccalaurei 146.
Kokwinski Officialis Sendomirienſis 669.
Kolozwarij Equitis 760.
Komornicki Equitis 675.
Komoronski Equitis 470.
Komorowski alterius 584.
Komorowski Abbatis Wachocenſis 46.
Konarski Epiſcopi Poſnanienſis 473.
Konarski Abbatis Oliuenſis 338.
Konarski Archidiaconi Cracouienſis 39.
Konarski Epiſcopi Cracouienſis 39.
Konſidrowic Conſulis Sendomirienſis 566.
Konarzewski Equitis 712.
Koniecpolski Exercituum Notarij 159.
Koniecpolska Matronæ Illuſtriſſimæ 763.
Koniecki Equitis 678.
Konik Ciuis Lubauienſis 626.
Konopatij Adoleſcentis 395.
Konopatij Epiſcopi Culmenſis 624.
Konopatij Equitis 349.
Kopaſſinij Ducis Exercituum 772.
Koreßbach Canonici Cracouienſis 35.
Korecij Bellatoris 503.
Korecij Caſtellani Volyniæ 504.
Korecia Leßczynij vxoris 325.
Korycinski Secretarij 130.
Koricinorum Equitum 207.
Koricinski Caſtellani Oſwiecimenſis 797.
Kormiakt Equitis 568.
Kormicij Comitis 818.
Kormiakt eius filij 569.
Koryzna Canonici Vilnenſis 226.
Koſcielecki Caſtellani Voynicenſis 39.
Koſcielecki Epiſcopi Poſnanienſis 445.
Koſkowſki Canonici Vladislauienſis 408.
Koſkowij Cuſtodis Vladislauienſis 410.
Kojinski Officialis Plocenſis 708.
Koſſobucij Palatinidæ Maſouiæ 260.
Koſſ Equitis 341.
Koſſ Abbatis Poplinenſis 342.
Koſſacki Decani Varſauienſis 256.
Koſten Seruitoris Bonæ Reginæ 116.
Koßycki Ciuis Caſimirienſis 206.
Koſucka Nobilis Matronæ 416.
Kotficzowa Matronæ Nobilis 659.
Kotwicz Archidiaconi Poſnanienſis 559.
Kowalski Equitis 549.
Kowalonski Equitis 230.
Kownacki Decani Omnium SS. Crac. 66.
Kozieromski Equitis 601.
Klobukowski Equitis 537.
Kłodzinski Caſtellani Viſſogrodienſis 272.
Kłoczko Capitanei Samogitiæ 224.
Klophas Equitis 590.
Krolicij Confeſſarij Virginum Deodicatarum 59.
Kroczewski Canonici Plocenſis 246.
Krofnowski Venatoris Sochaczouienſis 691.
Kroczewski Canonici Plocenſis 701.
Krupſciæ Ciuis Cracouienſis 108.

INDEX

Kucborſki Canonici Cracouienſis 35.
Kuczkowſki Equitis 676.
Kuczkowſki Salinarum Præfecti 152.
Kuntz Ciuis Clepardienſis 172.
Kurozwanki filio Palatini Sendomirien. 42.
Kulinſki Conſulis Varſauienſis 251.
Kula Equitis 137.
Kuninſki Scholaſtici Poſnanienſis 452.
Kurozwankiæ Matronæ Illuſtres 473.
Kurozwanki Epiſcopi Vladislauienſis 410.
Kußewſki Notarij Caſtrenſis Zytomirien. 738.
Kuſouij Canonici Tarnouienſis 648.
Krucka Matronæ Nobilis 135.
Krukiewnicki Equitis 588.
Krupka Præpoſiti Vielicenſis 413.
Krupecki Patricij Cracouienſis 117.

L.

Lacki Equitis 538.
Lacki Samogitiæ Capitanei 306.
Lacki Canonici Caliſſienſis 548.
Lacki Canonici Poſnanienſis 450.
Lacki Prætoris Andreouienſis 611.
Laczynſki Vice-Zupparij Ilkuſſien. 617.
Lahme Ciuis Lubauienſis 626.
Lanieri Ciuis & Aurifabri Cracouienſis 65.
Lancki Canonici Cracouienſis 35.
Lanckoronſki Tribuni Equitum 511.
Lanckorunſcij Palatini Podoliæ 289
Langæ Virginis 127.
Lange Ciuis Leopolienſis 286.
Lanſki Suffraganei Vladislauienſis 407.
Laſkawſki Equitis 535.
Laſki Archiepiſcopi Gneſnenſis 552.
Laſki Palatini Siradienſis 554.
Laſki filij Waywodæ Tranſyluaniæ 554.
Laſki Cuſtodis Gneſnenſis 558.
Laſicki Ciuis Cracouienſis 210.
Laſouski Caſtellani Czernenſis 267.
Latoßynſki Equitis 420
Latoßynſki Pocillatoris Cracouienſis 138.
Layßczewſka Matronæ Illuſtris 547.
Layßczewſka Matronæ Nobilis 691.
Lazouij Philoſophi 190.
Legartowicz Ciuis Vilnenſis 236.
Ledzki Equitis 717.
Ledzki Cohortis Præfecti 720
Ledzki Aulici Regij 722.
Lekawſki Conſulis Premislienſis 594.
Lempicki Abbatis Lubinenſis 26
Lencuij Philoſophiæ Doctoris 71.
Leobonek Patricij Cracouienſis 622.
Leopoldowicz Canonici & Officialis Sendom. 668
Leopolitæ ex Ord: Prædic: Magni Concionatoris 434.
Leoniceni Atheſtini Medici 437.
Leopolienſis Concionatoris 112.
Leßczynij Palatini Belzenſis 333.
Leſiczynij Palatini Breſtenſis 322.
Leſiczynij Epiſcopi Plocenſes 804.
Leſnowſka Matronæ Nobilis 643.
Leſnowſki Archidiaconi Gneſnenſis 561.
Leſnowſki Caſtellani Czechouien. 441.
Leſnowolſki Cubicularij Regij 266.
Lezynſki Senatoris Lublinenſis 736.
Liechanſki Conſulis Lublinenſis 726.
Lieſnowſki Equitis 729.
Lettau Parochi Roſenbergenſis 344.
Lidzbinſki Canonici S. Georgij 66.
Ligeza Studioſi 137.
Ligeza Pocillatoris Regni 277.
Ligeza Archiepiſcopi Leopolienſis 303.
Ligeza Caſtellani Viſlicienſis 660.
Ligezarum imagines 440.
Lincopenſis Epiſcopi 712.
Lindanorum Sepulchrum Torunij 386.
Lindener Medici & Canonici Vladislauien. 469.
Lindeneri Conſulis Poſnanienſis 471.
Liſkouicienſis Palatij inſcriptio 708.
Lindormij Sueci 80.
Lipſka Nobilis Matronæ 198.
Lipowſki Equitis 512.
Lipno Præcentoris Eccleſiæ Poſnanienſis 457.
Lipſki Epiſcopi imago 77.
Lipſki Equitis 97.
Lipnicæ Viri Sancti 165.
Lipſki Militis 80.
Lipſki Epiſcopi Cracouienſis 49.
Lipſki Equitis 693.
Lipſki Archiepiſcopi Gneſnenſis 688.
Lipſki Canonici Gneſnenſis 771.
Lipſki Equitis 772.
Liſicki Ciuis Caſimirienſis 202.
Liſiecki Equitis 55.
Linſki Vice-Aduocati Petricouienſis 604.
Lyczko Præpoſiti Tarnouienſis 647.
Lyczko Equitis 665.
Lyſakowſki Canonici Varmienſis 385.
Lobmageri Cubicularii Reginæ 263.
Lobuuaſſeri Iuriſconſulti 360.
Lodzia Canonici Pilcenſis 556.
Lodzynſki Equitis 303.
Lodwigowa Ciuis Cracouienſis 126.
Lombardi Florentini 135.
Lorkowic Ciuis Ilkuſſienſis 617.
Loter Ciuis Cracouienſis 111.
Louicienſis Areis inſcriptiones 699.
Lubienſki Equitis 512.
Lubienſki Archiepiſcopi Gneſnenſis 565.
Lubienſki Epiſcopi Plocenſis 705.
Lubomirſciæ Cœnobium Virginum 126.
Lubomirſki Caſtellani Woynicenſis 142.
Lubomirſki Capitanei Dobczycenſis 139.
Lubomirſki Capitanei Sanocenſis 532.
Lubomirſki Palatini Cracouienſis 658.
Lubranſki Epiſcopi Poſnanienſis 446.
Lubarth Canonici Gutſtaten. 96.
Lubarthi Theologi 175.
Lubecki Conſulis Pilznenſis 416.
Lubek Conſulis Premyslienſis 593.
Lubranſki Burgrabij Petricouienſis 594.
Lucij Secretarij Regij 710.
Ludouicæ Matthiæ ſanctitate illuſtris 815.

Lugowska Nobilis Matronæ 163.
Lugowski Equitis 164.
Lugowski Notarij Terræ Cracouiensis 166.
Lugowski Præpositi Miechouiensis 199.
Lugowsk. Telonorum Præfecti 513.
Lugowski Archidiaconi Louiciensis 690.
Lutomirski Castellani Czechouien. F. 81.

M.

Macieiowski Episcopi Cracouiensis. 49.
Macieiowski Cardinalis 54.
Macieiowski Episcopi imago 74.
Macieiowski Cardinalis imago 76.
Macieiowska coniugis Castellani Lublinensis 269.
Maciążek Custod: Vniouiensis 714.
Madrowio Consul Leopoliensis 282.
Magdalenski Equitis 282.
Magdaliński Equitis 573.
Magdalenska Sanctimonialis Ołobocensis 711.
Makouiecz Canonici Regularis 540.
Makowski Abbatis Andrecouiensis 615.
Małachowski Suffraganei Cracouiensis 151.
Maleßowski Nobilis 132.
Małoklecki Canonici Gnesnensis 688.
Malißewski Abbatis S. Crucis 630.
Marcinouii Concionatoris Tarnouiensis 652.
Marchocka Nobilis matrona 422.
Marchocki Capitanei Czchouiensis 60.
Marcinii Theologi 170.
Mariæ Infantis Poloniæ 254.
Marii Itali 112.
Markußewski Equitis 774.
Marsii Medici 573.
Mauricii Archidiaconi Curelouiensis 610.
Mayj Equitis 539.
Mazi Equitis 210.
Manczynski Ciuis Cracouiensis 67.
Mdzewski Canonici Płocensis 703.
Mszczonis Regiensis Presbyteri 72.
Metelli Pœnitentiarii 71.
Mężynski Ciuis Cracouiensis 78.
Mężyk Custodis Tarnouiensis 648.
Mielecki Equitis 102.
Miaskowski Suffraganei Vladislauiensis 401.
Milowski Adolescentis 412.
Michałouicii Ciuis Cracouiensis 690.
Sancti Michaelis Gedrucii 210.
Michałowii Castellani Cracouiensis 788.
Miechouitæ Canonici Cracouiensis fol. 24.
Miklaßewski Equitis 555.
Miłzecki infantuli 64.
Milewski Ciuis Leopoliensis 293.
Miłkowski Equitis 801.
Milonii Officialis Dantiscani 240.
Minorowa Nobilis matronæ 138.
Minocki Equitis 716.
Minski Cancellarii Regni 805.
Minoris Equitis 612.
Mielinski Canonici Gnesnensis 560.
Mireski Ciuis Varsauiensis 265.
Mirzyn Vicecustodis Cracouiensis 34.
Mießkowski Officialis Generalis Premislienſis 572.
Misner Ciuis Ilcusiensis 619.
Manczynski Pharmacop. 124.
Maczynska Ciuis Cracouiensis 114.
Młodzianowski Ciuis Cracouiensis 68.
Młodzieiowski infantuli 85.
Mleczko Capitanei Mielnicensis 720.
Mniewski Equitis 736.
Mnißek Archicamerarii Regni 540.
Modlißewski Culinæ Regiæ Præfecti 249.
Modlißewski Castellani Malogostensis 709.
Modlicki Ciuis Cracouiensis 99.
Modlißewski Equitis 679.
Mocarski Equestris Cohortis Ductor 730.
Mochingeri Medici Torunensis 386.
Mochingeri Assessoris Iudicii Culmensis 388.
Mochingeri Adolescentis 389.
Mogilnicki militis 79.
Możronowska Matronæ nobilis 409.
Moledzyna matronæ nobilis 512.
Montani Medici & Canonici Cracouiensis 43.
Montelupi Florentini 113.
Montelupi Postæ Præfecti 113.
Montani iuuenis 674.
Morawiec Equitis 662.
Moreski Canonici Posnanensis 463.
Morawicki Equitis 270.
Morecki Medici Filiæ 113.
Morendæ Parochi Kantensis 129.
Moricoui Lucensis 263.
Morlini Præsulis Sambiensis 370.
Morski Abbatis Sandecensis 157.
Mortęwski Palatini Culmensis 623.
Mosciska Pœnitentiarii Posnanensis 459.
Mostcki Ciuis Leopoliensis 285.
Mosskorzonski Castellani Vislicensis 31.
Mozgawa Equitis 739.
Mrowinski Consulis Casimirensis 203.
Mrozei Canonici Varsauiensis 253.
Mruczynski Equitis 785.
Mstkonski Canonici Cracouiensis 27.
Muccii a Muchendorf Silesii 388.
Muccii Adolescentis 389.
Mucharski Ciuis Iaroslauiensis 436.
Mucharski Custodis Iaroslauiensis 436.
Muscata Episcopi Cracouiensis 685.
Muscenii Canonici Cracouiensis 173.
Murii Nobilis Galli 73.
Mycielski Equitis 548.
Myßkowski Marschalci Regni 323.
Myßkowski Episcopi Cracouiensis 144.
Myßkowski Iuuenis 253.
Myßkowski Archidiaconi Cracouiensis 34.
Myßkowski Episcopi Cracouiensis imago 75.
Myßczynski Episcopi Margaritensis 770.
Myßczanka matronæ illustris 525.
Myntzer Parochi Lubauiensis 625.

N.

Naborowski Equitis 673.
Nagorski Capitanei Garuolienſis 249.

INDEX

Nagoth Seniorū Conſulū Cracouienſis 116.
Nakielſki Præpoſiti S. Hedwigis 516
Nan Ciuis Lubauienſis 625
Naporkowſki Ciuis Vilnenſis 223
Narbut Equitis 814
Naropieſki Scholaſtici Cracouienſis 33
Naruiowſki Tribuni Militarū 501.
Naruſzewicia Caſtellan: 222
Naruſzewiciæ illuſtris matronæ 460.
Naymani Canonici Cracouienſis 41
Naymani filiorum 18.
Nenchen ciuis Lubauienſis 625.
Nenchen Proconſulis Lubauienſis 626
Neruicij Concionatoris Regij 174.
Neyßeri Torunenſis 387.
Nieborſki Suffraganei Vilnenſis 226.
Niebrzecki Conſulis Sendomirienſis 670
Niconitij Dalmatæ 128.
Niedobuſzki Plebani Seborzyenſis 617
Nimitz Ciuis Regiomontani 365.
Nintewſki Equitis 551.
Niemczynowic Canonici Vilnenſis 378.
Niemoiewſki Equitis 346.
Niklaßowſki Medici 209
Nißczycki Cancellarij Płocenſis 707.
Nietuchowſki Equitis 462
Niewiarowſki Equitis 798
Niewiarowſki Canonici Cracouienſis fol. 33
Niewiarowſki Adoleſcentis 136
Nizenſki Præpoſiti Varſauienſis 246.
Noch viri nobilis 243
Noſkowſki Epiſcopi Płocenſis 772
Noſurzewſki Canonici Cracouienſis 48
Nouicampiani Præceptoris Regis Vngariæ 135
Nowakowic Præpoſiti Hoſpitalis Croſnenſis 431
Nowodworſki Epiſcopi Poſnanienſis 446
Nowodworſki Equitis Melitenſis 775
Nucer Florentini 263
Nucerini Concionatoris 103

O.

OBłamkowicz Vicarij Sendomirienſis 666.
Oborſki Equitis 723.
Oborſki Suffraganei Cracouienſis 20
Oczko Medici Regij 724.
Ocieſki filij Caſtellani Biecenſis 131.
Ocieſki filij Cancellarij Regni 151
Odrowąſz Epiſcopi Cracouienſis 486
Odrowąſz Palatini Ruſſiæ 487.
Odrowąſz Palatini Præfecti Leopolienſis 487
Odrowąſz Archiepiſcopi Gneſnenſis 488
Odrowąſia matronæ 488
Odrowąſz Epiſcopi Cracouienſis 143.
Odrzywolſki Præfecti Zydaczouienſis 755
Ogonowſki Equitis 205
Ogilbei Scoti 309
Olai Algini Sueci 225.
Oleſnicki Epiſcopi Poſnanienſis 458
Oleſnicki Palatini Sandomirienſis 627.
Oleſnicki alterius Palatini Sandomirienſis 628.
Oleſnicki Palatini Lublinenſis 642.
Oleſnicki Adoleſcentis 642.
Oleſnicki Cardinalis 771.
Oleſnicka matronæ illuſtris 629.
Oleſnickij Archiepiſcopi Gneſnenſis 559.
Oleſki Capitanei Camenecenſis 451.
Oleſnicka vxoris Vladkonis Palatini Belzenſis 294.
Olſanenſis Ducis Epiſcopi Vilnenſis 222.
Olßewſki Aulici Regij 100.
Olelkouicia Ducissæ Słucenſis 765.
Opacki iuuenis nobilis 762.
Opalinſki Epiſcopi Poſnanienſis 443.
Opalinſka matronæ illuſtris 415.
Opaliny in Coſten 507.
Opatouij Theologi 192.
Opoczno Medici vxori 96.
Organiſtæ Eccleſiæ Cathedralis Cracouienſis 141.
Orlik Militis Hieroſolymitani 156.
Orczynſki Equitis 414.
Orlik Pœnitentiarij Poſnanienſis 448.
Orłowſki Equitis 668.
Orlik Saltina: Ruſſiæ Præfecti 149.
Orzechowſki Equitis 696.
Oßiakowſki Equitis 259.
Oſſolinſki Capitanei Zydacouienſis 299.
Oſſolinſka Palatini Podlachiæ vxoris 263.
Oſſolinij Cancellarij Regni 320.
Oſſolinij Palatini Sendomirienſis 321.
Oſſolinſki Præfecti Krzeßouienſis 788.
Oſſorij Oliuenſis inſcriptio 342.
Oſtrorogei Palatini Poſnanienſis 504.
Oſtrorogei ad Varnam occiſi 505.
Oſtrorogei Palatini Caliſſienſis 505.
Oſtrorogei Caſtellani Medirecenſis 506.
Oſtrorogei Caſtellani Caliſſienſis 506.
Oſtrogij Ducis 644.
Oſtrowſki Eloquentiæ Profeſſoris 185.
Oſtrowſki Canonici Cracouienſis 20.
Oſtrowſki Bibliopolæ Cracouienſis 129.
Oſtromiecki Equitis 387.
Oſtromecki Adoleſcentis 400.
Oſtrouſki Moſtenſis Capitanei 570.
Oſwiecimowna virginis 426.
Ouidij Naſonis 504.

P.

PAc Dapiferi Lituaniæ 773.
Pacij Vexillifers Lituaniæ 216.
Paczyńſki Equitis 644.
Padnieuij Epiſcopi Cracouienſis 44.
Padnieuij Epiſcopi Cracouienſis imago 74.
Padnieńſki Equitis 554.
Padnieńſki Capitanei Dybouienſis 555.
Palmerij Vicedecani Opatouienſis 511.
Pampowſki Palatini Stradienſis 507.
Panis in lapidem conuerſio 343.
Papłowſki Officialis Lancicienſis 716.
Paprocij Notarij 401.
Paruſien Canonici Poſnanienſis 444.
Parznieńſki Præfecturæ Brodnicen: Adminiſtr: 248.
Paſchonſki Equitis 655.
Paſek Canonici Cracouienſis 55.

Paſiecka Matronæ nobilis 627.
Patrni Bibliopolæ Poſnanienſis 472.
Paulini Præpoſiti S. Nicolai 182.
Pawłowſki Notarij Caſtrenſis Biecenſis 665.
Pawłowſki Equitis 299.
Piaſecki Epiſcopi Premislienſis 685.
Piaſecno Sacriſtæ Radomienſis 678.
Piaſkowſki Equitis 641.
Pikarſki Cancellarij Vladislauienſis 406.
Pikarſki Archidiaconi Płocenſis 245.
Pikarſki Canonici Vilnenſis 245.
Pipani Phyſici 121.
Pipani Pharmacopæi 111.
Piatek Præbendarij Rorant: 56.
Piramſki Suffraganei Leopolienſis 278
Płaza Præfecti Brzeznicenſis 92.
Pradzewſki Canonici Gneſnenſis 461.
Poradowſki Equitis 588.
Pratis Ciuis Torunenſis 391.
Prandotæ Epiſcopi Cracouienſis 41.
Ptaßynſki Capitanei Cracouienſis Notarij 57.
Pęgowſki Equitis 157.
Pękala Ciuis Ilcuſſienſis 620
Pellionum Capellæ Leopoli inſcriptio 283.
Penatij Scholæ Leopolienſis Rectoru 291.
Perusius Ciuis Cracouienſis 69.
Peſſoriæ Virginis Monialis 381.
Peſſerij Sacerdotis 385.
Petricij Medici 82
Petricouij Typographi. 133
Petricouij Iuris Doctoris 134.
Petricouij Medici 438
Petri Prioris Auguſtinianorum 205.
Pieniążek Capitanei Vendenſis 786.
Pieniążkowna nobilis matronæ 128.
Pieniążek Iudicis Terreſtris Cracouienſis 786.
Pießkowcowa Ciuis Cracouienſis 81.
Plemięcki Equitis 397.
Præclaudi Præpoſiti S. Nicolai 181.
Prætocki Arcis Vilnenſis Præfecti 230.
Pretficij Palatini Podoliæ 758.
Preuck Canonici Varmienſis 339.
Prey Pannonij 358.
Przeborowſki Canonici Poſnanienſis 460.
Przedpełki Canonici Płocenſis 708
Przecißewſki Canonici Poſnanienſis 459
Przerębſki Archiepiſcopi Gneſnenſis 687.
Przerambſki Epiſcopi Vladislauienſis 419.
Przerompczyc Epiſcopi Vladislauienſis 402.
Piletiæ Eliſabethæ vxoris Iagel: Regis 20.
Pilichowſki Epiſcopi Chelmenſis 269.
Pilecki Capitanei Lublinenſis 555.
Piltowſki Scholaſtici Opatouienſis 510.
Pinderowic Studioſi 663.
Piotrowſki Equitis Maſouiæ 587.
Piotrowſki Notarij Terreſtris Poſnanienſis 464.
Piotrouinij Equitis bis mortui 319
Piotrouicki Theologi 186.
Piotrouicij Canonici Cracouienſis 54.
Pirneſij Medici Filiæ 397.
Pyeca Sculteti 86.

Pyſnikowſki Vicarij Viazdouienſis 247.
Pociey Metropolitæ Kiouienſis 767.
Podgorſki Theſaurarij Reginæ Annæ 252.
Podleſki Equitis 671.
Podoſki Præpoſiti Gneſnenſis 31.
Połubienſki Equitis 532.
Popławſki Equitis 514.
Pomorſki Canonici Vladislauienſis 406.
Pontificij Phyſici 55.
Poniatowſki Equitis 735.
Popowſki Canonici Poſnanienſis 457.
Ponetowſki Equitis 806.
Poniatowſki Vice-Capitanei Lublinenſis 722.
Porębij Canonici S. Floriani 193.
Porębij Ciuis Cracouienſis 211.
Porębſki Cantoris Cracouienſis 21.
Portij Scoti Ciuis Croſnenſis 429.
Poſnanienſis Phyſici Regij 52.
Poſnaniensis Medici 57.
Potociæ Radiuili Vxoris 275.
Potocki Equitis 492.
Potocki Succamerarij Halicienſis 492.
Potocki Vexilliferi Camenecenſis 493.
Potocki Rotmagiſtri 493.
Potocki Chmielnicenſis Præfecti 494.
Potocki Palatini Braclauienſis 494.
Potocki Palatini & Notarij Campeſtris 495.
Potocki Adoleſcentis 495.
Potocki Militis 495.
Potocki Præfecti Sniatinenſis 496.
Potocki Tribuni militaris 496.
Potocki Adoleſcentis 596.
Potocki Equitis 599.
Powſiniæ matris Abbatis 66.
Powodowſki Archipreſbyteri Cracouienſis 110.
Powodowſki Canonici Gneſnenſis 461.
Powodowſki Equitis 462.
Powodowſka matronæ nobilis 462.
Powſinſki Abbatis Andreouienſis 616.
Eiuſdem Abbatis Andreouienſis 815.
Płocenſis Archidiaconi Kurzelouienſis 167.
Promienſki militum Ductoris 794.
Procopij Rutheni Epiſcopi Cracouienſis 29.
Prochnicki Archiepiſcopi Leopolienſis 277.
Prouanæ Salinarum Præfecti 156.
Proboßouice Doctoris Theologiæ 168.
Proſtinſki Equitis 434.
Promnicki Regij Secretarij 680.
Prouana Equitis 770.
Przybyło Conſulis Caſimirienſis 385
Przeyrzałowicij I. V. Doctoris 162.
Przyemſki Succamerarij Caliſſienſis 309.
Przerębſki Vexilliferi Siradienſis filij 603.
Przerambſki Caſtellani Lancicienſis 595.
Przerębſki Præpoſiti Cracouienſis 42.
Przyłecki Caſtellani Oſwiecimenſis 84.
Przyłecki Equitis 89.
Pſtrokonſcij Epiſcopi Vladislauienſis 403.
Pßonka Canonici Vladislauienſis 110.
Puczek Proconſulis Clepardienſis 173.
Pułtowſki Præpoſiti S. Nicolai 179.

INDEX

Pugal Scabini Cazimirienſis 202.
Pukarzewſki ſtudioſi 90.
Pukarzewſki Equitis 601

R.

Radomyſki Ciuis Cracouienſis 79.
Radkieymerij Equitis 372.
Racki Viri Nobilis 795.
Racki Præpoſiti Miechouienſis 515.
Raciborowſka Matrona Nobilis 655.
Racouienſis Templi inſcriptio 679.
Radiuilli Equitis Melitenſis 817.
Radiuilli Cardinalis imago 75
Radiuilli Cardinalis Epitaphium 213.
Radiuilli Epiſcopi Vilnenſis 214.
Radiuilli Inciſoris M. D. Lituaniæ 215.
Radiuilli Caſtellani Troceuſis 217
Radiuilli Marſchalci Lituaniæ 218.
Radiuilli Archicancellarij Lituaniæ 219.
Radiuilli Samogitiæ Capitanei 234.
Radiuilli Equitis S. Sepulchri 240.
Radiuilli Adoleſcentis 241.
Radiuilli infantis 242.
Radiuilli Imperatoris Exercitus 307.
Radiuilli Palatini Vilnenſis 312
Radiuilli Ducis 311.
Radiuilli Cardinalis iterum 508.
Radiuilli pueri 527.
Radiuilli infantis 527.
Radiuilli alterius infantis 528.
Radiuillorum imagines 529.
Radzewo Vice-Decani Vilnenſis. 222
Radziminſki Caſtrorum Poloniæ Præfecti 257.
Radzymińſki Capitanei Liuenſis 265.
Radzyminiæ vxoris Palatini Podlachiæ 323.
Radzyminſki Epiſcopi Plocenſis 779.
Raffalowicz Præpoſiti Iaroſlauienſis 457.
Raczuſki Vice-Scholaſtici Opatouienſis 509.
Raiecki Canonici Opatouienſis 510.
Radoſtowſki Equitis 626.
Radoſtowſki Epiſcopi Kiouienſis 628.
Eiuſdem 764.
Radlinſki Conſulis Tarnouienſis 650.
Radlice Epiſcopi Cracouienſis 19.
De Radicibus Ciuis Cracouienſis 64.
Radoſcij Iuris Licentiati 145.
Raczkowſki Equitis 154.
Rakowſka Equitis 164.
Rawiecki Ciuis Cracouienſis 128.
Radoſcuij Studioſi 188
Rakowſki Palatini Vitebſcen. 221.
Rakowſki Caſtellani Viſnenſis 221.
Rautenberg Officialis Camenenſis 344.
Rauenwalt Burgrabij Gedanenſis 348.
Rami Grammatici 349.
Ramſouuij Stigarij Vielicenſis 414.
Renczyńſki Archidiaconi Cracouienſis 32.
Reychel Ciuis Cracouienſis 59.
Reychelowa Matronæ Cracouienſis 121.
Reychelı Equitis 107.
Remer Equitis 125.
Reymecij Iuriſperiti Regiomontani 367.
Reliquiarum Capella 295.
Reſka Medici Poſnanienſis 472.
Rembelinſki Canonici Gneſnenſis 560.
Rzecki Burgrabij Cracouienſis 198.
Rybkowicz Theologi 181.
Ryſſki Equitis 801.
Rydowſka Matronæ Poſnanienſis 452.
Rydzyńſki Comitis de Werbena 458.
Rychłowſki Capitanei Slaucouień. 91.
Ryſkowſki Archidiaconi Vilnenſis 224.
Rogozyńſki Succamerarij Siradienſis 35.
Rogouij Abbatis Sieciechouienſis 758.
Rogowſka Matronæ Nobilis 630.
Rogalinſki Equitis 465.
Rogaczewſki Archidiaconi Vladislauień. 503.
Rochi Theologi 196.
Rochi S. inſcriptio 209.
Rochi Pœnitentiarij Poſnanienſis 458.
Rochi Pœnitentiarij Cracouienſis. 59.
Rokoſs Equitis 780.
Rokitno Mathematici Cracouienſis 619.
Roſtkouij Archidiaconi Pomeraniæ 402.
Roſzkowic Medici Cracouienſis 68.
Roſewſki Equitis 424.
Rottermundt Ciuis Cracouienſis 113.
Rothi Legum Doctoris 308.
Romatowſki Scabini Cracouienſis 134.
Roſcilij Itali de Obſeruantia 162.
Rokitnenſis Aſtrologi 187.
Rozmij Ducis bellicoſiſſimi 789.
Rozycki Canonici Cracouienſis ~~608.~~ 62.
Rozycki Equitis 55.
Rozycki Ciuis Clepardienſis 178.
Roznazewſki Epiſcopi Vladislauienſis 808.
Eiuſdem 407.
Rozrazewſki Præfecti Lancicienſis 229.
Rozrazewſki Subdapiferi Poſnanienſis 453.
Rozrazewſki Inciſoris S. R M. 546.
Roznowſki Canonici Cracouienſis 50.
Rozarij Iureconſulti 255.
Rudzki Canonici Cracouienſis 30.
Rudnicki Epiſcopi Varmienſis 384.
Eiuſdem 489.
Rudnicki Canonici Poſnanienſis 448.
Rudnicki Caſtellani Siradienſis 488.
Rudnicki Equitis 489.
Rudnicki Cuſtodis Gneſnenſis 560.
Rudawſki Notarij Decretorum 264.
Rudomina Caſtellani Nowogrodenſis 234.
Rumienko Ciuis Cracouienſis 68.
Rupinſka Conſulis Iaroslauienſis 591.
Eiuſdem 479.
Ruſnicki Scholaſtici Poſnanienſis 459.
Ruſiecka Nobilis Matronæ 738.
Ruſiecki Theſaurarij Terræ Varſauienſis 266.
Ruſocki Equitis 205.
Ruſinowſki Equitis 400.

S.

Sabini Regiomontani 359.
Sabini Phyſici Regij 29.

Sabini

VIRORVM.

Sabini Medici 162.
Sacken Cubicularij Regij 387.
Sacrani Canonici Cracouiensis 47.
Sadorski Secretarij Regij 384.
Saluatoris verba ad fideles 375.
Samboritani Poeta 751.
Samotulij Præcentoris Eccleſiæ Poſnanienſis 461.
Samotulij Caſtellani Poſnanienſis 473.
Samotulij Ducis Exercituum 474.
Samotulij Caſtellani Miedzyreceń. 474.
Sanctæ Salomeæ Reginæ Galatiæ 101.
Sancti Stanislai 1.
Sanguſci Palatini Bractauienſis 787.
Sapelij Canonici Cracouienſis 47.
Sapieha Marſchalci Supremi Lithuaniæ 257.
Sapieha Ducis belli 238.
Sapieha Notarij M. D. L. 238.
Sapiehæ Pincernæ M. D. L. 87.
Sapiehæ Dapiferi M. D. L. 807.
Sapieha Marſchalci Supremi Lituaniæ 774.
Sapieha Equitis 774.
Sapiczyna Illuſtris Matronæ 753.
Sarnowſki Canonici Cracouienſis 43.
Sartoris Caſimirienſis 202.
Satnani Medici 46.
Sawicki Archidiaconi Albæ Ruſſiæ 217
Saxi Iudicis Fraſtadienſis 383.
Sbaſki Præpoſiti Cracouienſis 33.
Sbaſki Equitis 326.
Skarzeſſouienſis Præpoſiti Lezayſcen. 313.
Schachmann Ciuis Gedanenſis 353.
Schadek Canonici Cracouienſis 40.
Schadek Studioſi Cracouienſis 129.
Schampach Comitis 88.
Szczawinſki Caſtellani Cuiauienſis 714.
Szczawinſki Palatini Breſtenſis 714.
Szczawinſki Caſtellani Breſtenſis 715.
Szczawinſki Equitis 750
Skalſki Militis 79.
Skalſki Canonici Płocenſis 705.
Skarzeßouij Decani Cracouienſis 793.
Skarmirſcij Ciuis Vielicen. 413
Skarga Ciuis Cracouienſis 109.
Skarßewſki Scholaſtici Cracouienſis 49
Skarßewſki Canonici Cracouienſis 19.
Szlachetka Plebani Slawkouienſis 71.
Slawogorſki Cancellarij Eccleſiæ Płocenſis 706.
Slakowſki Equitis 166.
Smalo Scabini Cracouienſis 121.
Splawſki Equitis 810.
Smehurowicz Conſulis Tarnouienſis 650.
Stadnicki Equitis 802.
Stadnicki Palatinidæ Belzenſis 567.
Stadnicki de Lancut 783.
Stadnicki Capitanei Sanocenſis 566.
Stadnicki Equitis 577.
Stadnicki Palatinidæ Belzenſis 578.
Stadnicki Equitis 148.
Szamontecenſis Monaſterij fundatio 660.
Szaniki. wicz Equitis 671.
Staniſlawſki Theſaurarij Regni 496.
Staniſlawſki Capitanei Szydłouienſis 497.
Stanislai Caſimiritani Can: Regul. Beati 200.
Starzechowſki Archiepiſcopi Leopolien. 276.
Starowolſki Equitis 310.
Stawowicz Sculptoris 179.
Stawiſka Matronæ Nobilis 684.
Starſki Equitis 100.
Staroſtkowic Vice-Cuſtodis Sendomirien. 672.
Staręſki Canonici Cracouienſis 810.
Staßowſki Equitis 513.
Swantopelci Principis Poloniæ 335.
Szablowſki Pharmacopolæ 197.
Szadek Theologi 191.
Szamoßowſki Equitis 674.
Starzechowſki Palatini Belzenſis 776.
Straß Secretarij 791.
Sbylutæ Epiſcopi Vladislauienſis 410.
Schegelis Medici 290.
Schilling Præpoſiti Vladislauienſis 36.
Schilingowna Ciuis Cracouienſis 118.
Scholcz Conſulis Leopolienſis 281.
Schminert Ciuis Regiomontani 366.
Schonbergeri Artium Magiſtri 372.
Scripij Dantiſcani 363.
Schonei Theologi 176.
Sczerbic Præpoſiti Sandomirienſis 149.
Sczeſna Ciuis Clepardienſis 172.
Sczoniecki Equitis 466.
Secij Foroiulienſis 73.
Sedlij Halenſis 357.
Seligij Medici 253.
Selingij Canonici Cracouienſis 20.
Sembek Secretarij Regij 123.
Serdel Medici Poſnanienſis 403.
Serebriſki Canonici Cracouienſis 53.
Seredi matronæ illuſtris 645.
Seuę Galli Præpoſiti Laſcenſis 553.
Siemek filiæ 66.
Sienuſowſki Capitanei Leopolienſis 278.
Sieniawſki Pocillatoris Regni 480.
Sieniawſki Adoleſcentis 481.
Sieniawſki Signiferi Regni 483.
Sieniawſki Palatini Ruſſiæ 483.
Sieniawſki Equitis 484.
Sieniawſki Pocillatoris Rathnenſis Præfecti 485.
Sienicki Equitis 315.
Sienenſki Archiepiſcopi Leopolienſis 280.
Sierpſcy S. T. Sententiarij 194.
Sieniakowſki Caſtellani Cruſuicienſis 779.
Siezakowſki Palatini Lancicienſis 778.
Eiuſdem Palatini Lancicienſis 712.
Sielnicki Equitis 723.
Sieniuta Equitis 732.
Sierpſki Palatini Rauenſis 701.
Sienno Archiepiſcopi Gneſnenſis 562.
Siedlecki Equitis 596.
Sieneńſki Camerarij Sandomirienſis 426.
Sleßkowſki Medici 551.
Sleſzyński Tribuni Goſtinenſis 692.
Snecbergeri Tigurini 107.
Sleſki Præpoſiti Viſnicenſis 208.

Srzedzin-

INDEX

Srzedzinſki Equitis 773.
Srzedzinſki Equitis 484.
Srzedzinſki Iuuenis 434.
Sregocki Equitis 734.
Srzenſki Equitis 490.
Srzenſki Palatini Plocenſis 490.
Stepkowſki Venatoris Goſtinenſis 694.
Stepkowſki Pocillatoris Goſtinenſis 695.
Szeliger Adoleſcentis Leopolienſis 757.
Stephani Patriarchæ Maioris Armeniæ 300.
Stephani Batorei Regis Poloniæ 17.
Stenzycenſis Canonici Cracouienſis 25.
Stenzycenſis Iuuenis 664.
Stephani Canonici Sendomirienſis 195
Sidlouij Iuuenis 130.
Siferſonis Sueci 392.
Sifferti Senatoris Torunenſis 398.
Sigiſmundi I. Regis Poloniæ 5.
Sigiſmundi Auguſti 6.
Sigiſmundi Tertij 8
Sigiſmundi Caſimiri Principis 14.
Sigonij Canonici Cracouienſis 42.
Siſenberg Ciuis Vladislauienſis 349.
Sikorſki Præpoſiti Capellæ Campiani 286.
Schirchowſki Canonici Cracouienſis 44.
Skibicki Ciuis Cracouienſis 85.
Skidzinſki Canonici Cracouienſis 28.
Skidzinſki Canonici Cracouienſis 48.
Silinſkich Coniugum 76.
Simonis Simonidis 642.
Simonij Lucenſis Medici 97.
Smith Scabini Gedanenſis 358
Smieſek Ciuis Leopolienſis 283.
Smieſkonicij Medici 190.
Sliwowſki Conſulis Biecenſis 664
Swiecicki Cantoris Volborienſis 689.
Swierſczowij Caſtellani Vislicienſis 789.
Swiniarſki Canonici Vielunenſis 68.
Swiecicki Archidiaconi Vilnenſis 223.
Swietkowicz Ciuis Caſimirienſis 206.
Szydłowſki Cuſtodis Cracouienſis 25
Szydłoweckij Caſtellani Cracouienſis 41.
Szydłowiecki Cuſtodis Cracouienſis 34.
Szyßkowſki Epiſcopi Cracouienſis 30.
Szyßkowſki Epiſcopi imago 76.
Szypowſki Canonici Cracouienſis 48.
Szydłowſki Burgrabij Cracouienſis 56.
Szydłowſki filij Aulici Regij 103
Szydłowiecki Caſtellani Cracouienſis 486.
Szydłoweckij Caſtellani Cracouienſis 508.
Szmiſcij Vice-Scholaſtici Opatouienſis 510.
Szyßkouij Succamerarij Vielunenſis 545.
Szyßkouij Equitis 547
Skrzetuſki Equitis 471
Skotnicki Equitis 674.
Skrzyßewſki Vicarij Cracouienſis 57.
Skoroßewſki Equitis 195.
Skotnicki Caſtellani Polanecenſis 431.
Słonczewſki Epiſcopi Camenecenſis 499. item 515.
Słotowſki Equitis 640.
Słowak Ciuis Ilcuſſienſis 622.
Słuzka Rzeczycenſis Gubernatoris 812.
Słuzka Palatini Nouogrodenſis 780.
Słuzka Cubicularij Regij 781.
Słupcza Canonici Cracouienſis 51.
Słomniki Rorantiſtæ Cracouienſis 57.
Słowikowſki Archipresbyteri Cracouienſis 106.
Slouacij Medici & Canonici 133.
Słucenſis Ducisſæ 313.
Słuſtonſki Equitis 424.
Smolik Regij Aulici 95.
Smolenſcij Decani Curelouienſis 208.
Sobek Equitis 590.
Sobek Canonici Cracouienſis 47.
Sobek Capitanei Solecenſis 511.
Sobieſki infantis 479.
Sobocki Equitis 467.
Sobienſki Equitis 154.
Sobiegorſki Tribuni Samborienſis 581.
Sochowicz Medici Petricouienſis 604.
Sophiæ Koſmiderowa Ciuis Cracouienſis 65.
Sokołowſki Canonici Vladislauienſis 404.
Sokołowſki Archidiaconi Vladislauienſis 405.
Sokołowſki Pœnitentiarij Cracouienſis 57.
Sokołowſki Equitis 457.
Sokolnicki Equitis 578.
Solcij Medici Zamoſcenſis 640.
Solikowſki Archiepiſcopi Leopolienſis 276.
Solikowſki Equitis 794.
Sporotij Præbendarij Arcis Cracouienſis 65.
Squiernieuicienſis Palatij inſcriptio 700.
Stodicij Conſulis Poſnanienſis 450.
Stormii Ciuis Gedanenſis 351.
Stoyi Medici Regiomontani 358.
Stoiconis Præpoſiti Miechouienſis 514.
Szołdrſki Epiſcopi Poſnanienſis 447.
Szorc Equitis 233.
Szober Conſulis Cracouienſis 115.
Strzeßkowſki Equitis 556.
Struthij Medici Poſnanienſis 450.
Strzeliza Cantoris Plocenſis 249.
Stryiewicz Conſulis Premislienſis 592.
Strykouij Canonici Lancicienſis 713.
Sumienſki Equitis 105.
Suffraganeij Plocenſis 114.
Sufcij Conſulis Poſnanienſis 206.
Sulikouij Pharmacopolæ Premislienſis 593.
Swietlik Ciuis Varſauienſis 251.
Szchedel Conſulis Poſnanienſis 464.
Szomowſka matronæ nobilis 676.
Szomowſki Equitis 677.
Szpot Præpoſiti Tarnouienſis 647.
Szornel Tribuni militum 789.
Szornel Equitis 818.
Szuyſki Magni Ducis Moſchouiæ 259.
Szulc Canonici Vilnenſis 226.
Szulc Conſulis Leopolienſis 281.
Szwarcer Aurifabri 154.
Szulcowna vxoris Almpetii 290.
Sztemberk Epiſcopi Cruſuicienſis 411.
Sztokowſki Subdapiferi Lancicienſis 698.

VIRORVM.

T.

Tarnowij Comitis 37.
Tarnowij Palatini Siradienſis 329.
Tarnowy Caſtellani Cracouienſis 646
Tarnowij Caſtellani Voynicenſis 646.
Tarnowy Palatini Sendomirienſis 649
Tarnowiæ Matronæ Illuſtris 650
Tarnowſki Archiepiſcopi Gneſnenſis 688
Tarnowſki Vexilliferi Lancicienſis 690.
Tarnowij Præfecti Krepicenſis 769.
Tarło Caſtellani Sandecenſis 778
Tarło Præpoſiti Tarnouienſis 648.
Tarłownæ Virginis 649
Tarłouienſis Templi inſcriptio 533.
Tarło Archiepiſcopi Leopolienſis 280
Tamberkowa Honeſtæ Matronæ 111
Targowſka Nobilis Matronæ 141
Tangel Conſulis Cracouienſis 118.
Talducci Florentini 72.
Tauſch Conſulis Lubauienſis 625
Trebuchowſki Caſtellani Gneſnenſis 604.
Tencinij Palatini Sendomirienſis 319.
Tenczynij alterius Palatini Sendomirienſis 517.
Tencinij Succamerarij Sendomirienſis 518.
Tencinij Palatini Belzenſis 519
Tencinij Palatini Cracouienſis 520.
Tencinij Caſtellani Cracouienſis 521.
Tenczyniæ Radiuilli vxoris 218
Eiuſdem 219
Tenczyniæ vxoris Leonis Sapichæ 238.
Templi Gedanenſis inſcriptio 378
Theophanis Patriarchæ Hieroſolymorum 510.
Theophilæ Ducissæ Oſtrogienſis 625
Trepka Equitis 542.
Trepka Iudicis Cracouienſis 543.
Trepczyna Matronæ Nobilis 541.
Trepka Equitis 329.
Iudicæi Medici Torunenſis 391.
Tiſenhauſen Equitis 387.
Tylicij Epiſcopi Cracouienſis 45.
Tylicij Epiſcopi imago 76.
Tylicij Equitis 401
Tylicij Caſtellani Breſtenſis 401.
Tynecenſis Templi inſcriptio 658
Tycocmenſis Palatij inſcriptio 305.
Tyßkiewicz Marſchalci Curiæ Lithuaniæ 228
Tyßkiewicz Palatini Kiouienſis 773
Tyßkiewicz Palatini Vilnenſis 767.
Trizna Supremi Theſaurarij Lituaniæ 740.
Trizna Stzodubenſis Præfecti 147.
Trzſcinſki Archipresbyteri Cracouienſis 110.
Trzſcinſki Equitis 160.
Trzſcinſki alterius Equitis 440.
Tymrſki Equitis 676.
Tokarzewſki Equitis 588.
Tolibowſki Vexilliferi Breſtenſis 403.
Tomicij Epiſcopi Cracouienſis 21.
Troianowſki Aulici Regij 725.
Troianowſki Equitis 422.
Troianowſki alterius Equitis 594.
Troſtij Ciuis Torunenſis 398.
Troperi Theologi 167.
Tworowſki Palatini Podoliæ 491.
Tulbicij Sacerdotis 706.
Turobolſki Equitis 514.
Turobinij Iuriſconſulti 734
Turſki Equitis 271.
Turſki Præpoſiti Miechouienſis 513.
Turcij Notarij Conſiſtorialis Poſnanienſis 459.
Turzynſki Canonici Poſnanienſis 254.

V.

VByß Canonici Płocenſis 702.
Vadiani Equitis 107.
Vadowij Theologi 175.
Vchanſciani Sacelli inſcriptio 698.
Valeriani Epiſcopi Vilnenſis 216.
Valkonowij Canonici Gneſnenſis 563.
De Valentinis Præpoſiti Cracouienſis 20.
Vladislai Alti Ducis Poloniæ Monachi 816.
Vladislai IV. Regis Poloniæ 13.
Vaiſglicij Manſionarij Croſnenſis 430.
Varmiłtowij Præpoſiti Curzelouienſis 60.
Vegrinij Scholaſtici Vislicienſis 684.
Vedelicij Decretorum Doctoris 36.
Vertema Rhetij 70.
Vergilij Medici 126.
Vechneri Frauſtadienſis 377.
Vechneri vxoris 378.
Vechneri Medici 379.
Vechneri filiæ 379.
Vechneri Mercatoris 379.
Velicij Theologi 172.
Verden Ciuis Gedanenſis 356.
Vitoldi Ducis Lituaniæ 228.
Vitelly Canonici Cracouienſis 193.
Vidauij Decani S. Floriani 67.
Vislicienſis Theologi 173.
Vislicienſis Templi inſcriptio 685.
Victoris Equitis 428.
Viſtkicij Pœnitentiarij 404.
Vſtienſis Theologi 176.
Vſcienſis pueri a Iudæis trucidati 608.
Vdryckı Equitis 786.
Vdricki Suffraganei Luceorienſis 754.
Vieyſki Notarij Caſtren. Sandecen. 802.
Vieſkowic Aduocati Lezayſcenſis 434.
Volbrami Iuriſperiti 180.
Voloſſ Conſulis Caſimirienſis 201.
Volſtin Sacerdotis 471.
Vomcinij Genuenſis 73.
Vlodary Ciuis Cracouienſis 136.
Volfouicianæ Capellæ inſcriptio 291.
Volderi Stolpenſis 352.
Vxkulis Aulici Regij 392.

W.

WAcławowicz Iuriſperiti 187.
Walenſki Senatoris Lancicienſis 694.
Walkierowa Matronæ Caſimirienſis 210.
Watkanowſki Equitis 108.

INDEX

Wałaſka Honeſtæ Matronæ 117.
Waligorſki Præpoſiti Viſlicienſis 684.
Wapowſki Cantoris Cracouienſis 33
Wapowſki Decani Cracouienſis 33.
Wapowſki Dapiferi Sanocenſis 432.
Wapowſki Succamerarij Sanocenſis 433.
Wargawſki Præpoſiti Cracouienſis 36.
Warſzycki Palatini Podlachiæ 262.
Wagneri Medici Gedanenſis 355.
Waſicki Altariſtæ 285.
Waſniowſki Aduocati Opatouienſis 511.
Wawrowſki Tribuni Caliſſienſis 550.
Wawrzyto Proconſulis Petricouienſis 605.
Waglikowſki Equitis 232.
Węgierſki Equitis 549.
Weſeliny Liberi Baronis 98.
Weinreich Boruſſiæ Quæſtoris 362.
Werdermanni Conſiliarij Pruſſici 364.
Werſdorff Matronæ Nobilis 372.
Wielopolſki Aulici Regij 81.
Wielopolſki Equitis 661.
Wielowieſki Equitis 104.
Wielowſki Equitis 535.
Wieliczkæ Nobilis Matronæ 765.
Wieliczkæ alterius Matronæ 80.
Wielicki Suffraganei Vladislauienſis 408.
Wieruſki Equitis 86.
Wierſki Equitis 536.
Wierzbicki Ciuis Cracouienſis 209.
Wierzbicki Equitis 606.
Wierzbowſka Virginis deuotæ 155.
Wrzeſieńſka Nobilis Matronæ 86
Wieſiołowſki Caſtrorum Præfecti 235.
Wieſiołowſki Caſtellani Samogitiæ 305.
Wſierecz Pœnitentiarij Płocenſis 702
Weyher Erneſti 741.
Weyherowa uxoris Erneſti 742
Weyher Martini 742.
Weyher Franciſci 744.
Weyher Ioannis 745.
Weyher Epiſcopi Camenenſis 746.
Weyher Nicolai 747.
Weyher Demetrij 747.
Weyher Ludouici 748.
Weyher Melchioris 749.
Wezyk Archiepiſcopi Gneſnenſis 608.
Widawſki Equitis 598.
Wiſniowſki Equitis 102.
Wilczek Archiepiſcopi Leopolienſis 276.
Wilgoſtowſki Canonici Vladislauienſis 406.
Wildtbergeri Lincenſis 350.
Winteri Torgauienſis 363.
Wiſniowiecki Caſtellani Kiouienſis 503.
Wilerſka Canonici Tarnouienſis 648.
Witowſki Caſtellani Brzezinenſis 681.
Witowſki Magni Procuratoru Cracouienſis 165.
Wybranowſki Capitanei Zarnouecenſis 93.
Wybranowſki Aulici Regij 518.
Wybranowſki Equitis 520.
Wybranowſki alterius Equitis 533
Wybranowſki Infantis 610.
Wyſocki Abbatis Lendenſis 711.
Wyſocki Canonici Gneſnenſis 562.
Wyſocki Cantoris Poſnanienſis 461.
Wyſocki Vicarij Vladislauienſis 409.
Wygnanowſka matronæ nobilis 281.
Wyſiemierſki Officialis Premisliensis 584.
Wyleżyńſki Burgrabij Cracouienſis 203.
Wyrzykowſki Canonici Płocenſis 708.
Woczkowna honeſtæ matronæ 621.
Wolſki Officialis Biecenſis 663.
Wola Capellani Regij 171.
Wolſki Epiſcopi Vladislauienſis 257.
Wolſki Marſchalci Regni 212.
Wolfii Regiomontani 365.
Wołowicz Epiſcopi Vilnenſis 227.
Wołowicz Equitis 770.
Woiakowſki Adoleſcentis 813.
Wolenſka Monialis 208.
Włochowicz Scabini Premisliensis 592.
Woyna Epiſcopi Vilnenſis 227.
Woyna Theſaurarij Curiæ Lituaniæ 270.
Woynowſki portæ Arcis Cracouienſis cuſtodis 56.
Woykowſka matronæ nobilis 794.
Włodek Equitis 152.
Włodkowa illuſtris matronæ 294.
Wołucki Epiſcopi Vladislauienſis 403.
Wonſia Ciuis Cracouienſis 118.
Wołczyna Plebani Brzegouienſis 610.

X.

XIęſki Notarij Caſtri Cracouienſis 32.

Z.

ZAbłocki Equitis 814.
Zabawſki Equitis 415.
Zabierzowſki Camerarij Pilſnenſis 421.
Zaborowſki electi Epiſcopi Chełmenſis 144.
Zadzik Epiſcopi Cracouienſis 37.
Zadzik Epiſcopi imago 78.
Zadorſki Canonici Poſnanienſis 449.
Zagiel Præpoſiti Vilnenſis 224.
Zagorſki Medici Gneſnenſis 563.
Zalin Iureconſulti 376.
Zaiaczkowſki Archidiaconi Premisliensis 438.
Zaierſki Suffraganei Luceorienſis 754.
Zalaſowſka Ciuis Cracouienſis 116.
Zakrzewſki Equitis 737.
Zakrzewſki Medici 408.
Załoga Equitis 155.
Zakrzewſki Præpoſiti Vladislauienſis 408.
Zalewſki Archidiaconi Vilnenſis 217.
Zaleſki Referendarij Regni 49.
Zalinſki Capitanei Varſauienſis 253.
Zalinſki Equitis 806.
Zaleyſki Iudicis Vielicenſis 415.
Zaleſki Conſulis Poſnanienſis 472.
Zamoyſki Canonici Cracouienſis 25.
Zamoyſki Archiepiſcopi Leopolienſis 279.

Zamo-

VIRORVM.

Zamoscensis portæ inscriptio 635.
Zamoscensis palatij inscriptio 632.
Zamoscij Castellani Chelmensis 638.
Zamoscij Cancellarij Regni 636.
Zamoscij exercituum Generalis 636.
Zamoscij Generalis vxoris 636
Zamoscij Cancellarij vxoris 637.
Zamoscij Episcopi Chelmensis 638.
Zamoscij Episcopi Lucevrienſis 639.
Zamoscij Vexilliferi Chelmensis 637.
Zaporski Equitis 517
Zapolski Decani Premislienſis 703.
Zarski Equitis 155
Zarzecki Equitis Poloni 70.
Zaremba Capitanei Grabouienſis 272.
Zatorski Ciuis Cracouienſis 116
Zatuſſij Episcopi Cracouienſis 43.
Zawadzki Equitis 766
Zawadzki Canonici Cracouienſis 31.
Zawadzki Phyſici 127.
Zawadzki Terreſtris Siradienſis Notarij 602.
Zawisßowska virginis 222.
Zbarauij ſtabuli Præfecti 140.
Zbarauij ſtemma 152.
Zborowski Caſtellani Oſuiecimenſis 85.
Zbylitowski Equitis 196.
Zbignieuski Equitis 167.
Zbylitowski Equitis 124.
Zborowski Equitis 298.
Zdrorowski Canonici Cracouienſis fol. 19.
Zdziewoski Plebani 54.
Zbaski adoleſcentis 730.
Zborowski Equitis 668.
Zgierski Capitanei Babimoſtenſis 455.
Zdziarski Equitis 272
Zelinski Equitis 538.

Zebrzydowski Epiſcopi Cracouienſis 50.
Zebrzydowski Epiſcopi imago 78.
Zebrzidowski Palatini Cracouienſis 654.
Zebrzydowski Caſtellani Lublinenſis 657.
Zebrzydowski Enſiferi Regni 657.
Zebrzydowski 52.
Złotopolski Equitis 775.
Złotkowski Caſtellani Krzyuinenſis 710.
Zembrzuski Conſulis Varſauienſis 220
Zedzianowski Canonici Premislienſis 197.
Zmac Pœnitentiarij Cracouienſis 26.
Zmijewski Officialis Cracouienſis 25.
Ziołkowic Canonici Cracouienſis 27.
Zielogorſka Nobilis matronæ 189.
Zimorowic ſtudioſi 13.
Ziemiecki Præpoſiti Tarnoxienſis 42.
Zicłkowski Equitis 78.
Ziemba Ciuis Tarnouienſis 651.
Ziubrowic Conſul Tarnouienſis 651.
Ziemecki Scholaſtici Poſnanienſis 463.
Zizirij Canonici Vladislauienſis 405.
Zydowski Iuriſperiti 725.
Zołtowski Præfecti in Chodak 764.
Zołtowski Equitis 686.
Złkienski Palatini Braslauienſis 756.
Zołkiewski Ducis bellorum 755.
Zoranski Equitis 733.
Zoranski Notarij Lublinenſis 719.
Zoltowski S. T. Doctoris 770.
Zophiæ Duciſſæ Oſtrogienſis 646.
Zołkiewski Equitis 479.
Zołkiewiæ matronæ 478.
Zołkieuij Exercituum Ducis 476.
Zołkiewski Palatini Ruſſiæ 278.
Zołkieuij Capitanei Hrubieſzouienſis 477.
Zurkowij Equitis 128.

FINIS.

STARE DRUKI

(10)

3600.-

KSIĘGARNIA
ANTYKWARIAT

KSIĄŻKI UAM

F * 39459